Angelus Politiani opera.

ESTOS POLICIANOS SON DE PERO GOMEZ DE ARTIAGA.

Ngelus Politianus Andreæ Magnanimo suo. S. Efflagita
a ri scribis isti ab iis, qui libros excudunt formis, Herodianũ
meum Meum enim iure appello, quem quasi latinitate do
nauerim. Tum rogas Codicem tibi ipsum tuum remittam
aliquando, nostra (quod illos cupere ais) manu emendatum. Remitto,
sed (ut uerum fatear) leuiter potius, q̃ seuere castigatum, sic autem, ut
nostra errata plura in eo, q̃ librarii deprehendas. Crediderim tamẽ sti-
lo ipsi certe meo, hoc est interpretis plus aliquanto Veniæ deberi, q̃ au
ctoris, Quoniam meliuscule respondent rei ẽ, quæ scribas, Vbi sit liber
quasi cursus, q̃ quæ uertas, Vbi nihil extra præscriptum. Accedit & il-
lud, quod hoc mihi munus iterpretandi quasi leuioris operæ fuit, Vt-
pote qui diebus pauculis, dictauerim sic deambulans. Itaque tantum
abest, ut mihi inde laudem petam, ut etiam abunde pulchrum fore pu
tem, si uitauero grauiorem culpam. Quare cum amicis reliquis, tum ti
bi inprimis, omnem huius operis defensionem, non remitto solum,
sed etiam prope interdico, uosq; itegros ad alia reseruo, quæ post edẽ-
tur. Sed q̃q̃ plurimi sunt apud nos, qui mihi etiam plus nimio fauent
Vnus tamen es tu Andrea Magnanime, Cognomento isto tuo gentili
cio dignissime, quem equidem faciam plurimi, Cum quod ex bonis
ortus, & opibus flores, & honoribus, tum uel maxime q ingenio es ele
gantissimo, Moribus suauissimis, gratia penè quadam (quicquid agis,
quicquid loqueris, immo etiam, si nihil agis, nihilq; loqueris) singula-
ri, ac uultu deniq; ipso, quod dicitur, hoĩes deuincis Itaq; nihil queq̃
metuo, ubi tu mihi studeas. Nunq̃ enim male de Politiano sentiet, qui
placere eum Magnanimo intelleget. Vnum tantum est, quod à te nũc
contendo, cures pro reliqua in nostris rebus diligẽtia, ut q̃ minimum
quasi degenerent ab origine, quæ mox uolumina formabuntur, Vt qa
ne illæ ipsæ quidem adnotatiunculæ omittantur, quas marginibus ad
scripsimus. Inter eas uero, etiam locos puto tris, quatuór ue ad sum-
mum reperies, ubi fuit excusatione utendum, corrupti apud Græcos
exemplaris. Ad hæc uero facile procuranda, obeundáq; magis idoneũ
habere, magísq; ex usu tuo neminem possis q̃ Alexandrum Sartium
Ciuem tuum literatũ hoĩem nostríq; studiosum, Tum (q ego in hac
re primum puto) ne utiq̃ ĩ amici negocio dormitantem. Vale in Ru
sculo Fesulano. Pridie Nonas Maias, Anno Salutis. Mcccclxxxxiii.

ANGELI POLITIANI AD INNOCENTIVM VIII·PONTIFICEM MAXIMVM PRAEFATIO IN HERODIANI HISTORIAM E GRAECO IN LATINVM CONVERSAM.

c VM ROMAE AB HINC TRIENNIVM ferme in comitatu essem Florentinæ legationis, quæ tibi Sancte Pater Innocenti Ponti·Maxi·ad supremæ istius dignitatis fastigium nuper euecto, gratulatum aduenerat, memini abs te mihi magna celebritate, curam delegari, uertendi in latinã orationem Romanorum principum res gestas, si quæ adhuc inter græcorum monumenta, nostris intactæ hominibus reperirẽtur. Quare cũ cælestis animi tui iudicio, non plus mihi honoris additum, q̃ oneris iniunctum animaduerterem, ut primum florentiam sum reuersus, altissima solicitudine circumspicere cœpi, quẽ potissimum ex omni græcorum copia interpretandum susciperem. Occurrit autem in primis Herodianus hic excellens rerum scriptor, & qui diu in palatina uersatus aula, affectæq; iam ætatis, historiam de suis temporibus componere aggressus, neq; eloquentiæ caruerit laudibus, & fidem tamen in primis libertatémq; retinuerit. Hoc ubi opus à nobis, neq; multo sane negocio neq; inuita (ut arbitror) Minerua elucubratum est, ea mox tempora inciderunt, quibus & nostra impedirentur studia· & quæ plurimam ualet inscribendo omnis propemodum alacritas excuteretur. Postea uero q̃ pro tua prouidentia, & pacem Italiæ cupienti reddidisti, & cum patrono meo Laurentio Medice amplissimæ quidem fortunæ, Sed amplioris ingenii, prudentiæq; uiro, priuatim affinitatem contraxisti, cessit uidelicet ille quasi nimbus, suáque mundo reddita serenitas est, sic ut nos iam ipsos colligamus, atq; ut grauati pluuia flores, penéque decidui ad nouæ lucis radios erigamur. Ergo & uetera edere in publicum, & noua procudere iam libet, unde aliqua modo uel tuo sacratissimo nomini celebritas, uel nostris temporibus claritas, uel studiosis etiam hominibus utilitas pariatur, Cæterum Herodianum hunc nostrũ, donec maiora tibi, ac fortasse meliora parturimus, ueluti præludium aliquod ueri iustíque laboris, læta rogamus fronte excipias summe Pontifex, magnam in eo negociorũ, personarúmque uarietatem, multam rerum nouitatem deprehensurus, Crebraq; in utranq; partem fortunæ cen

uacillantis exempla, consiliaq; admirabilia, & cõsiliorum inopinatos euentus, grauésq; pro tempore sententias, & plenam ubique dignitatis, plenam suauitatis orationem, copiosam uidelicet quandam ad instruendos mores supellectilem, & ceu speculum humanitatis, in quod inspicere omnis uita, unde ea capere, atq; haurire documenta queat, per quæ uel publicis, uel priuatis rationibus consulatur. Quæ sane nostræ fuerunt partes, tentauimus profecto, utinamq; etiam effecerimus, uti omnia ex fide responderent, ne inepta peregrinitas, ne græculæ usq; figuræ, nisi siquæ iam pro receptis habentur, latinam quasi polluerét castitatem, ut eadem propemodum esset linguæ utriusq; perspicuitas, eædemq; munditiæ, idem utrobique sensus, atque indoles, nulla uocum morosi-
tas, nulla an
xietas. Tu quã
do nobis aliquod
ceu signum ex arce
ista tui pontificatus ad
bene sperandum sustulisti
perge obsecro Sanctissime pa
ter, perge inquã, fouere atque illu
strare bonas artes, quæ se se pedibus
istis sanctissimis aduoluunt sup
plices, numénque tuum ad-
uersus rudem inscitiam, te
trámque barbariam im
plorãt, ut à quo pax
italiæ, atque adeo
terrarũ orbi re
stituta ẽ, ét ab
eodẽ pacis
alũnæ lĩæ.
ab iniuria sci
licet, atque
indignita
te uin-
dicen
tur.

HERODIANI HISTORIAE DE IMPERIO POST MARCVM VEL DE SVIS TEMPORIBVS LIBER PRIMVS E GRAECO TRALATVS ANGELO POLITIANO INTERPRETE AD INNOCENTIVM·VIII·PONTIFICEM MAXIMVM

PROOEMIVM·

VI RES ANTIQVAS POSTERIS PRO
diderunt,ueterémq; historiæ memoriam renouare
q literis studuerunt,ei magna ex parte, dum famam
eruditionis affectant,noménque suum conantur
ab iniuria obliuionis asserere,minus sane multam
in ueri peruestigatione,quam in exornanda,, com
ponendáq; oratione industriam posuerunt,rati scilicet,neq; siquid in
rebus à suo sæculo remotissimis falsi proderetur,posse refelli,& se tamé
suauitate narrationis amplissimum laboris,ingeniíq; sui fructum per
cepturos. Alii uero priuatis inimicitiis , tyrannorúmq; odio prouecti,
aut in laudes principum,ciuitatum,priuatorúmq; hominum immo
dicis assentationibus effusi,tenues per se res, atq; humiles scribendi ta-
men artificio,longe supra ueri fidem sustulerũt. Ego uero contra,non
quidem acceptam abaliis,aut incognitam,aut testibus egentem histori
am,sed eorum,qui legent sensibus adhuc memoriæq; inhærentem,sũ-
ma uel fide,uel diligentia collectam , conscribendam suscepi , sperans
haud iniucundam fore posteritati,earum rerum notitiam,quæ multæ
sanè atq; magnæ haud ita longo tempore acciderũt. Nam siquis ab Au
gusto usq; principe omnem ætatem complectatur animo cum scilicet
romanorum potentia ad unius est arbitrium deuoluta , ne annis qui-
dem illis circiter ducentis (Tot.n.ferme ad Marci tempora numerant)
aut imperiorum tam diuersas successiones reperiet,aut bellorum uel ci
uilium uel externorũ tam uarios casus,atq; euẽtus,ĩ tot excitas gentes,
tot urbes nostras barbaráſque expugnatas,pterea terræmotus & pesti
lentias,uitas quoque principũ,& tyrãnorũ adeo nouas, atq; inauditas
ut nulla iis apud ueteres, cõsimilia exmepla,aut certe q̃ paucissima iue
niantur,quorũ alii diuturnã,alii breui potẽtiã, obtinuerũt , nonnulli

autem uix dum inito honore,imperatoreśq; duntaxat appellati eodem illo, quo susceperant die,imperium amiserunt. Nam cum sexaginta annis plures,quā pro tempore principes urbs Roma pertulerit, factum ex eo est,uti multæ sane,uariaeq; res atq; admiratione dignæ exorirentur,quippe ætate proue cti Principes utpote rerum negociorumq; periti diligentius sese suosq; regebant,contra adulescentes molliter,atque indulgenter habiti,noua scilicet per multa designabant, quo factum est,ut dispari ætate,atque licentia,disparia quoque studia moresque sequerentur. Hæc quemadmodum gesta sint, temporum ipsorum atque principum seruato ordine perscribemus.

MPERAtor Marcus filias quidem suscepit complures, mares autem duos, horum alter natu minor adulescentulus admodum fato est functus, Verissimo nomen fuit. Alterum uero Cōmodum nomine magna diligētia,curaq; patre educauit, accitis undique uiris doctrina claris, maximaque pro posita mercede,uti mores prose quisque filii,ingeniumque excolerēt. Filias porro cum adoleuissent,optimis ex ordine senatorio uiris collocauit. Neque enim qui longā generis seriem præferrēt,aut qui opes nimias ostentarent,sed qui morum probitate,atque modestia, uitaeq; innocentia præcellerent,eos sibi generos deligendos putabat. Hæc nāq; sola animi bona certa esse,stabiliaq; ducebat. Virtutem nullam nō magno pere exercuit. Adeo literarum antiquitatis studiosus,ut nemini sit ī eo genere græcorū romanorūmque secundus. Argumento sunt per multa,quæ ab illo dicta,atque cōscripta,ad nos usque peruenerunt. Adeo uero ciuilem sese,& commodum omnibus principē præstabat, ut adeuntium cuiuis dextram placide daret,nemineḿq; à suis custodibus prohiberi aditu pateretur,solusq; imperatorum sapientiæ studiū non uerbis,aut decretorum scientia,sed grauitate morum uitaeque cōtinentia usurpauit. Quo factum est,ut magnum sapientium uirorum prouentum ætas illa extulerit. Solent enim plerunque homines uitam principis æmulati. Quæcunq; igitur ab illo modeste,atq; fortiter domi forisque sunt gesta,qualeḿque porro se aduersus barbaras nationes septentrioni subiectas solique orienti gesserit,ea sunt multorum doctissimorumq; hominum comprehensa monimentis. Quæ uero post Marci obitum per uniuersam ætatem uisa mihi auditaque sunt,nonnulla item in experiundo cognita,utpote in publicis officiis principalibusque uersato, ea nunc conscribenda suscepi.

SENEM

ENEM iam Marcum, neque ætate ſolum, ſed laboribus
ſ multis curiſque confectum, dum in pannoniis ageret grauiſſimus repente perculit morbus. Quare cum deploratā planè ſalutem ſuam ſentiret, anxius uidelicet agebat, ne filius, qui tum primam inierat adoleſcentiam, ſiue ætatis feruore nimio ſiue licentia quadam ſumma quam in orbitate eſſet habiturus, bonis artibus, ſtudiiſq; relictis ebrietati ſeſe, & crapulæ dederet, quippe facile īgenia adoleſcentium à recta honeſtáque diſciplina ad luxum uoluptateſq; delabuntur. Terrebat inſuper hominem minime imperitū, multorum memoria principum, qui iuuenes īperium ſuſcepiſſent, ut Dionyſii Siciliæ tyranni, cuius tanta fuit intemperantia uictus, ut nouarū uoluptatum Inuentores ſummis afficeret præmiis, ut item eorū, qui alexandro ſucceſſerunt, Ita.n. contumclioſe uiolenterq; dominati ſunt, ut illius imperio graue dedecus conciliarint. Siquidem Ptolemæus cō turpitudinis prolapſus eſt, ut contra macedonum, atq; adeo græcorum omniū leges, etiam ſororiis amoribus implicaretur. Antigonus aūt, quo liberum patrem repræſentaret, pro cauſia & diademate macedonico, hederam capiti circūdare thyrſumq; pro ſcæptro geſtare eſt ſolitus. Sollicitabant animum ſenis recentia quoq; exempla, ut Neronis ipſius, qne à materna quidem cæde abſtinuerit, & ſe ridiculum populo ſpectaculum præbuerit, Vt item domitiani, qui nihil ſibi ad extremam crudelitatem reliqui fecerit. Has igitur tyrannidum imagines cum animo uolutans, inter ſpem metumq; agitabatur. Terrebat præterea illum germaniæ uicina gens, quam nondum planè ſubiecerat, ſed partim in ſocietatem adſciuerat, alios armis belloq; edomuerat, Nonnulli etiam ex iis effugerant, metuq; principis impræſens continebantur. Quare dubitabat ne deſpecta mox filii ætate arma reſumerent. quippe barbaris mos quālibet leuibus momētis aut cauſis īpelli. His igitur curarū fluctibus æſtuans, amicos, ꝓpinquoſq; oēs quotquot aderant cōuocari iubet. Qui poſtq̄ conuenerunt, cōſtituto in eorū conſpectu adoleſcente filio paulumq; ſeè grabato ſubleuans huiuſcemodi habuit orationem.

Olere uos atq; angi cū ita me affectū cōtemplamini minime
d mirandū, Quippe humanū eſt humanis caſibus ingemiſcere, multóq; magis miſericordiā ꝓuocāt, quæ oculis uſurpamus. Cæterū peculiaris uobiſcū noſtra rō eſt. Nā de mei erga uos aī conſcientia mutuā ſpero à uobis quaſi meo iure beniuolentiā. Nunc aūt illud incidit, cū & mihi ſit iudiciū faciundū, fruſtra ne uobis honoré tandiu

habuerim, studiūq; omne meū lubens detulerim, & nobis referēda gratia ostendendū, non esse eoꝝ, quæ acceperitis immemores. Videtis filium quē ipsimet educastis, primas nūc adulescentiæ metas ingredientē quasi q; in salo atq; in fluctu uitæ gubernatoribus indigentē, ne reꝝ imperitia de recto quasi cursu ablatus, malis artibus se impingat. Este igit̄ uos illi pro me uno multi parētes excolēdo satq; optima suggerēdo. Neque n. aut pecuniæ uis tyrānidis luxuriā explere, aut stipātia satellitū agmina tueri principē possunt, nisi illi ipsi quos regas suum imperanti beniuolentiā q; accōmodent. Quippe ii demū diu tutoq; imperant, qui non metū ex crudelitate, sed amorē ex bonitate ciuiū suoꝝ animis instillāt. Neq; n. quos seruire necessitas cogit, sed quos obtemperare sua quēq; uoluntas adegit, ii sunt in agēdo patiendoq; a suspitōe omni, assentatōeq; uacui, nunq̄ʒ īperia detrectant, nisi uiolētei cōtumelioseq; sint habiti. Est aūt difficile in maxima licentia moderari sibi, quasiq; frenos imponere cupiditatibus, qđ si beneuiuendi auctores illi fueritis, & quæ nunc corā audit, identidem admonueritis, una opa & ipsum uobis reliquisq; oībus optimū principē reddetis, & memoriā nostram demerebimini, quam sic immortalem hac una ratione poteritis efficere. Talia dicentem Marcum ita repente animus defecit, ut statim cōticesceret ac langore nimio supinus in lectulum relaberetur. Tanta aūt quicunq; aderant miseratio inuasit, ut ex iis nonnulli præ dolore parum animi compotes clamorem extollerent. Sed ille cum diem unum duntaxat, noctemq; superuixisset fato est functus, sic ut magnum sui desiderium eius ætatis mortalibus, posteris uero ēt uirtutis memoriam reliquerit sempiternam. postq̄ uero illius mortem fama uulgauit, incredibilis repente exercitum ipsū plebemq; adeo oēm luctus occupauit. Neq; ulli sanè Romanæ ditionis mortales fuerunt, qui non eiuscemodi nūtium multis lacrymis exceperint, oēsq; eum uelut una uoce alii parentem probum alii bonum impatorem, quidā fortissimū ducem, nōnulli ēt continētē moderatūq; principē uocitabāt. Neq; sanè qsq̄ falsus habebatur. Paucis aūt post diebus, celebrato iā funere uisum amicis est, adulescentem adducere ad exercitū, ut & milites alloqueretur, & (qui nouis imperatoribus mos est) pecuniis elargiendis, uelut auctoramento quodam illorū sibi aīos adiungeret. Edictū itaq; oībus, ut in campū de more adessent frequētes. Cum itaq; processisset Commodus, ac rem diuinam fecisset erectumque ad hoc ipsum mediis castris tribunal conscendisset, pater nis amicis, qui multi sanè doctissimique uiri aderant, circunstantibus ad hunc ferme modum uerba fecit.

c

Ommunē mihi esse uobiscū huius mœrorē calamitatis, neq; uos aliter q̄ me ipsum affectos esse planissime ꝑsuasū hēo. Neq; n ego supetstite parente ipso meo superiorē me uobis unq̄ gessi Nā ille ita nos uniuersos ut unum aliquē diligebat, Iubentiusq; me cōmilitonē q̄ filiū uocitabat. Quippe hanc naturæ appellationem, illā uero uirtutis cōmunicationem existimabat. Quin infantem sæpe me in ulnis gestans, uobis dabat ī manus, quasi'q; uræ mādabat fidei. Qua pp minime dubito quin mihi oēm fitis beniuolentiam exhibituri. Cū pro alumno me maiores natu habere debeant, ipsos āt æquales cōdiscipulos atque iure appellauerim, siquidem ita nos uniuersos ut unū aliquē pater diligebat, oīq; uirtutum studio, ac bonis artibus curabat instituendos. Nunc me post illum uobis fortuna principē dedit, non qdem asciticiū, quales ante me fuerūt, neq; uelut acquisito īperio gloriantē, Quippe unus ego uobis natus educatusq; in aula, priuatisq; intactū cunabulis, statim me ut ex aluo ꝓdieram īpatoria purpura suscepit simulq; sol hoīem me uidit & principē. Hæc cum aīs uestris reputantes iure principem colite nō datū uobis sed natū. Nā pater quidē iā in cælū euectus cōsors est consessorq; deorū. Nobis aūt oībis terrarū gubernacula rerūq; humanarum cura incūbit. Quæ quos successus, quantasq; habituræ sint uires in uestra manu ē. Si n. belli reliquias fortiter deleueritis, & impii romani terminos ad oceanū usq; ꝓmoueritis, cū ipsi uobis ingentē gloriam comparabitis, tū communis parentis memoriæ debitam gratiam referetis. Atq; eum quidem exaudire, quæ dicimus, & intueri præsentem, quæ gerimus credite. Nos autem fœlicissimos, q benefactorum nostrorum testem eiuscemodi simus habituri. Quæ igitur ad hanc diem fortissime prosperrimé'q; gessistis, illius scilicet sapientiæ gubernationiq; tribuuntur, Quæ aūt mecum hoc est cum iuuene imperatore uestro præclare feceritis, ea sunt uobis ipsis quasi peculiarem, cum fidei, tum uirtutis claritudinem paritura. Quocirca & ætati meæ rebus strenue gerendis auctoritatem conciliabitis, & barbara gens initio noui principatus repressa, neq; impræsēs contemptu ætatis nostræ se efferet audacius, & suis nunc edocta periculis, metu deinceps ꝑpetuo cohercebitur. His dictis pecuniā magna copia elargitus, ut sibi animos militum fidos faceret, in aulam reuersus est. Igitur breue sanè ad tempus oīa paternis amicis auctoribus gerebantur. Qui assiduitate, prudētiaq; consilio nullo loco deerant, Tantū ei tribuētes laxamenti, q̄tū satis esse ad tuendā corporis ualetudinē arbitrabātur. Paulatim deinceps irrepsere nōnulli ex aulico famulitio, q sibi ad corrūpendā iuuenis īpe

ratoris indolé nihil facerét reliq. Quippe mensarii adulatores, q̃ uentre atq; obscœnis uoluptatibus fœlicitaté metiebant, idétidé illũ urbis delicia℞ admonebát, & núc quæ illic uisu auditúq; iucunda forent, cóme morabát, núc re℞ oium copiá, atq; affluentiam ferebant laudibus. Ad hæc ripas histri ut oĩ tpe incómodas uituparabant, quæ neq; pomiferos haberent frutices, & ppetuis rigoribus ubibúsq; obtinerentur. Nunq̃ ne impator aiebant cócretá gelu, atq; effossá potare aquá desines? Alii calidis fontibus, riuorúq; fluentiũ frigore, aurisq; & cælo illo fruent' italiæ peculiari. Tali . s. illecebra℞ mentione, facile adulescétis aium uoluptatum cupidinibus incédeŕt. Itaq; statim conuocatis amicis, teneri se patriæ desiderio nó dissimulauit, causas tñ tam repentinæ mutatióis fateri ueritus, solicitú se aiebat esse, ne quis opulens ex nobilitate domũ occuparet Principis. Dein collectis uiribus quasi ex munitissima arce summam sibi rerum uindicaret, posse ex populo satis magnam uim delectorũ inueniŕ conflari. Talia causante illo, reliquis metu defixis terráq; tacito uultu, mœstóq; intuentibus, surgens Pompeianus, qui & ætate reliquos anteibat, & Commodi sororem natu maximam in matrimonium habebat, Teneri te inquit o fili & domine patriæ desiderio minime mirádũ, Quippe eadé nos quoq; rerũ domesticarum cupido solicitat, Sed ei tamé resistimus, q̃m priores partes agũt, magisq; incumbunt nobis, quæ hic expedieńda suŝsunt. Nam illis quidem uel i posteŕ diutius perfrueris. Roma aũt illic est, ubi imperator est. Cæterum bellũ relinquere inchoatum præterq̃ quod indecorum uidetur, ét periculo sum est. Quippe audaciam barbaris inicimus, neq; n. remeandi cupiditate decessisse nos, sed aufugisse metu perculsos arbitrabuntur. Tibi aũt q̃ fuerit pulchrum deuictis hostibus, atq; imperii finibus ad oceanum usq; propagatis redire in urbem triumphanti, uinctósque & captiuos præter agentem reges satrapásque barbaros, his enim artibus prioribus sæculis romani homines magni atq; illustres euaserunt. Nihil est autem quod uereare, nequa illic res tuæ periclitentur. Nam & optimus quisque senator tecum hic est, & exercitus uniuersus tuum corám propugnat imperium. Quin ærarium quoq; principalis pecuniæ nobiscum est omne. Ad hæc patris tui memoria æternam tibi apud potestates qualslibet fidem atque beniuolentiam roborauit, Cum ad hunc modum potiora suadens Pompeianus locutus esset, paulum modo impræsens conatus adulescentis repressit, qui reueritus senis dicta cum nihil haberet, quod saltem honestum specie responderet, concilium dimisit, diligentius affirmans consideraturum. Dein uero

ministris

ministris illius magis magisque īstantibus nihil iam ad amicos retulit. Sed datis Romam literis, ac præpositis, quos uisum esset tuendæ histri ripæ, & barbarorum insultibus cohercendis profectionem continuo edicit. Illi igitur demandata sibi munia obeuntes, haud ita longo tē pore multos armis barbaros subegerunt, quosdam autem ex iis magnis præmiis in amicitiam sibi adiunxerunt. Quod quidem haud difficile factu fuit, quippe barbari suapte natura pecuniæ auidi, periculorum despicientes, aut incursibus populationibusq; uictum parant, aut proposita mercede uenalem pacem habent. Quod intellegēs Commodus, ut pecunia, qua maxime abundabat securitatē redimeret, nihil uidelicet petentibus denegabat. Vbi autē dedita profectionis fama per exercitum est, ingens repente totis castris motus extitit, nullo non redire Romam cupiente, relictoq; hostili solo urbanas affectante delitias. Postea uero q̄ fama, ac nunciis uulgatum est, reuerti ī urbem pricipē, incredibilis uniuersam plebē lęticia peruagatur, spē sibi uno quoq; optimam de iuuenis imperatoris præsentia proponēte, credentibusq; uniuersis paternis eū uestigiis perrecturū. Sed ille festinato iter faciēs, & iuuenili quodā ardore omneis ī medio urbes curriculo perttansiēs, regioq; cultu, lætisq; populo℞ celebritatibus exceptus, gratus nimirum omnibus atq; optatus adueniebat. Sed ubi Romam appropinquauit, Senatus statim uniuersus, populusq; Roman⁹ magno pro se quisque anteuertendi studio effusi, laureatiq; ac flores omnifariam, quos dabat anni tempus conferentes, quamquisque ab urbe longissime poterat occurrebant uisuri principem ætate atq; nobilitate conspicuum. Quippe amabant illum, & quidē uerissimis affectibus natum apud ipsos educatumq;, tertioque iā gradu imperium nobilitatemq; romanā cōplectentē. Nam paternum ei genus à primoribus senatorii ordinis, mater autem Faustina principis uxor Antonini pii filia, Hadriani etiam per matrē neptis, seriē ipsā generis ad Traianum proauum referebat. Hoc editus genere Commodus erat, cui quidem præter ætatis florem etiā formæ dignitatis suffragabatur cōgruens corporis modus, pulchra, uirilisque facies, tranquillæ faces oculis, atque micantes, flaua & crispa cæsaries, ut in sole ambulanti uelut igne quodam rutilaret, sic ut eunte quidam scobe aurea putarent conspergi, quidam ēt pro argumento diuinitatis acciperent, ac radios esse illos circa uerticem genitiuos opinarent. Ad hæc lanugo malis proserpebat, easq; quasi floribus conuestiebat. Talem igitur imperatorem faustis omnibus acclamationibusq;, & corona℞ florumq; sparsioni-

bus exceperunt. Sed postquam urbem ingressus est, Iouisq; primũ de in cæterorum deorum templa consalutauit, gratia'sq; Senatui uniuer so & prætorianis militibus egit seruatæ sibi fidei, in aulam palatinam se recepit. Paucul is igitur annis nihil non honoris paternis amicis exhi bebat, ofbu'sq; eos negocus in consilio habebat. Cura dein totius impe rii alus demandata Perénium italicum hoiem militaris disciplinæ pe ritissimum prætorianis præfecit. Is adulescentis ætate abutens delitiis il lum ganeisq; corrumpi sinebat, curaq; oĩ laboribu'sq; susceptis, totum plane imperium administrabat. Erat in hoĩe inexhausta diuitiarũ sitis sicut nihili, quæ acquisierat pendens, nouis semper lucris insatiabilis ĩ hiaret. Hic & paternos Cõmodi amicos calumniis premere, & locuple tissimum quẽq; nobilissimũq; in suspitionem adducere instituit. ut p terrefacto adulescente, atque illis supplicio affectis, causã potestatẽ que ipse haberet in eo℞ bona & fortunas inuadendi. Cæte℞ aliquandiu cũ patris memoria tum amicorum reuerentia continuit adulescentẽ, De in uelut maligna quædam, atque inuida fortuna, rectum adhuc mode ratumque illius ingenium subuertit. Nam ita res accidit Lucilla erat Commodo maxima natu soror, Ea prius. L. Vero imperatori nupse rat, quem consortem sibi imperii Marcus asciuerat, locata'que in ma trimoniũ sorore firmissimo affinitatis uinculo adstrin xerat sed postq̃ L. Fato functus est manentibus adhuc Lucillæ principatus insignibus Pompeiano eam pater despondit, Nihilo tamen secius pristinum illi honorem Commodus reliquit usurpandum. Nã & sella imperatoria sessitare in theatro, & ignem de more præferri patiebatur. Postea uero q̃ Commodus uxorem duxit Crispinam, ac necesse fuit principis uxori primo loco cædere, in quo scilicet hoc aio. Lucilla ferens, atque illius honorem in suam contumeliam uertens, cum sciret a uiro suo pom peiano Commodum diligi minime ausa est quippiam ad ipsum sup occupando imperio referre, Sed ausum Quadrati nobilissimi locuple tissimi'que adulescentis periclitata, cum quo etiam stupri consuetudi nem habere existimabatur, grauissime'que apud eum de accepta iniu ria conquesta, paulatim adulescentem eo perpulit ut in semet uniuer sumque Senatum perniciosissime consuleret. Quippe inter cæteros se natorii ordinis, qui secum in id facinus cõspiraret, et adulescente quen dam Quintianum nomine, prõpti atque audacis ai sibi adiunxit, per suasi'que uti pugionẽ in sinu cælans tempus locũque caperet, factõq; repente impetu Cõmodum occideret, reliqua se pecuniis largiendis cu raturum. Ille in aditu Amphitheatri subsistens, (quippe obscuro loco facile

facile se occultum sperabat fore) nudato cõfestim pugione, ac magna uoce ꝓclamans hunc tibi senatus mittit, Dũ loquitur, nudũq; ostentat pugionem, cõprehensus à militibus, pœnas amentiæ dedit, suóq; inditio auctor à se cauendi fuit, aperto magis q̃ impleto consilio. hæc igitʳ prima, maximáq; odii causa adulescenti aduersus senatum exstitit. Itananq; animum uerba illa sauciarant, ut oẽs hostiũ loco haberet, sempérq; eius memoriæ uox illa irruentis in se iuuenis inhæreret. Neq; uero tantam hanc occasionem Perennius omisit, sed et ꝑsuasit ut præcipuum quẽq; succideret, neq; eminere quempiam pateretur, quoꝝ ipse in bona impetum faciens, facile oĩum eius ætatis hoĩum locupletissimus euasit. Quæstiones aũt Perennio diligenter exercente, soror ipsa Commodi, coniuratíq; oẽs, cæteríq; præterea quantulacunq; suspitõe attacti, supplicio affecti sũt. Igitur Perennius sublatis è medio, quos imperator uerebatur, quísq; illum paterno quodam affectu complectebãtur, atq; ipse illius tuendæ salutis cura suspecta, nihílq; non auctoritatis adeptus, imperium iam ipsum animo inuaserat, persuasóq; Cõmodo ut suos liberos adulescẽtes adhuc Illyricis præficeret exercitibus, ipse pecuniæ uim ingentem contrahebat, ut scilicet prætorianos ab ipso amplissimis largitionibus abalienaret. Filiíq; item eius clanculum copias colligebãt, eo consilio, ut cum primum Perennius Commodum occidisset ipsi principatum arriperent. Proditæ autem sunt insidiæ incredibili quodam modo. Ludos romani Ioui capitolino faciunt tanta hominum confluente multitudine, quantam par est confluere ad tantæ urbis celebritatem. Spectare autem, ac præsidere in theatro unà cum sacerdotibus, quos ordo singulis annis postulat, etiam Imperator solitus. Cum itaq; nobilissimus scænicis operam daret, sedens imperatoria sella Commodus pleno spectatoribus theatro, suísq; cuique locis ad sedendum pro dignitate attributis, priusq̃ quicquam diceretur, agereturᷓ que in scæna, repente quidam philosophi habitu, manu baculum gestans, perámq; seminudus ab humero suspensus curriculo prodiit, mediáq; in scæna consistens, manúque silentium imperans. Non hoc inquit ludorum tempus ò Commode, neq; spectaculis, celebritatíq; uacãdum. Imminet ceruicibus tuis Perennii gladius, ac nisi caueris non quidem impendens, sed iam præsens periculum peristi. Nam & ipse hic aduersus te copias pecuniámq; colligit, & nati exercitus Illyricos sollicitant, quos nisi statim præuenias, occidisti. His dictis siue forte quadam diuinitus huc impellente, siue id auso homine, ut gloriam sibi ingnarus, atque obscurus acquireret, seu quia speraret ingens aliquod

præmium ab imperatore consequutu℞.sanè illum de repente obstupe
fecerat, Cæteri aūt & si non de nihilo ea dicta suspicabantur, tñ fidē ha
bere dissimulabant. At Perennius Comprehendi hoīem iuber, ac pro
furioso,& uaniloquo igne comburi. Ita scilicet pœnas dedit intempesti
uæ libertatis. Cæte℞ qui se Commodi studiosos uideri uolebāt, pero si
antea quoq; Perennium, utpote intolerandæ hoīem sup͂biæ contume
liaéq;, nactíq; opportunū tēpus, calūniis eū premere aggrediūtur. Sed
scilicet ita futu℞ erat, ut & Cōmodus insidias euitaret, & Perénius unà
cū liberis penderet pœnas. Quippe haud multo post milites q̄dā clam
perenni filio nūmos quosdā attulerunt, illius imagine p̄cussos, eósque
ignaro ét Perennio quanq̄ erat præfectus Cōmodo ostenderunt, totó
q; insidia℞ ordine patefacto, maximis sūt muneribus affecti. Quo cir
ca inscio negocii totius Perennio actū nihil minus expectanti submis
si noctu à Cōmodo quidā, Caput absciderunt, iussíq; statim ad illius
filium pergere, cū nihil ad celeritatē sibi reliqui fecissent, ét rumores fa
mámq; eo℞, quæ Romæ facta essent, præuenerunt. ii amicas ei literas
ab Imperatore reddiderunt, q̄ magna proposita spe romā reuerti iube
bant. Ergo & cōsilio℞ & oīs eius paratus, postremo paterni casus igna-
rus, cum quidā nuntii dictitarēt, ét paternis ipsū uerbis acciri, qui ne ip
se quidē scribere sup͂sedisset, nisi satis momenti habituras imp͂atorias li
teras existimasset, credidit uidelicet adulescens, & q̄uis iniquo aīo ferret
interpellari sua consilia, tamen paterna fretus potentia quam esse ad-
huc incolumem putabat, ad reditum se comparat. Tum deinde ut atti
git italiam p̄ eos, quibus negocium datum fuerat, occiditur. hunc illi
exitum habuerunt. Posthæc, Cōmodus duos constituit præfectos, tuti
us fore ratus, tantā illam potestatē non uni duntaxat credere, sed disse
ctam in partes, imbecilliorem eo pacto contra principem reddere. Ve
rum haud longe post, aliæ in illum huiuscemodi insidiæ intendūtur.
Maternus erat quidam miles multa ausus nefaria. Is repente desertis ca
stris, atq; aliquot in societatem commilitonibus ascitis magnam perdi
torum manum breui collegerat, uicósq; primo, & agros populabatur.
Magna dein pecuniæ ui collecta plures cottidie sibi ex facinorosis co-
pulabat, pollicénsq; ingentia cuique operæpretia, & in predæ commu
nionem inuitans, eo rem adduxit, ut non iam latronum, sed iustorum
hostium haberent auctoritatem. Quippe magnas etiam urbes oc-
cupabant, effractísq; per uim carceribus captiuos sine discrimine om-
nes uinculis eximebant, eósque sibi impunitate, ac beneficiis adiunge
bant. Igitur Galliam omnem atq; Hispaniam incursibus uastabant, &
ut quáq;

ut quamq; ex magnis urbibus ui ceperant, incésa dirept'aq; protinus abibant. Quæ ubi Commodus cognouit, rectoribus gentium plenas iræ atq; minarum mittit epistolas, castigans & ignauiam exprobrans, simul comparare aduersus illos exercitum imperans. Quod ubi latrones acceperunt decedendum sibi ex illis regionibus rati, clam per auia quædam compendia, seorsum alii ab aliis, in Italiam peruenerunt, ac iam de regno maioribusq; rebus Maternus cum suis deliberabat. Nam qñ hactenus oía illi spe ulterius processerant, aut aliquid magnum inuadendum sibi existimabat, aut certe quando in id discriminis incideret, non obscure neq; ignaue moriendum. Sed quoniam se non tantis esse uiribus intelligebat, quantæ ad resistédum Commodo collata acie satis essent, quippe & romanæ plebis & prætorianorum militum propensa in Commodum uoluntas credebatur, arte sibi consilio'q; grassãdum statuebat. Quo circa tale quiddam comminiscitur. Veris initio stato solemni'q; die, pompam matri deũ Romani celebrant. In ea quæ apud quenq; sunt diuitiarum præcipua, supellex'q; pleraq; imperatoria, materiæ aut artis spectandæ, præferri ante deam solent. Passimque omnibus ludendi licentia permissa, sic ut personas induant, quas cuiq; libitum, nullámq; non magistratuum quoq; imaginem, pro ut cuiusque studium repræsentent. Sic ut nõ temere à falsis ueros dinoscas. Putauit hoc Maternus idoneum celandis insidiis tempus ratus fore, ut si personam stipatoris alicuius indueret, suós'q; ad eandem similitudiné armis ornaret, ac se hastatis immiscerent, sicut pars esse comitatus Imperatori crederentur, nullo uidelicet præcauente, repente impetu facto Commodum obtruncarent. Sed proditus imperatori à sociis quibusdam, qui unà cum ipso uenerant in urbem indignantibus scilicet si quidem eum non pro latrone iam, sed pro principe habituri forent anteq̃ festus dies adesset, & ipse comprehensus ac mulctatus capite, & qui eiusdem factionis erant, meritis suppliciis affecti. At Commodus facta re diuina gratulatúsque deæ festum agitabat, pompámq; gaudés frequentabat. Sed & populus omnis pro Imperatoris salute diem lætabundus celebrabat. Quæ autem ratio sit cur huic Deæ tantum honorem Romani habeant, non alienum uidetur quantum ex historia accepimus, commemorare, præsertim cum ea res plerisque græcorum ignota esse uideatur. Ipsum igitur simulacrum cælitus ut aiũt demissum neq; qua sit materia, nec à quo fabricatum artifice satis constat, neque plane hominum mãibus creditur factum. hoc igitur decidisse cælitus ferunt in quendam phrygiæ agrum cui nomen Pesinunti, à casu eius

simulacri factum putant. Ibi enim a principio cõparuisse, licet apud alios comperiam, pugnam illic Ilum phryga Tantalumq; Lydum inter se conseruisse, siue de uia ortã, siue potius ob raptum Ganymedis, Cumq; diu æquis uiribus decertatum foret, ac permulti utrinq; cecidissent, nomen ex ea clade loco esse impositum, hic etiam fama fert Ganymedem ipsum trahentibus in diuersa germani atq; amatoris manibus uita esse orbatũ, sublatumq; è medio, pro calamitatis solatio relata ad Iouem raptorem fabula, diuinis fuisse honoribus affectum. In hoc quem diximus pesinunte phryges olim orgia colebant ad ipsum fluuium Gallum, a quo etiam eurati Deæ sacerdotes cognominanẽ. Sed ubi res Romana creuit, responso accepto mansurum imperium, atq; ad summam auctum iri, si pesinuntiam deam ad se transferrent, missi in phrygiam legati sunt petitum Deæ simulacrum, quod quidem facile concessum est consanguineos se dictantibus, atque oriundos ab ænea phryge. Cum itaq; nauigio deuectum simulacrum ad ipsas Tiberis fauces appulisset, quibus tum romani uice portuũ utebantur, cõfestim diuina quadam ui nauigium substitit, neq; ullis romani populi certatim trahẽtis moueri uiribus potuit donec uestalis sacerdos adesset. Ea cum uirginitatem perpetuo seruandam polluisse falso argueretur, damnationem metuens supplex petiit a populo, ut iudicium de se Deæ pesinuntiæ committerent, quo impetrato Zonam recinxit, Clare precata, ut si intemeratam se esse, ac uirginem dea sciret, nauim progredi iuberet. Quæ ubi dixit, statim alligatam Zonam manu ducta na uis sequi cœpit. Ita sunt pariter romani manifestam numinis diuinitatem, atq; innocentiam uirginis admirati. Sed hæc hactenus de pesinũtia Dea, prolixius etiam fortasse, q̃ decuit, haud insuauem tamen scientiam allatura iis, qui res Romanas minus cognitas habeant. Cõmodus autem euitatis maternis insidiis, maiore se custodia muniebat. rar prodire in publicum, plerunq; temporis in suburbanis, aut in principalibus prædiis procul ab urbe consumere, abstinere prorsus ab iurisdictione, omniq; actu imperatorio. Per idem tempus accidit, ut ingens italiam quidem uniuersam pestilentia occuparet. Sed in ciuitatem romanam uehementius tamen sæuiret, utpote quæ & per se populo habundaret, & aduenas toto orbe confluentes exciperet. Quare magna iumentorum atque hominum strages consecuta. Tum Commodus (ita scilicet quidam medicinæ periti persuaserant) Laurẽtum secessit, q̃ frigidior ea regio sit, siluisq; è lauru permultis opaca, a quo etiam regioni inditum nomen. Valere enim plurimum aiebant ad aeris euitandam contagionẽ

cōtagionem,cum odores laurorum,tum ipsarum amœnitatem umbrarum.Quo circa in ipsa quoq; urbe de medicorum sententia plerique unguentis suauissimis nares,atque aures opplebant,suffitiq; & odoramentis assidue utebantur,quod meatus sensuum(ut quidam dicunt) odoribus illis occupati,neque admittant aera tabificum,& si maxime admiserint tamen eum maiore quasi ui longe superari. Cæterum nihilo secius morbus ingrauescere,hominesq; passim & pecora inter homines agitantia interire,Sed & fames eodem tempore ciuitatem oppresserat hac de causa. Cleander erat quidam phryx genere ex ea nota hominum,qui publice per præconem ueneunt. Hic cum in domum imperatoriam seruitio esset traditus,& cum ipso Commodo accreuisset,eo scilicet honoris,atque auctoritatis prouectus est,ut & corporis custodiam,& cubiculi curam,præterea militum præfecturā solus obtineret,Cæterum diuitiæ ac luxus,etiam illum ad imperii spē instigabant. Quocirca grandi coacta pecunia plurimum frumēti co emit. Id autem occulsum habebat,sperans sibi romani populi,atque exercitus uoluntates aduincturum,si prius rerum necessariarum penuria laborantes,magis repente largitionibus demereret. Idē gimna sium quoque maximum exædificauerat,publicatis etiam balneis,ut eo modo populum inescaret. At romani infensi iampridem,ac totius causam pestilentiæ in eum conferentes,simul perosi hominem diuitiis inexplebilem,primus quidem confertim per theatra identidē traducebant. Dein agente in suburbanis Commodo,repēte uniuersi magnis clamoribus concurrerunt,Cleandrum ad necem deposcentes. Cum autem suburbanum omne tumultu compleretur,& Commodus ipse in alto secessu uoluptatibus indulgeret,inscius,quæ gererentur(nam id Cleander cauerat)repente extra omnium expectatio nem armati equites principis eruperunt,Cleandri iussu prouentes obuium quenq;,ac uulnerantes,Neq; scilicet populus excipere illorū impetum ualebat inermis armatorum,pedester equitum,quare fuga facta in urbem reiiciuntur,ibique permulti neque modo quos ferro milites conficiebant neci dediti,sed quos etiam ipsi proculcauerunt equites,quique aut conferta turba,aut equitum incursu conflictabantur. Igitur ad urbis portas sine ullo impedimento persecuti,magnam populi partem interfecerunt. Qui autem in urbe remanserāt, calamitate suorum intellecta clausis domibus cum in tecta,& culmina euasissent lapidibus regulisq; equites desuper incessebant. Itaq; statim conuersa fortuna ē nullo in manibus decertare auso,sed omni mul

titudie desuper quasi ex tuto dimicāte. Quocirca fautii magna pars, cum tolerare iam ulterius nequirēt, terga fugæ mandarunt, multi itaq; cadebant crebro telorum ictu. Multi equis excutiebant, interdeuo lutos lapides fallente uestigio lapsantibus, sed & pedites, qui in urbe stationes habebāt populo suppetias aduersus inuisos sibi equites raptim tulerunt. Itaque cum ciuile bellum esset, nemo tamen quæ gererentur nunciare Commodo audebat metu Cleandri potentiæ. Donec maxima natu soror Fadilla noīe accurrens ad imperatorem, quippe facilis aditus sorori, crinibus solutis proiecta humi, ac plane in lugubrem habitum deformata, Tu quidem inquit o princeps ocium agitans, & omnium, quæ gerantur ignarus, extremo in periculo uersaris. Nos autem sanguis tuus propemodum occidimus. Actum de populo. R. Actum magna ex parte etiam de exercitu est, & quæ ne a barbaris quidem nos passuros expectabamus, ea nobis domestici faciunt, & in quos maxima contulisti beneficia, eos primos inimicos habes. Cleander aduersus te populum, & exercitum armauit quorumq; alteris inuisus est, alteris carus, utriq; tamen in armis sunt, cædemq; inter se patrant, & ciuili sanguine Romam replent. Sed in nos uidelicet utriusq; multitudinis recidet calamitas. Nisi tu quamprimum neci dederis sceleratissimum famulum, qui tantæ cladis illis iam fuit, nobis mox futurus est auctor. Hæc loquens uestem scidit, multiq; item, qui aderant sumpta de uerbis mulieris audacia Commodum territabant. Is expauefactus cum iam non ut impendens, sed ut præsens periculum formidaret, acciri ad se Cleandrum propere iubet, nihil dum certi scientem, sed tamen aliquid suspectantem. Imperatori renuntiatum accedentemq; ad se imperat comprehendi, & caput eius amputatum contoq; præfixum circunferri uoluptuosum scilicet, atq; optatum populo spectaculum præbiturus. Ita id malum sedatum, atq; utrinq; dimicatio dirempta, siquidem milites cum occisum uiderent, pro quo decertabant, iram quoq; imperatoris formidabant, cui uerba data, nihilq; non factum contra illius sententiam compererant. Populus cum satisfactum sibi auctoris supplicio putabat. Sed & liberi Cleandri (binos enim uirilis sexus habebat) & quotquot illius amici fuerant, ad unum omnes contrucidati, tractaq; per urbem cadauera, & contumeliosissime habita, postremo in cloacas abiecta. Hæc finis Cleandri fatorum fuit, quasi in uno illo uelut ambitiosius ostentaret natura, (ut sic dixerim) humana posse ex infimo loco ad supremum fastigium euehi hominem, atq; eue-

ctum

ctum dein rursum deturbari quamlibet exiguo, atque insperato fortunæ momento. Ceterum Commodus tametsi uerebatur ne quid fortasse populus etiam contra se noui moliretur, tamen suadentibus amicis in urbem reuersus est, ac lætis acclamationibus, magnoque comitatu exceptus in aulã principalem se contulit. Eniuero ex illo tot aditis iam periculis, cœpit nulli satis confidere. Sed occidere hunc, atque illum, nulli non calumniæ fidem acomodans. Ad hæc neminem, cui uirtus ulla esset amicum sibi adiũgebat, sed à cunctis æque rectis studiis animum aduocauerat, Quippe quem die nocteq́ue aliæ ex aliis effrenæ corporis uoluptates grauissimo seruitio premebant, neminémque non ab limine uelut insidiatorẽ submouebat, quẽcũq; aut probitas, aut disciplina ulla etiam mediocris illustraret. Scurræ uero, & q turpissima quæque repræsẽtabant, quasi addictũ sibi habebãt, aurigando etiam bestiísque conficiendis supra modum exercebatur, ob quæ studia adulatores eũ fortitudinis gloria celebrabant. quare illa minus decore tractabat, quam modesto principi conueniebat. Extitere ea tempestate etiam quædam in cælo prodigia, stellæ enim per diẽ perpetuo apparuerunt, quædámque ex iis in longum productæ medio quasi aere suspensæ uidebantur. Præterea animalia omne genus minime suam naturam seruantia, cum figura corporis prodigiosa, tũ membris haudquaquam congruentibus edebantur. Maximum autem nefas cum in præsens dolorem attulit, tum in futurum pessimo augurio uniuersos conterruit. Nam cum neque imbres ulli, neq; nubes, tantúmque exiguus terræmotus antecessisset, seu nocturni casu fulminis, siue igni aliquo in ipso terrarum motu uelut extrito, totum de improuiso pacis templum consumptum incendio est, quod unũ scilicet opus cunctorum tota urbe maximum fuit, atque pulcherrimũ. Idem templorum omnium opulentissimum, egregieque munitum, multóque ornatũ auro, & argenro. Quippe uniuersi ferme suas illuc diuitias, quasi in thesaurum congerebant, ideóque per noctem debacchatus ignis multos ex opulentis egenos redidit. Quapropter communem quidem iacturam publice omnes, suam autem quisque priuatim deplorabant. Sed ubi templum omne consumptũ ignibus est, plurima quoque, & pulcherrima urbis ædificia conflagrarũt. Inter quæ, ẽt uestæ templum. Sic ut palladium quoque conspiceretur, qđ ĩprimis colũt, atq; in arcano habent romani Troia (ut perhibent) aue ctum, ac tum primum postq̃ in italiam deuenit conspectum ab homi

nibus. Quippe raptum id uestales uirgines media sacra uia in aulam Imperatoris transtulerunt. Multæ præterea pulcherrimæq; urbis partes combustæ, plurimosq; dies peruagatum incendium non prius sedatum est, q̃ repentinis imbribus extingueretur. Itaq; totam rem Dis imputabant eius ætatis mortales, quorum scilicet uoluntate & inchoasse incendium & desiisse arbitrabantur, ac portendi bella, quæ sunt deinceps insecuta consumpto pacis templo interpretabantur. Quam dein eeps famam rerum euentus comprobauit. Enimuero plurimis maximisq; incommoditatibus laborante ciuitate, non iam ut antea multitudo beniuole Commodum aspicere, sed referre omnes eius calamitatis causam in illius iniustos actus, & reliqua uitæ crimina. Siquidem neq; latebant populum scelera hominis neq; latere ipse uolebat, sed quæ domi non sine infamia patrabantur, ea etiam in publicum ostentare haud uerebatur, eoq; uecordiæ petulātiæq; processit, ut paternum primo cognomē repudiaret, ac pro Commodo Marci filio herculem se Iouis filium iusserit appellari, depositoq; principum Romanorum cultu, leonis pellem substerneret, manuque clauam gestaret, simul purpureas sibi, atq; auro intextas uestes circundaret non sine omnium irrisione, quippe eodem schemate & fœminarū luxum & heroum uirtutem repræsentabat. Talem se uidelicet quotidie præstabat. Idēmq; mēsium nomina demutauit, ac pro uetustis appellatiōibus, nouas de suis cognominibus imposuit, quorum ad Herculem pleraq; tanq̃ scilicet ad fortissimum referebantur. Quin statuas quoque sibi tota urbe poni iussit, inq; iis unam pro curia, quæ arcum contenderet, ut etiam imagines ipsæ terrores, atque minas præ se ferrent, quam dein tamen senatus post illius obitum substulit, proq; ea libertatis imaginem reposuit. Cōmodus autem cum temperare iam sibi ultra nō posset, publice spectacula edere professus, omnis se sua manu feras occisurum, pollicebatur, & cum fortissimis quibusq; iuuenum singulari certamine depugnaturum. Ea cum rumoribus celebrarentur concurrebant ex italia omni ac finitimis gentibus uniuersi ad id spectaculum, quod nec antea oculis usurpauerant, neque unq̃ fando audiuerant. Siquidem ita esse certa manus illius dicebatur, ut quodeunq; destinaret, iaculo sagittaue contingeret. Erántque cum illo assidue parthorum lectissimi sagittarii, ac numidæ iaculatores, quos ille tamen omnis longe artificio superabat. Vbi autem spectaculi dies adfuit, pleno amphitheatro exædificatus Commodo peridromus fuerat, per quem decurrere in orbem posset,

ne com-

ne comminus cum bestiis pugnans periclitaretur. Sed superne, ac de tuto loco tela iaciendo, iaculandi potius scientiam, q̃ fortitudinem ostentaret. Ceruos igitur & damas, Item cornigera alia præter tauros, currens pariter ipse, atq; insequens impetebat, ac præuenta fuga certissimis ictibus prosternebat, leones uero & pantheras, aliaq; id genus nobilissima animalia currens in orbem superne iaculis confodiebat, sic ut nec telum quisquam secundum, nec uulnus uiderit nisi letiferum. Nã ut primum se fera concitauerat statim illam uel in fronte uel in corde sauciabat, nullo prætereà usus scopo neq; ad aliam corporis partem telo destinato, sic ut pariter cum uulnere ipso conficeretur, Cæterum bestiæ conquirebantur undiq; ac tum primum uidimus, quæ antea in picturis mirabamur, Quippe ex india, æthiopia'q;, itémq; a' meridie & a' septentrionibus, quidquid incognitum prioribus sæculis fuerat, confecit ille pariter ad q; ostendit, nullo non obstupefacto, tam certa illa manu, tamq; nusq̃ telis oberrantibus, Idem aliquando sagittas lunatæ cuspidis in Mauru sias struthos intorquebat, quæ & pedum celeritate & alarum quasi uelis ocyssime ferebantur, sic ut summum cõtingeret collũ atq; ita capita amputaret, ut exsectis ceruicibus (qui teli impetus fuerat) aliquandiu tamen uiuentibus similẽ cursum continuarent. Quin & pantheram, quæ scilicet eductum quendam in harenam cursu acerrimo comprehenderat, sic ut iam iam laniatura uideretur, ita opportuno uulnere confecutus est, ut interfecta belua hominem seruauerit, ac dentium quoq; aciem cuspide ipsa iaculi præuenirct, Leones item ca uea centum eductos totidem missilibus uniuersos occidit, ita suo ordine iacentibus corporibus, ut numerari facillime singula possent nullo scilicet superuacuo incidente telo. Hactenus igitur quæ gerebantur, quamuis a' principe aliena uiderentur, tamen quoniam fortitudinem scientiamq; præ se ferrent popularem quandam gratiam emerebantur. Verum ubi iam nudus ingressus amphitheatrum est, sumptisq; armis numeros gladiatorios implebat. Tũ uero triste Romano populo spectaculum id uisum, Nobilissimum Imperatorem post tam multos parentis sui, maiorumq; triumphos, non quidem aduersus beluas arma capere militaria, uel Romanorum imperio congruentia, sed amplissimam dignitatem turpissimo fœdissimo'q; cultu contaminare. Facile autem dimicans suos compares superabat, neq; tamen ultra uulnera procedebat, dante unoquoq; manus atq; imperatorem potius q̃ gladiatorem agnoscente. Eo'q; uesaniæ prouectus est, Vt deserere principalem aulam, atq; in ludum gladiatorium migrare instituerct, neq; se

amplius herculẽ appellari patiebatˀ,ado pto nobilissimi gladiatoris noie,qui iã uita excessisset,quin simulacro illi colosseo,qđ romanis uenerabile est,solis effigiem gerẽs,capite dempto suum imposuit, atque in basi subscripsit,non quos consuesset imperatorios paternosq; titulos, sed pro germanico mille gladiatorum uictorem. Cæterum ipsum quoque desinere aliquando ab sua uecordia,& ciuitatẽ tyranni de liberari oportebat,Idq; anno ineunte,quem diem romani festum agunt,ad Ianum, uetustissimum italiæ deum referentes, cuius etiam Saturnum ipsum ab Ioue filio pulsum fuisse hospitem prædicant, & quod ibi latuisset,nomen latio inditum. Quocirca etiam nunc romani Saturnalia prius,dein uero initiũ anni more suo concelebrãt. Estq; eius dei biceps imago,ut à quo incipit,& in quẽ desinit annus. Cũ igitur hunc diẽ festum ciuitas agitaret,ĩ quo romani inuicẽ se colunt salutãt que,& nomismata alter alteri,cæteraq; omnifariam mu nera mittant, summique magistratus cõspicuam sibi,& solemnem purpuram induũt,uniuersis diem concelebrantibus,statuit Commodus non quidem ex imperatoriis(ut moserat)ædibus,sed ex ipso gladiatorio ludo prodire in publicum,ac pro eleganti uestitu,pur puraq; imperatoria procedere armatus deducente gladiatorum agmine, in conspectum romani populi. Quod ubi consilium suum ad Martiã retulit,unam ẽ suis concubinis,cui scilicet plurimum deferebat,ac ꝑ pe uxoris eam loco habebat,sic,ut præter ignem omnes honores uelut Augustæ tribuerentur,intellecto mulier tam absurdo turpique consilio orare multis lacrymis,supplexque ad genua accedere,ne aut Romanum imperium pollui pateretur,aut ipse uitam suam perditis, ac deploratis hominibus tam periculose committeret. Sed cum nihil profecisset,lacrymans discessit. Ille præfectum exercitibus, Lætum nomine et Electum cubiculi custodem ad se accitos,parare iubet in ludo ipso gladiatorio,quo se dormitum recipiat,ut illinc ad sacrificãdũ mane procederet,ac se armatum romano populo ostentaret. Illi multis precibus persuadere tentabant,ne quid indignũ principe conaretur. Quibus Commodus ira percitus facessere ab se iussis,statĩ in cubiculum reuersus,ut quemadmodum consueuerat meridiaretur,sũpto in manus libello,quales de philyra tenuissimi,atque in utranque partem replicabiles fiunt,conscribit in eo quosçunq; illa nocte interfice re destinauerat, Ex quibus prima erat Martia,mox Lætus, atque Electus,post hos ingens eorum numerus,qui plurimũ auctoritatis in senatu obtinebãt,siquidẽ senes uniuersos paternos amicos tollere ẽ me

dio ne

dio ne censura illorum sua interpellarentur flagitia, bonaq; ipsa diui-
tum dilargiri partim militibus, partim gladiatoribus decreuerat, ut al-
teri se defenderent, alteri oblectarent. Eum igitur libellum ita conscri-
ptum supra lectulum deposuit, neminem ad se introiturum suspectãs.
Erat autem pusio quidam infans adhuc ex ea nota, qui uestitu cætero
nudi, sed auro gemmisq; ornati solent delicatissimo cuiq; Romanorum
esse oblectamento, Is ita Commodo carus erat, ut cum illo sæpe eti-
am cubaret, ac philocommodus appellaretur, ipso indicante nomine
amorem principis. Hic itaq; puer forte ludibundus, occupato inter bal
nea & crapulas Commodo, cubiculum ut consueuerat ingressus, sum
pto in manus libello, qui cum lusitaret, foras processit. Ac forte quadã
in Martiam incidit, quæ cum puerum etiam ipsa diligeret, complexa
prius, atque deosculata libellum manu aufert, uerita nequid ob infan
tiam inscius puer rerum fortasse grauiorum labefaceret. Agnita dein
Commodi manu, ac legendi cupidine illecta, ubi funesta contineri, ac
se primam peti intellexit, Lætumq; & Electum subsequi, tantamq; de-
inceps reliquorum futuram cædem, hæc secum ingemiscens consu-
surrabat. Euge Commode, hæccine præmia beneuolentiæ, amorisque
sunt. Ita scilicet de te merui: cum tam multos annos contumelias ebri e-
tatemq; tuam pertuli. Sed nequaq̃ tibi hæc ita successerint uiro temu-
lento aduersus sobriam mulierem. His dictis Electum ad se arcessit,
quem etiam ipsa aliquando per se conuenire utpote cubiculi custo-
dem solita, & cum eo quoq; stupri habuisse consuetudinem credeba-
tur, traditoq; in manus libello, uide inquit Electe cuiusmodi sumus
hac nocte festum celebraturi. Is eo lecto expauefactus (erat autem ægy
ptius genere audax homo, ac promptus & irasci facilis) statim signatũ
libellum per hominem sibi fidum Læto legendum mittit, qui item
exterritus ad Martiam contendit simulans de iis ire se consultatum,
quæ ad concinnandum ex iussu principis ludum gladiatorium perti
nerent. Hoc igitur usi prætextu constituunt aut faciendum sibi quam-
primum, aut patiendum aliquid, nullum moræ locum, nullum pro-
crastinationi esse. Placitum autem est, rem ueneno agi, quod se facile da
turam Martia recepit. Quippe solita primum illi miscere, atq; offerre
poculum, ut ab amica porrectum suauius biberetur. Igitur redeunti
ex balneis commixtum uino odoratissimo uenenum in calice obtu-
lit. Ille diu lauando, uenandoq; collecta siti ueluti de more propina-
tum sibi temere interbibit. Quare statim capitis grauedine occupatus

atq; in soporem prolapsus, cum id ex labore accidisse opinaretur, quieti se tradidit. Electus autem, & Martia recedere omnes confestim, & suam quenq; domum reuerti iubent, ne somni indigum Commodum expergefacerent. Id autem alias quoq; ex ebrietate nimia facere consueuerat, nam cum uel balneis, uel epulis operam daret, nullum scilicet habebat praestitutum quieti tempus. Etenim aliae ex aliis uoluptates, eaeq; inter se maxime diuersae, seruire sibi hominem etiam inuitum quocunq; tempore subigebant. Pauxillum igitur cum requiesset, ac iam se ad stomachum & aluum ueneni uis insinuasset oborta uertigine, uomitus & quidem affatim consecutus est, siue ipso cibo, quem largiter antea sumpsisset, multaque meri potione uirus expellente, seu quoniam principibus mos est, antequam cibum capiant medicamento uti, quo uenena prohibeantur. Caeterum cum multum euomuisset, ueriti illi ne ueneno quoq; omni eiecto colligeret sese, atq; una omnes caedi impararet, persuaserunt magna mercede Narcisso cuidam audaci strenuoque adulescenti, ut ipsum in cubiculo strangularet. Hunc finem uitae Commodus habuit, tredecim annos post parentis obitum imperio administrato, unus omnium ante se imperatorum nobilissimus omniumq; eius aetatis hominum formosissimus. Quod si dicendum de fortitudine quoque est, ne in hoc quidem cuiq; praesertim destinandis ictibus concessurus. Sed tamen totam uitae rationem studiis (ut dictum est) foedissimis contaminauit.

CCISO Commodo quemadmodum superiore uolumine demõstrauimus. Cum cælare factum interfectores, & aulicas excubias fallere uellent, uili quodam stragulo inuolutum, constrictumq; corpusculum, ac duobus explorata fidei famulis impositum, ædibus exportandum, uelut aliquid superuacuum ex cubiculi supellectile curauerunt. Qui autem exportabant, per medios euasere custodes, partim ebrios, dormitantesq;, ac manu languida tenentes hastilia, partim etiam socordes eorum, quæ ad se parum pertinere arbitrabantur, ita corpus principis furtim elatum, ac per noctem uehiculo impositum, in Aristeũ miserunt. Lætus autem, & Electus, Martiaq; quid agendum foret diu deliberato, tandem decernunt, ita de eius morte rumores serere, quasi repẽte in apoplexiam incidisset, q̃d facile de illo creditum iri existimabant, quem constabat identidem solitum immoderatis epulis saginari, Sed ante omnia tamen uisum est aliquem prouectum ætate, ac modestum hominem deligere ad imperium, per quem & ipsi incolumes forent, & omnes à sæua immoderataq; tyrannide respirarent. Igitur diu consultato neminem sic idoneum inuenerunt, ut Pertinacem. Erat autem Pertinax genere italus, domi, belliq; rebus gestis clarus, multisque insignis tropæis, quæ aduersum germanos, atq; orientales barbaros erexerat, unusq; erat reliquus è grauissimis illis, quos pater Commodo amicos reliquisset, euiq; plurimum ex omnibus sociis ducibusq; detulerat. tutus hactenus, uel grauitatem ipsam uerito, uel ob paupertatem hominis dissimulante Commodo, Siquidem id quoq; illius laudibus accedebat, q̃ cum plurima omnium administrasset, tamen erat omnium pauperrimus. Hunc igitur Pertinacem nocte intempesta sopitis omnibus, Lætus, atq; Electus cum paucis eiusdem factionis adeunt, & cum ianuam occlusam offendissent, ianitorem excitarunt, qui ubi adaperuit, militesq;, & Lætum præfectum adesse uidit, perterritus, atq; expauefactus Pertinaci renunciat. Is admitti illico iubet, euentura mox inquiens, quæ sibi ad eam diem mala præsagiuerat. Tanta porro fuit animi constantia, ut ne lecto quidem se mouerit, aut habitum oris demutauerit, sed ingressis Læto, atque Electo, quamuis ad se occidendum missos crederet, pleno audaciæ uultu, minimeq; pallenti, iam pridem inquit hunc exitum uitæ singulis etiam noctibus sperabã, qui ex omnibus pa

ternis amicis unus adhuc essem reliquus. Itaque demirabar, quonam tamdiu rem differret Commodus, proinde quid statis, quin factis imperata, méq; a' tristi aliquãdo, ac perpetua formidine liberatis? Adhæc Lætus, desine inquit indigna te, & superiore uita tua fabulari, neque nos mortem tuam, sed salutem, cum nostram, tum Romani Imperii petitum uenimus. Iacet enim Tyrannus, debitásq; luit pœnas, ea passus a' nobis, quæ in nos facere moliebatur. Quare huc adsumus imperium tibi tradituri, quem unum ex omni senatu uel temperantia uitæ uel auctoritate, uel ætate etiam, & grauitatem orum scimus esse præstantissimum, carumq; populo, & uenerabilem, sperantes quod agimus & optabile illis, & nobis salubre futurum. Ad hæc Pertinax, desinite inquit senem ludere hominem, atq; ita timiditatis arguere ut prius decipere, dein occidere studeatis. Atqui inquit Electus Quando nobis parum credis, cape libellum hunc (nam manum certe agnoscis Commodi) ac tute lege, cognosces proculdubio quantum effugerimus periculi, neq; tentamentum aliquod in nostris uerbis, sed ueri fidem deprehẽdes. Quod ubi Pertinax fecit, iam profecto uiris antea quoq; sibi amicissimis credendum ratus, intellecta omni re totum se illorum potestati permisit. Placuit igitur primo exercitum adiri, ac militum tẽtari animos, quos tamen Lætus in sententiam suam facile se adducturum pollicetur, quippe cuius aliqua ur pote præfecti futura esset apud illos auctoritas. Quocirca omnes quotquot aderant ad exercitum festinant, cum iam multum noctis processisset instante Kalẽ. Ianuariarum die. Mittunt præterea fidos homines, qui passim rumorẽ dissẽminent, uita defunctum Commodum, Pertinacẽmque iam imperaturum, contendere ad exercitum. Qui ubi rumor euagatus, repente populus uniuersus Lymphato similis ebacchari, & discurrere per uias, ac lætabundi oẽs renuntiare pro se quisq; amicis, quibus aut dignitas aut diuitiæ superabant. Nanque illis potissimum discrimen impẽdebat a' Cõmodo. Ibant igitur ad templa & aras Dis gratulatum, alii alia uociferantes. Quidam iacere Tyrannum, pars gladiatorem, nonnulli etiam multo his fœdiora. Quæq; hactenus metus represserat, ea nunc licentia, ac libertate oborta impune iactabantur. Sed & pleraque pars populi cursu concitato ad exercitũ contendebat, ueritis oĩbus ut satis libenter fperatorem Pertinacẽ milites acciperent. Quippe moderatũ Principẽ, nõ sanè nimis ex sententia futurum sperabant militibus. Qui scilicet tyrannidi seruire uimq; oẽm, ac rapinas exercere cõsueuissẽt. Itaq; uelut ad obse-

ad obsequium impulsuri cõfluxere ad castra frequentes. Quo ubi ꝑuentum ingressi Lætus & Electus unà cum pertinace sunt, ibi conuocatis militibus ad hunc modum Lætus uerba facit. Commodus imperator uester apoplexiæ morbo interriit. Causa mortis nemo alius. Sed est ipsemet sibi. Nam cum frustra nos optima, atq; salubria subiiceremus, gerens ille se quemadmodum omnes nostis, cibo potiúque nimio suffocatus est. Atque is quidem suo sibi fato extinctus perijt. Quippe, non una eadémque cunctis hominibus mortis causa, sed aliæ alijs, cunctæque tamen ad eundem tendentes uitæ finem. Verũ pro illo adducimus uobis ipsi, ac romanus populus uirum ætate grauem, uita moderatum, militaris disciplinæ peritissimum, cuius bellicam uirtutem, uos quidem ueterani sæpenumero experti, Cæteri tot annos urbi præfectum non honore solum, sed etiam admiratione dignissimum iudicastis. Igitur fortuna non principem solum uobis dat, sed parentem quoque optimum, cuius principatus non uobis modo, qui eum præsentes tuemini, Sed is etiam iucundissimus futurus est, qui ripas fluuiorum, ac Romani terminos imperii defensant, uidelicet res eius preclare gestas memoria retinentibus Neque uero iã barbaros nobis pretio conciliabimus, sed eorum memores, quæ hoc duce perpessi sunt metu potius subigentur. Hæc dicente Læto mini me iam se cohibuit populus, quin cessante adhuc & dubitãdo milite, Augustum illum declararet, patrémque appellaret, & faustis omnibus acclamationibus prosequeretur. Idem etiam milites factitabant. Quanquã non pari alacritate, sed circunfusa undique inermibus festísque agitantibus diẽ, populi turba, facile illos acclamare, ac Pertinacem uocare Augustũ coegit. Mox iurati de more in illi⁹ nomen, factáque re diuina laureati omnes populus, atque exercitus prosequebantur. Sed postquam in aulam imperatoriam per noctem (ut diximus) à milite populóq; deductus, magnis curarum motibus æstuabat Et quamuis animo esse forti constantiq; uideretur, tamẽ illum uehementer præsentia territabant, nõ de salute sua magnopere solicitum, quippe alias grauiora pericula contẽpserat, sed repentinæ tyrãnidis mutationẽ animo uersantẽ nobilitatémq; nõ nullorꝝ Senatorũ reputãtẽ, quos minime passuros arbitrabatur, post ĩperatorẽ generosissimũ recidisse principatũ ad hominẽ priuatæ stirpis, atq; obscuræ. Nam si uita ipsius plane tẽperans, ac frugalis audiebat, maximámq; in bellicis negociis gloriã fuerat adeptus, attamẽ claritate generis ĩpar habebatur. Igitur postq̃ diluxit, in curiam se contulit, neque

ignem sibi præferri, neque ulla principatus insignia passus attolli, donec senatus sententiã scitaretur. Sed cum omnes simul, atq; uiderunt, lætis acclamationibus unanimiter exceperunt, Augustúmq; & imperatorem consalutarunt. At ille recusare institit, tanq̃ rem inuidiosã, nomen imperii, excusare senectutem, ueniámque orare, multos esse dictitans patricios uiros, quibus magis imperium conueniret, simul Glabrionem manu comprehensum protrahens, sessitare Imperatoria sella iubebat. Erat enim ille omnium patriciorum nobilissimus ad æneam Veneris & Anchisæ filium seriem generis referens, idémq; iterum consul, qui tamé ita tum locutus est. Equidem egomet, quem tu omnium putas dignissimum, cedo tibi imperio, atq; unà mecum senatus omnis summam tibi potestatem decernimus. Ibi uero ille uim penè afferentibus, atque impensè rogantibus uniuersis, uix tandem dubitabundus sellam imperatoriam conscendit, atque orationem huiuscemodi habuit.

C Onsensus hic uester, studiúmq; eximium uni mihi plurimum in tanta ista nobilitate deferendi, cum omni adulationis suspitione uacet, argumentúmq; beniuolentiæ fidémq; præferat alium fortassis audaciorem atq; alacrioré redderet ad ea, quæ traderentur suscipienda, sperantem facili se gubernatione usurum, qui tantam in uobis beniuolentiam animaduerteret, Me autem contra, magna ista scilicet atq; egregia, sicut honoris sensu obstupefaciunt, ita metu quodam curáq; solicitant. Siquidem arduum in primis est, magnis acceptis beneficiis paria referre. Nam in beneficiorum uicissitudine, si magnam gratiam referas, qui paruam debuerit, non tam facilitas remunerandi expenditur, q̃ in ipso argumentum grati animi commendatur. Sed cum prior quispiam eximia in te quædam cótulerit, tum si illum parum ample demerearis, non tam deesse qđ reponas, quàm ipse inops sensuum, ac plane ingratissimus uideare. Cerno igitur iam animo, quam mihi arduum sit propositum certamen, ne tanto à uobis accepto honore parum me fortasse dignum exhibeam. Quippe non in sella ipsa fastigium dignitatis, sed in operibus situm, quæ illam minime dedecorent. Nam quantum præterita odimus, tantum de futuris bene speramus, Et ut tenax est iniuriarum memoria (quod enim offendit, nunq̃ obliteratur) Sic beneficia in ipso excidunt usu, Siquidem non tam delectat libertas, q̃ seruitus offendit, Neq; habendam quisq̃ gratiam

am putat, ꝙ rebus suis pro arbitrio utatur, Quippe id sibi deberi iure autumat, Qui uero suis exuitur bonis, nunq̃ sane iniuriarum obliuiscitur. Neq; quisquam lucro apponit, quod utilitatem in commune pariat. Quæ enim publice prosunt, parum cuiq; curæ sunt. Sin quæ propria cuiusq; sunt, minus ex sententia ceciderint, tum nemo satis secum benigne agi putat. Ad hæc quicunq; enormibus tyrannorum, atq; immensis largitionibus insuerunt, ii si frugalius paulo, aut continentius ex pecuniæ inopia agere instituas, non tam id moderatæ cuidam dispẽsationi, prudentiǽq; attribuunt, q̃ auaritiam continuo tibi & sordes exprobrant. Neq; autem cogitant neminem posse magna cuiuis dilargiri, qui se à ui atq; à rapinis abstineat. Qui autem recte, ac pro cuiusq; dignitate dispensat, non modo nihil cuiq̃ iniuste eripit, sed & cæteros frugi esse docet, & parcere parto. Hæc igitur cum animis uestris reputantes, adnitimini uos quoq; mecum patres communéq; hanc Imperii administrationem existimate. Quippe in repub. optimatium, non autem sub tyrannide uicturi, cum ipsi optimam habere spem, tum reliquis etiam debetis polliceri. Hæc locutus pertinax senatui, animum addidit notísq; exceptus, & acclamationibus, habitusq; honorificentissime, Iouis, aliorúmq; Deorum templis consalutatis, sacrificióq; de more facto in aulam palatinam se contulit. Postea uero q̃ fama uulgauit, quæ ille uel in senatu dixisset, uel ad populum scripsisset, læti omnes agitare, sperantes serium se & clementem principem, parentémque adeo magis, q̃ imperatorem habituros. Nam & militibus edixit, ne cui ex populo cõtumeliam facerent, néue quem uiatorem pulsarent, Cunctáq; denique ad honesti cultum, modestiámq; referebat. Ipse cum aut ingrederetur, aut ius diceret, Comem scilicet ac mansuetam indolem ostendebat, & cum Marcum in primis referre uideretur, seniores quidem admonitu delectabat, reliquos autem à crudeli contumeliosáq; tyrannide ad modestam uitam tranquillámq; uindicatos, facile ad se amandum impulerat. Quæ cum fama latius euagaretur natiões omnes, atq; exercitus subiectos Romanis, aut amicos, ad deferendos ei diuinos honores ícitauit. Quin Barbari quoq;, siqui aut frenos depulerant, aut seditiones moliebantur metu uirtutis, quam præstitisse eum superioribus bellis meminissent, iustitiæq; fide, cum neminem ab illo scirent ultro offendi, sed gratiam cuiq; pro meritis referri, uímq; abesse & crudelitatem, sponte illi se dediderunt. Legationes præterea undiq; confluebant, gratulatum Romano populo, quod Pertinacis imperio gubernarentur. Sed quid plerisq; oĩbus publice priuatímq; gratũ fuit modestũ mãsuetũq; prĩcipẽ

populo romano contigisse, Id uero urbanæ cohortes imperatorum custodiæ adhibitæ grauiter molesteque ferebant. Siquidem a rapinis iniuriisque ad temperatum uitæ cultum reuocatæ, ac mitem illam ci uilemque gubernandi rationem in contumeliam suam, ac dedecus accipientes, ut ex qua licentiam sibi ademptam intellegerent, nullo iā pacto rectorem huiuscemodi tolerandum statuebant. Igitur principio contumaciores se gerere, minusq; dicto audientes esse. Postremo nondum bimestri imperio expleto, cum quidem ille iam non dubium suæ probitatis specimen dedisset, uniuersis in optimam spem erectis, inuidit repente mala sors, quæ omnia fundirus euertit, Sic ut egregii illi conatus uehementer omnibus profuturi in medio quasi cursu prolaberentur. Nan primum quidem quidquid in Italia aut alibi gentium inculti soli etiāmq; sub regibus uacaret, id totum occupantibus & colentibus adiudicauit, decēmque annorum imunitatem, ac perpetuam libertatem agricolis concessit, Imperatoris autem possessionibus nomen suum inscribi prohibuit, non esse illas dictitans imperantium proprias, sed communes romanorum, & publicas. uectigalia quoq; omnia, quæ ad contrahendas pecunias tyranni excogitauerant in fluuiorum ripis, in urbium portibus, per que uias, & itinera penitus remisit, atque in antiquam libertatem reuocauit. Multaque item ad idem exemplum facturus uidebatur. Nam & delatores urbe exegerat, & ubi ubi inuenirētur puniri īperauerat, cauens necui de uanis criminibus periculum conflaretur. Ergo ī maxima tranquillitate sese, beatissimóque rerū statu uicturos senatus, cæteriq; arbitrabantur. Siquidem adeo se æquabilem, parémque cæteris præstabat, ut filium quoque iam adulescentem ī aulam palatinam nunquam adduxerit, Sed intra priuatos parietes continuerit. Sic ut in ludum quoque literarium, atque, gymnasia de more itaret, nihil priuatis absimilis eruditurque, & omnia perinde, ut quiuis è medio agitaret, neque ullam aut tyrannicam, aut omnino imperatoriam pompam ostentaret. Cū in hac morum uitæque modestia ageret. soli scilicet prætoriani milites præsentem rerum conditionem haud satis æquo animo ferentes, ueterem illam licentiam uiolenter se gerendi raptandiq; omnia affectabant, Interque uina, & epulas consilia inierunt pertinacem è medio tollendi, grauem ipsis atque onerosum, alterumque eius loco imponendi rebus romanis indulgentem, atque intemperantem, nihilque denique non licentiæ præbiturum, Igitur confestim haud opinato cunctis ocium agitantibus turbidi, ac furentes, militari cursu me

ſu meridie ipſo, protentis haſtis, nudis gladiis, frequentes ad impe-
ratoris ædes feruntur. Re autem ſubita, inſperatáq; perterriti cubicula-
rii palatini pauci plurimis, & inermes armatis minime auſi reſiſtere, re-
licta ſua quiſq; ſtatione, diuerſi alii alió defugerunt. Pauci tamē ex ami
ciſſimis, nuntiato militum concurſu perſuadere Pertinaci conaban-
tur, uti fuga ſibi conſuleret, populíq; auxilium imploraret. Ille autem
tam etſi utilia in præſens audiebat, tamen indecorum exiſtimās atq; il
liberale, miniméq; dignum imperatoria maieſtate, atq; anteacta uita, fu
gæ aut latebris ſalutem debere occurrere periculo, ac procedere in me-
dium decreuit, ſpetans perſuaſurum, quæ uellet, & furentes in præſens
animos placaturum. Igitur cubiculo egreſſus, factúſq; irruentibus ob
uiam, quærere cauſas inſtitit tam ſubiti motus, & à fœdiſſimo illo tu-
multu abſterrere, non attõitus periculo, Sed habitum otis grauem mo
deratumque retinens, patémq; imperatoriæ dignitati, ac nihil humile
nihil pauidum, aut obnoxium, nihil deniq; ſupplice dignum præ ſe fe
rens, ita ad eos uerba fecit Me quidem o milites inquit ſi occiditis, neq;
ipſi rem magnam facitis, neq; mihi ſanè grauem, homini uidelicet hu
ius ætatis & gloriæ Siquidem humanæ uitæ finis certe ē aliquis neceſſa
rius, uos autem principis curæ cuſtodiæq; & propulſandis aliunde pe
riculis adhibitos, cædem ipſos facere primos, neq; ciuili tantum, ſed im
peratorio quoque ſanguine polluere dextras, id uero uidete, ne uel in
præſens flagitioſum ſit uobis, uel impoſterum periculoſum. Neque
enim ego ulla uos iniuria affeci. Si enim Commodi doletis interritu,
nihil profecto nouum fuit moti, qui homo natus fuerat. Sin dolo ne-
catum putatis, non meum ſanè id crimen. Quippe quem ipſi ſcitis ab
omni etiam ſuſpitione procul abeſſe, Quæ enim tunc acta ſunt, uos
ptimi cognita habuiſtis, ut etiam ſiquid obortum ſuſpitiõis eſt, id utri-
que alios attigerit. Cæterum ne illo quidem extincto quicquam uo-
bis defieri patiemur, quod modeſte atque ex dignitate ueſtra, non au-
tem per uim & rapinas concupiueritis. Ita loquente eo iam quidam ex
his permotum iri uidebātur, neque ſanè pauci abire iam cœperant, ue
riti ſanctimoniam Principis, ac ſenectutem. Sed à Cæteris facto im-
petu obtruncatur. Qui ſtatim eo perpetrato ſcelere multitudinem
declinantes indigniſſime laturam id facinus, occupant in caſtra abi-
re, muróque continent ſe, diſpoſitis pro turribus armatis, qui popu-
lum à mœnibus arcerent. Hunc finem Pertinax ſortitus eſt uitæ, mo
rumque (ut ſupra diximus) laudandus. Sed ubi cædis illius fama per
populum dedita, tumultu ſcilicet luctúque omnia compleri, diſ-

currere uniuersi furentibus similes, neq; certi quid agerent quærere ipsos auctores, quos neq; inuenire tamen poterant, neque ulcisci. Præcipue uero senatus indigne id ferre, communémq; eam calamitaté existimare desiderans parenté optimum, ac principem indulgentissimũ rursúmque tyrannidem metuens, quam cordi esse militibus intellegebat. Sed cum dies unusitémque alter abisset, plebsq; uniuersa suo quisque metu quietem ageret, & qui dignitate auctoritatéque pollebant in sua prædia, quam lõgissime poterant ab urbe secessissent, ne quid í eligendo successore grauius obiceretur, cognito milites & quietum esse populum, & existere neminem, qui pricipem interfectum uindicaret, ipsi quidem castris se continebant, cõstituto autem supra murum uocalissimo quoque edicunt uenale imperium traditurósque se ei, qui plurimum pecuniæ polliceretur, tutóque in aulam deducturos. Id auditum neminem é senatu grauitate, atque auctoritate præditum, neminémq; é nobilitate, aut ex his denique permouit, quicunque adhuc opulenti superabant tenues reliquiæ Commodi Tyrrannidis, neq; ausus quisquam aut muro succedere, aut turpem contumeliosumq; dominatum pecunia pacisci. Sed enim Iuliano cuidam cõsulari uiro, qui grandem habere pecuniam credebatur, uespere supra cœnam nunciatur inter uinum, atq; epulas militum edictum. Quippe homo alioquin parum uitæ continentis habebatur. Persuadent igitur uxor, atque filia, & parasitorũ turba, ut relicta mensa acceleret, & quid agatur intellegat, ac subinde inter eundum adhortãtur, occupet proiectum imperium, superaturum largitione omnes, qui tantum diuitiarum possideat. Igitur ubi ad muros accessit, clamare occœpit, daturum quæ uellent, habere se magnas opes, plenos auri thesauros atq; argenti. Eodémq; tempore Sulpitianus & ipse uir consularis, ac præfectus urbi, socerq; pertinacis ĩperium licitabatur. Verum in eo milites suspectam habuerunt Pertinacis propinquitatem, subesse aliquid fraudis suspectantes, quo illius cædes uindicaretur. Ergo Iulianum scalis demissis supra muros attollunt, non prius ausi referare portas, quam conueniret de numero dandæ pecuniæ. Ille ingressus in castra primum quidem honores Commodi & statuas quas sustulerat Senatus instauraturum pollicebatur, concessurumq; ipsis, quam quodam sub illo licentiam obtinuissent, præterea militibus singulis plus multo argenti daturum, quam aut petere auderent aut accepturos expectauerant, neque in dando moram futuram. Nã domi eam pecuniam adseruari, quibus aducti rebus milites, atq; in

tantam

tantam spem erecti Iulianum declarant principem, simul ei Commodi cognomen imponunt. Tum signis sublatis, impositisq; illius imaginibus deducere hominem tendunt. Igitur de more sacrificio in castris peracto exiit maiore militum comitatu, quã cæteri consueuerãt, siquidem per uim contráq; populi uoluntatem pérq; turpitudinem, & dedecus, imperium emercatus, iure impetum multitudinis uerebatur. Sed induti armaturas milites, circunseptúq; undiq; testudine facta, ut etiam si res posceret dimicarent, receptóq; in medium imperatore suo, clypeis hastisq; supra capita elatis, ut tutiores forent, si forte lapides è tectis mitterentur, deducunt eum in aulam, neq; auso resistere populo neq; (ut mos est) faustis acclamationibus prosequente. Sed diras pro cul imprecantibus uniuersis grauitérq; exprobrãtibus, quod ære sibi Imperium parauisset. Tunc primum uidelicet corrupti militum mores, fœdáq; & insatiabilis pecuniæ cupiditas, & contemptus imperatoriæ maiestatis inoleuit. Nam cum neq; uindex existeret ullus tam crudeliter interfecti principis, neq; promercale factum imperium fœdéq; nundinatum quisquam prohibuisset, id uero initium, causáq; militibus fuit, ut etiam imposterum turpissimi, contumacissimíque euaderent, sicut auaritia indies, ac principum contemptus etiam usq; ad sãguinem proueheretur. Eniuero Iulianus imperium adeptus, delitiis continuo crapuláq; se dedere circa rem publicam indiligens, uitámque mollissimam luxuq; circunfluentem traducere, sed & spem militum fefellerat, neq; implere fidem promissorum potuerat. Siquidem nec opes domi quantas iactabat, & publicum ærarium sumptibus illis isanis iampridem à Commodo exaustum. Quare cum milites habebat infensos, tum à populo totius rei conscio facile contemnebatur. Itaq; & prætereuntem maledictis insectabantur, & turpes ambiguásq; uoluptates exprobrabant, sic ut propalam etiã in circo, quo maxima uis hominum confluit Iulianum incesserent, ac uindicem Romani imperii præsulémq; summi principatus Nigrum uocitarent, orantes ut quamprimũ adesset, ipsósq; à tantis contumeliis assereret. Is Niger consulatũ gesserat, ac tũ Syriæ præerat uniuersæ, qui honos ea tempestate multo maximus erat. Quippe etiam phœnices, omnísq; ad Euphratem regio Nigri suberat imperio. Ipse ætatis erat iam ad senectutem spectantis, multisq; & magnis in rebus uersatus, famam obtinuerat mansuetudinis, ac dexteritatis, sic, ut etiam Pertinacis uitam putare tur æmulari. Quibus maxime rebus populi fauorem adeptus uidebatur. Hunc igitur assidue frequentis populi clamores implorabant, ac

N

præsentem Iulianum conuitio lacerantes, illum etiam absentem uniuersi principalibus acclamationibus, faustisq; uocibus prosequebātur. Quibus intellectis Niger putās omnia sibi ex sententia successura, q̄d & à militibus neglegebatur Iulianus, ut qui fidem minime impleuerat & cōtemnebatur à populo, ut parum dignus empto principatu, spem cœpit imperii uindicandi. Ac primo quidem ex ducibus tribunisq; cæterisq; militibus, qui plurimum haberent auctoritatis, diuersos aliū alio tempore domum dimittebat, edoctos rerum omnium, quæ sibi Roma afferebantur. Id hoc consilio faciebat, ut q̄ latissime toto oriente rumores dissemin arentur. Ita enim sibi adiunctarum quāplurimos existimabat, si non imperium ex insidiis occupaturus, sed opem uocātibus, atq; implorantibus allaturus uideretur. Proinde uniuersi confestim adesse, obsecrare pro se quisq;, obtestariq; uti q̄primum rempubli cam capesseret. Est autem Syrorum gens natura leuis, pronaq; ad res nouandas. Amabant autem uehementer Nigrum, quod & imperiū apud illos humanissime gesserat, & ludis multitudinem, ac celebritatibus detinuerat. Sunt autem Syri suapte natura huiuscemodi oblectamentorum cupidiores, è quibus Antiocheni maximam fœlicissimāmque urbem inhabitantes totum ferme annum uel in urbe ipsa uel in suburbanis ludos, & festa concelebrant. Quocirca edendis assidue spectaculis, ac remittendis exhilarandisq; ocio animis, ita sibi uulgus adiunxerat, ut ab omnibus magnopere coleretur. Quæ cum ita se habere intellegerer, iussis adesse dicta die militibus, reliqua etiam confluente multitudine, ita pro suggestu ad id ipsum extructo uerba fecit.

Quam mire ingenium, quantáq; in rebus maioribus aggrediendis nostra cautio sit, forsitan ipsi quoq; iampridem cognouistis. Neq; ego nunc apud uos processissem uerba facturus, si uel priuato consilio, uel incerta spe, aut spem superāre cupiditate adducerer. Sed me uocant Romani, & assidue clamantes fatigant, ut eis manum porrigam salutarem. Neq; patiar tam excellens, tamq; gloriosum relictum à maioribus imperium iacere abiectum turpiter. Vt autem citra occasionem aliquam, res aggredi tantas, audax sanè, temerariúmque sit, ita si implorātibus, ac rogantibus opem deneges, timiditatis & proditionis crimine labores. Quapropter eo consilio ad uos huc prodii, ut scitarer, quid facto opus esse duceretis, uobísq; uterer quasi totius negocii huius consultoribus, quod si ex sententia successerit, cōmunis mihi inde uobiscum erit utilitas. Neq; scilicet tenues opes, aut leues sunt

ſunt,quæ nos ſolicitant, Sed ipſe Romanus populus,cui rerum omniũ potestatem ſuperi tribuerunt, ipſum Romanum imperium fluctuans adhuc,neq; apud quenquam certa ſede reſidens. Sed neq; parũ tuta minus conſilia,his implorantium animis,nullo ad prohibẽdum reſiſtendũmq; parato. Nam qui illinc ueniunt,ne ipſos quidem milites,unde imperium emptitauerit,ſatis ei fidos fore affirmant,quoniam promiſſa non ſoluerit. Quæ ſit igitur ueſtra mens oſtendite. Talia loquentem continuo exercitus omnis,cæterũmq; uulgus Imperatorem atq; auguſtum conſalutant. Tum amictum purpura reliquoq; exornarum aulico paratu,ibidem extempore conquiſito, præcedente etiam igni in Antiochiæ primum tẽpla,mox ad ſuas ædes deduxerunt, quas etiam ceu nõ iam priuatas omnibus extra inſignibus imperatoriis adornauerunt. His lætus Niger,cum ſcilicet,& Romanorum animos,& cæterorum ſtudia hominum animaduerteret,iam haud dubie rem omnem ſibi eſſe in uado arbitrabatur. Qui poſtq̃ rumor increbruit,ſtatĩ quæcunq; aduerſum Europæ continentem nationes incolunt,feſtinare pro ſe quæq; ut præſto illi eſſent, Legatiq; undiq; Antiochiam confluere,uelut ad legitimum prĩcipem, Reges quoq; & Satrapæ trans Euphraten, Tygrinq; habitantes gratulatum miſerunt,ſuãmq; operam ĩ omnem euentum pollicebantur. Quos ille ampliſſimis affectos muneribus,gratiiſq; actis dimittebat,nullis ſibi impræſens opus eſſe auxiliis affirmans,ſatis munitum imperium, idq; geſturum ſe incruentum. Quare tanta ſpe ſublatis animis ſupinius iam neglegentiuſq; agitabat, ſeq; populũmq; Antiochenum,ocio deliciiſq; oblectans, Ludoſq; edẽs & ſpectacula, Neq; uero aut Romam,quod res maxime poſtulabat,proficiſci ſtuduit,aut Illyricos exercitus, qui ſcilicet in primis adeundi cõciliandiq; fuerant,ullis de rebus certiores fecit,ſperans ſtatim intellecta re cum Romanis eos pariter,cunq; orientis totius exercitibus conſenſuros. Hæc dum agitaret leui incertaq; ſpe ſubnixus,fama iam per pannonios,Illyricoſq; increbruerat,perq; exercitus omnes,qui pro ripis danubii,Rheniq; excubantes cohercendis barbaris Romanum tuentur imperium. Præerat autem Pannoniis uniuerſis (Nam unius regebantur Imperio) Seuerus quidam genere Afer, uehemens homo negociis gerendis,ac ferox,uitæq; inſuetus duræ,& aſperæ,promptus excogitandis,acer exequendis rebus, Qui poſtq̃ Romanum principatũ pendere ſublimem,quaſiq; direptui expoſitum uidit,alterũ quidem,ut deſidem alterum ut parum efficacem contemptui habuit. Addebant præterea ſpem ſomnia quædam, & oracula, cæteraq; futurorum præſagia,tum

deniq; fidem ueri impetrantia cum sunt euentum sortita, Quorum pleraq; ipse in libris de uita sua conscripsit, ac publice in tabulis picta dedicauit. Sed quod illi extremum maximúq; momēti somnium spē propemodum omnem conciliauit, id ne nobis quidem silentio prætereundum, Quo enim tempore nunciatum est Pertinacem ad imperium ascitum, peracto Seuerus sacrificio, iuratúsq; fidem principi, ubi primum domum rediit somno comprehensus, uidet per quietē magnum quendam, ac generosum equum ornatum phaleris imperialibus, qui pertinacem ipsum per urbē ueheret media sacra uia. Sed ubi ad ipsum fori peruenit ingressum, in quem olim liber populus frequens conueniebat, uisus est excussisse Pertinacem equus, atq; abiecisse humi, proximéq; astanti Seuero tergum substernare eúmq; perferre sublimem tuto in forum medium, conspicuum uenerabundæ multitudini. Manet át adhuc huius imago somnii eodē ipso loco ingens ex ære cōflata, Ad hunc igitur modum sublatis animis Seuerus, ac se diuina prouidentia sollicitari ad imperium ratus, decreuit animos periclitari militum, quare primum quidem præfectos, tribunósq;, & primos militum sibi adiungens, cúmq; iis de Romano imperio sermones serens, abiectum id esse dictitabat, existente nullo per quem fortiter atq; ex dignitate gubernaretur, inuehens præterea in prætorianas cohortes, quæ sacramentum militare ciuili imperatorióq; sanguine polluissent, uindicandam esse aiebat, ac persequendam Pertinacis cædem, minime ignarus excubare adhuc memoriam Pertinacis apud Illyricos exercitus, quoniam sub imperatore Marco multa illius ductu aduersus germanos Tropæa excitauerant, & cum præfectus illyrico foret, nullum non exemplum uirtutis in prælio ostentauerat, beneuolentiam porro, ac probitatem ad hæc ciuile moderatúmq; imperium sociis præstiterat. quocirca memoriam eius pricipis colentes, tantam in illum editam crudelitatem indignissime ferebant. Hanc igitur Seuerus occasionem arripiens, facile eos, quo uellet adducebat, simulans non se quidem Imperium quærere, aut summam potestatē affectare, sed ire ultum sanguinem tanti principis. Nam ut eius regionis homines corporibus utuntur prævalidis, atq; proceris, & in pugnā cædémque paratissimis, ita pingui sunt ingenio, quare haud facile sentiunt, si quid agas dicásue astute, ac subdole. Quo circa cum fidem fecisset Seuerus, cædem se Pertinacis persequi uelle, ita sibi uniuersos conciliauit, ut Imperator diceretur, summámque ab eis acciperet potestatem. Sed ubi pannoniorum animos explorauit, statim uicinæ

quoq;

quoque gentium præsides, quæcunque romano subiacent imperio magnis illexit præmiis. Erat autem Seuerus unus omnium mortaliũ ad amorem simulandum maxime factus, sic, ut ne iusiurandum quidẽ fallere dubitaret, si ita usus posceret, lõgeq; aliud in lingua promptum q̃ in animo reconditum gerebat. Igitur illyrico omni, rectoribusq; pro uinciarum per literas insinuatus, collectisq; undecũq; militibus, ac su sceepto Pertinacis cognomine, quod non illyricis modo, Sed Romano etiam populo gratissimũ fore suspicabatur conuocatis omnibus in campum ita prosuggestu locutus dicitur.

q Vantum uel fidei, uel religiõis erga deos, per quos iuratiestis, quantúmque honoris imperatoribus exhibeatis, quos adeo ueneramini, facile ostenditis milites, cum tanto pere indignamini, cohortes urbanas, pompæ magis q̃ uirtutis administras, adeo fœdum facinus perpetrasse. Ac mihi quidem in uotis est nunc primum tantam spem auspicanti (nam profecto scitis quam semper audiens di cto principibus fuerim) perducere ad exitum, atq; explicare, quæ uobis cordi sunt, Neq; Romanum imperium abiectum pati. Quod qui dem apud maiores summa semper auctoritate gestum, uenerandũ om nibus uidebatur. Postea uero q̃ ad Commodum recidit, & si ob illius adulescentiam sæpenumero impegit, attamen omne uitium cum ipsi us principis nobilitate, tum sanctissimi parẽtis memoria obumbraba tur. Neq; tam errata illius, odium, q̃ misericordiam emerebatur. Quip pe non tam ipsi, quæ gerebantur, q̃ assentatoribus imputabamus, cæte risq; malarum artium consultoribus, atq; ministris, donec ad sanctissi mum illum senem, cuius adhuc uirtutis, & probitatis, nostris mẽtibus memoria residet, delatum fuit imperium, Quem tamen tantum abest ut tollerare illi potuerint, ut cæde etiam nefaria talem uirum ẽ medio substulerint. Post hunc autem terræ marisq; imperium, nescio quis tur pissime auctionatus, & populo quemadmodum auditis inuisus est, & milites ipsos, quibus imposuit, parum fidos habet. Qui tamen si etiam defensuri illum forent, attamen neq; numero uniuersi, neq; uirtute sin guli conferendi sunt uobis. Ad hæc bellica uos negocia exercuerunt. Nam & cum barbaris pedem conferre, & labores omnis perferre, & al gores æstusq; despicere, & concreta gelu calcare flumina, & potare effos sos latices non austos, & uenatu in uigilare cõsueuistis. Oĩa deniq; ad uir tutem adepti uiatica, sic ut nemini facile sit uestris obsistere uiribus. Eteni in labore miles probatur, nõ mollitudine, qua illi exsaturati, atq;

enutriti,ne uocem quidem uestram,nedum pugnam poterunt sustine re. Quod sicui syriæ res formidabiles uidentur,is uel ex eo cogitet,q̃ i becillæ sint,q̃q; tenui spe nitantur,quod neq; adhuc progredi quoquã neq; de urbe petenda deliberare ausi,sed eq; illas boni consulentes,deli cias in diem quæsitas,lucrum esse ambiguæ potestatis arbitrantur. Est autem ad ioca & cauilla in primis factum Syrorum genus,tum q̃ an tiochiam colunt,ii studere Nigro potissimum creduntur Nam gentes reliquæ,& ciuitates,cum adhuc neminem imperio dignum aspiciant, quiq; sit rempublicam fortiter,moderateq; gesturus,ei scilicet obedire se tandem simulant.Quod si ab illyrico exercitu ducem creatũ cogno uerint,simulq; nostrum nomen inaudierint,nõ obscurum sanè apud ipsos,neq; ignoratũ,Quippe illic etiam cum imperio præfuimus,ne que me profecto desidiæ,aut torporis arguerint,neq; uestrum excepta re impetum,aut bellicam uirtutem uolent experiri,præsertim cum & corporum proceritatibus,& armorum exercitationibus,& conferenda manu longe uobis impares habeantur. Quare occupemus quampri mum Romam,larem ipsum imperii,reliqua dein facile expedituri, cum deorum oraculis,tum armorum,corporumque uestrorum uiri bus confidentes. Hæc locutum Seuerum faustis acclamationibus mili tes exceperunt. Augustum Pertinacemq; appellantes,studiumq; in eũ propensum,atq; egregiam uoluntatem pollicebantur. At Seuerus ni hil procrastinandum ratus armari q̃ expeditissime iubet,iterq; ad ur bem edicit,distributisq; uiritim cibariis omniq; uiatico,nihil sibi ad ce leritatem facit reliqui,nullis interquiescens locis,ac nix residere tantis per milites passus,donec à nimia itineris contentione respirarent. Ip se inter primos laborans uiliq; tabernaculo utens,cibum potumq; eũ dem,quem etiam cæteri milites capiebat,Nihil unq̃ imperatoriæ luxu riæ,nihil deliciarum ostentans,sicut acceptior indies militibus fieret. Nam cum laborum omnium,non modo particeps,sed princeps etiã auctorq; foret,adeo cunctis uenerabilis erat,ut nihil non pro illo cupi dissime facturi uiderentur. Postea uero q̃ è mensa Pannonia ipsos Ita liæ montes insedit. Famamq; sui præueniens prius coram conspectus est,q̃ aduentare auditum fuerat,magnus scilicet oẽs Italiæ ciuitates tan to conspecto exercitu metus inuasit. Quippe hoĩes in Italia iampridẽ ab armis belloq; remotissimi agros,pacemq; colebant. Etenim q̃diu li bera ciuitas egit,atq; à senatu belli duces eligebãtur,fuere in armis sem per Italæ natiões,græcisq; & barbaris subactis terræ sibi mariq; impiũ pepererunt. Neq; ulla orbis terraꝝ pars,aut cæli tractus fuit,quo non uires

uires suas romanorum arma protulerit. Postea uero q̃ Augustus rep. potitus est, & laborẽ italis ademit, & arma detraxit. Milites tantũ quosdam certis auctoramentis habuit mercenarios, qui Romanum tuerentur imperium, tum fluuiorum magnitudine, atq; fossarum, montibusq; asperrimis, desertisq; locis, atq; imperuiis circunseptos imperii limites communiuit. Quocirca merito omnes, postq̃ aduentare Seuerum cum tanto milite audiuerunt, insueta re perterriti, cum neque stare contra, neq; prohibere auderent, ibant obuiam laureati, portisq; eum patentibus excipiebant. Ille tandiu locis singulis imoratus, q̃diu aut sacra faceret, aut populos alloqueretur, Romam ẽ uestigio pergebat, Quæ ubi Iuliano nũtiata sunt, actum de se prorsus existimauit. Nam & exercitus illyrici potentiam, multitudinẽmq; audiebat, & populo parum fidebat, cui se cernebat inuisum, neq; satis magnã spem in militibus habebat, quos uidelicet fefellisset. Itaq; collectas undique pecunias partim suas, partim ab amicis acceptas, tũ quascunq; in templis, aliisq; locis publice inuenisset, diuidere militibus instituit, ut eo pacto illorum beneuolentiam redimeret. Sed ei tametsi multa, magnaq; acceperant, nullã tamen habebant gratiam, persolui debitum sibi, non dari munus aliquod interpretantes. Cæterum suadentibus amicis Iuliano, ut exercitũ educeret, atq; alpium angustias occuparet (sunt aũt alpes altissimi montes, quales ĩ his regionibus nulli, porrecti ad muri formam, circundatq; Italiæ, quasi ad reliquã regionis eius felicitatem, hunc etiã quasi cumulũ natura addiderit, ut munitionẽ haberet inexpugnabilẽ, pertinentem scilicet ã septentrionali, ad id mare, quod ad meridiẽ spectat) non ausus tamẽ ille urbe egredi, supplicatũ militibus mittebat, uti arma caperẽt, exercerẽtq; se, ac fossas ãte urbẽ ducerent, omnẽmq; belli apparatũ in ipsa demum urbe expediebat, siquidẽ elephantos quoq;, quos ad pompam institutos habebat insuefacere conabatur sessorem pati, ratus Illyricos milites, equosque eorum perteritum iri facie, magnitudineque belluarum, quales antea nullas aspexissent, Totaque ciuitas armis fabricandis, bellicisque instrumentis conficiendis erat intenta. Sed cunctantibus adhuc Iuliani militibus, ac se cõparantibus ad bellũ, nunciatur adesse iã Seuerus. Is multos ẽ militib⁹ suis sparsim dimiserat, qui clã Romã ꝓficiscerẽtur, quare alii aliis itineribus noctu ingressi urbem, protectis armis habitu paganorum operiebantur, Iamque intus hostis erat supino adhuc Iuliano, & quod ageret ignaro, Quæ ubi populus intellexit, cunctis metu perculsis, ac Seueri potentiam formidantibus,

ſentire iam ſe cum illo ſimulabat. Et Iulianum quidem, ꝙ imbellis, Nigrum ꝙ lentus, atq; iners uiri u perantes, Seuerum ipſum iam aduentantem, magnopere admirabantur. Enimuero Iulianus hæſitabundus atq; inops conſilii conuocato prius Senatu literas ad Seuerum mittit, quibus fœdus paciſceretur, eúmq; in communionem acciperet imperií. Cæterum Senatus, & ſi illa omnia decernebat, tamen ut eum pauitare deſperata ſalute animaduertit, totus iam ad Seuerum incubuerat. Biduo uero poſt, triduó ue, audito Seuerum iam planè adeſſe, Omnes contempto Iuliano in curiam conuenere iuſſu conſulum. Quippe iis curæ Romana res eſt, quotiens de imperio ambigitur, qui poſtq̄ frequentes affuerunt, quod facto opus eſſet inter ſe deliberabant, manéte adhuc in aula Iuliano, ac fortunam ſuam miſerante, ſuppliciterq; rogante, ut ſibi eiurare imperium liceret, omnémq; eam poteſtatem Seuero tranſcribere. Sed ubi intellexit Senatus pauidum Iulianum, perterritos corporis cuſtodes, ipſum penè ab omnibus deſtitutum, decreta illius nece Seuerum imperatorem declarant. Tum legatos ad eum mittũt, partim qui magiſtratum obtinerent, partim qui maximam haberent in Senatu auctoritatem, ut omnes illi honores Auguſtorum deferrent. Occidendi autem Iuliani datur uni è tribunis negocium, Is imbellem miſerúmq; ſenem, qui ſibi ipſe tam īfelicem exitum propria pecunia emiſſet, deſertum iam, deſtitutúmq; ab omnibus, inter fœdiſſimas complorationes trucidauit. Quæ ubi Seuerus audiuit, maiora iam moliens animo, conſilium init capiendorum militum omnium, quicũq; Pertinacem interemiſſent. Datis itaq; clam ad tribunos centurionéſque literis hortatur, multa pollicens, perſuadeant militibus urbanis, ut ſibi dicto audientes ſint. Ipſe edictum proponit ut relictis ītra caſtra armis exeant pacatorum habitu, quales procedere in pompam, aut ludos celebrare conſueuiſſent, iurentq; in Seueri nomé, ac ſpem ſibi optimam proponentes præſto ſint, ut nouum imperatorem comitentur. His creditis milites ſuaſu quoq; tribunorum, relictis armis pomparum habitu laureati proceſſerunt. Sed ubi ad exercitum Seueri peruenerũt, nunciato iam adeſſe, iubet in campum cõuenire frequentes, quaſi ſalutaturus, ac perbenigne accepturus uniuerſos. Enimuero cum ad tribunal principis acceſſiſſent, unanimiter acclamantes, dato repēte ſigno comprehenduntur. Ita enim præceperat Seuerus, ut cum ſtare pēdentes eos ab ore principis uidiſſent, circumirent uniuerſos milites ſui, more hoſtium, neminémq; uulnerantes, aut pulſantes, tantum orbe facto clauſos in medio continerent, pila duntaxat intendentes, & haſtas, ut ſcilicet

metu

metu uulnerum nudi resistere armatis, paucíq; plurimis minime au-
derent. Quos ubi uelut indagine armorum conclusos, captiuósque ha
buit, magna uoce, ac turbido spiritu, ita ad eos uerba fecit.

f Vperari uos à nobis, uel sapiẽtia, uel uiribus, uel etiã numero
re ipsa uidetis. Capti estis quã facillĩe, ac nullo ferme negocio
tenemini. Quid futurum de uobis sit, in mea manu est. Iã sci
licet uíctimæ hic statis obnoxiæ nostro Imperio, si sceleri uestro debi
tum quæratis supplicium, nunquam sanè inuenietis, sanctissimum il
lum senem, imperatorémq; optimum seruandum, tuendúmq; uobis,
ipsi occidistis, Romanum imperium perpetua clarum gloria q̃d ma-
iores nostri, aut uirtutis, aut nobilitatis nomine suscipiebant, hoc uos
turpiter, fœdéq; uelut aliquid ex priuatorum instrumento, quasi secto
res uendidistis, Ac ne eum quidem ipsum, quem sic ad imperium pro
duxeratis, seruare saltem, aut defensare ausi, homines timidissimi pro-
didistis. Ob hæc igitur crimina, ac facinora uestra, mille uobis debẽtur
mortes, siquis par noxæ supplicium studeat petere. Proinde quid uos
æquum pati sit, sanè uidetis Ego tamẽ sanguine abstinebo, neq; uestras
imitabor manus. Sed quoniam ius, fasq; negat stipari à uobis iam prin
cipem, uiolato iureiurando, ac manibus ciuili, & imperatorio sangui-
ne pollutis, prodítáq; fide, custodiáq;, animas quidem & corpora uobis
nostra largietur humanitas. Porro militibus meis ita præcipio, Recin
gant uos, ac uestimentis exutos militaribus, nudósq; dimittant. Vobis
autem, sic impero, discedatis q̃ longissime, edico item iuróq;, ac denun
cio capite pœnas datutum, siquis uestrum posthac intra cẽtesimum ab
urbe lapidem conspicietur, his imperatis è uestigio milites Illyrici cõ-
currunt, breuésque illos gladiolos detrahunt, quos auro argẽtóq; orna
tos in usum pompæ suspensos habebant, tum Zonis uestitúq; & cæte-
ris militiæ insignibus per uim ablatis, nudos ad unum exauctoratósq;
dimiserunt. Enimuero illi proditos se uidentes, atq; astu captos, patien
tiam scilicet præstabant. Nam quid agerẽt nudi aduersus armatos, pau
ci aduersus plurimos? Discessere igitur complorantes sese, concessãm-
que salutem loco muneris interpretantes, pertesi tamen, ac dolentes, q̃d
inermes egressi, capiendos se turpiter, ignominioséq; obtulerant. Vsus
item alio consilio Seuerus est, Quippe metuens, ne recincti, exauctora
tíq; deploratis rebus, rursus castra repeterẽt, resumerẽtq; arma, p̃missos
aliis itineribus, ac semitis electissimos quosq;, & exploratissimos suo-

militũ, iubet clãculũ uacua castra irrũpe armísq; ipsoꝝ occupatis ex cludere redeuntes. hanc igitur pœnam Pertinacis interfectores dederunt. Post hæc Seuerus cum reliquo exercitu instructo armis, Romã petiit, attonitis metuentibúsq; pariter primo conspectu Romanis, audaciámq; uiri, ac fortunam repetentibus animo. quem quidem Senatus populúsq; uniuersus laureati exceperunt, primũ scilicet ex omnibus hominibus, atq; Imperatoribus citra sanguiné, atq; adeo citra pulueré tanti effectoré operis. Oĩa porro mirabilia ĩ illo, præcipuéq; ingenii acumen, laborum tolerantia, rebúsq; maximis aggrediẽdis, bonã sibi spem proponẽs audacia. Postea uero quam eũ populus faustis acclamatiõibus suscepit, & Senatus uniuersus ad portas urbis consalutauit, inito Iouis templo, factáq; re diuina, reliquísq; item sacris ædib⁹ de more consalutatis, nouissime ad domũ Imperatoriam se recepit. Postridie uero curiam iniit, ibíq; placidus orationem habuit plenam optimæ spei, simul omnes publice priuatímq; benigne cõplexus, uenisse in urbem aiebat, ut occisum Pertinacem ulcisceretur, daturúmque operam, ut status optimatium fundamenta se principe iacerẽtur. Nullum nisi iudicio damnatum capite, boníſue mulctatum iri, nõ passurum delatores, æmulum se Marci futurũ gerendo imperio, neque solum Pertinacis cognomen, sed mentem quoq; habiturum. In hanc sententiã uerba faciens fauorem sibi, fidémq; conciliabat. Quidam tamẽ è maioribus natu, qui cõsuetum ipsius haberẽt ingenium iam tũ clanculum reliquis prædicebãt, uersipellé huc esse hominẽ, nihil non astu, & arte tractãté, simulatorem, dissimulatorémq; idoneum, nihil pẽsi habenté, dũ id efficeret, quod usui sibi, aut emoluméto crederet fore. Quod Senioꝝ iudicium, haud ita multo post euentus comprobauit. Igitur Seuerus paucos in urbe dies moratus, dato plebi uberrimo cõgiario, donatísq; abũde militibus, & ex hiis robustissimo, quoq; in locũ exauctoratoꝝ delecto ad imperii custodiã, statim ipse ĩ orienté profectioné parat, cunctãte Nigro adhuc, & supino, atq; antiochænis delitiis uacãte, ratus properandũ sibi, ut inexpectatus imparatum opprimeret. Edicto igitur militibus, ut ad iter se accingerent, contractísque undique copiis, ac delectu iuniorum tota Italia habito, simul reliquiis Illyrici exercitus, quæ ĩ Thracia remanserant, occurrere iussis, neq; secius ĩgenti classe coacta, cõpletísq; armato milite totius Italiæ triremibus, ĩgétis sibi oĩs generis copias ĩcredibili celeritate cõparauit, siquidẽ haud exiguis uiribus ée opus ĩtellegebat, aduersus natiões parté orbis Europæ oppositã ĩcolétes, quæ scilicet uno ordĩe oẽs

Nigri

Nigri sequebantur auspicia. Ad hunc igitur modum bellum Seuerus instruebat. Cæterum prouidus homo, ac sobrius, nonnulla suspitione tenebatur de Britannicis exercitibus, maximis uidelicet pugnacissimisque, quibus præerat uniuersis Albinus Senatorii, patriciisq; generis uir summis opibus, ac deliciis innutritus, húc sibi igitur Seuerus astu ratus adiungendum, ne scilicet diuitiis, genere, exercitibus, famâq; nominis magnis ad concupiscendum imperium facibus instinctus, summá sibi rerum posceret, Romámq; haud procul a' Britannia distantem, se bellis orientalibus implicito occuparet. Statuit cum specie quadam honoris inescare, leuem alioqui & simplicem, tunc uero etiam iurati per literas credentem. Quare eum Cæsarem appellans, spem cupiditatémq; hominis anticipat, potestate participanda. Mittit item plenas humanitatis literas obsecrãs, ut ipse potissimum curam susciperet imperii, opus esse uiro aliquo nobili & ætatis integræ, qualis ille foret, se iam Senem morbóq; articulari affectum, Natos adhuc infantes, Quibus creditis Albinus honorem libenter suscepit, Lætus citra pugnam, aut discrimen ullum compotem se uoti factum. Cæterum Seuerus quo omnia credibiliora forent, Iisdem illis ad senatum relatis, nummisq; imagine eius percuti iussis, statuisq; erectis, simul aliis collatis honoribus, fidem gratiæ suæ fecit. Quæ postq̃ sapienter ab illo prouisa sunt, nullo iá ex Britannia impendente metu, collectis in unum circa se Illyricis exercitibus, reliquisq; rebus ex usu comparatis, copias aduersus Nigrum educere instituit. Igitur qbus locis itinere illo remoratus sit, quæ apud quáq; ciuitatem uerba fecerit, quæ signa diuinitus apparuerint, regiões item peragratas, conflictúsq; & utrinq; cæsorum numerum Cum plerique historiæ auctores, tum maxime poetæ uersibus suis uberrime sunt exsecuti, materiam totius operis ipsam deniq; Seueri uitam deligentes. Mihi autem propositum est septuaginta annorum res, quas habeam cognitissimas sub diuersis principibus gestas in unum corpus compreheńsas literarum mandare monimentis. Quocirca excellentissima & præcipua quæq; rerum a' Seuero gestarum deinceps persequemur, neque ad gratiam uero quippiam affingentes, quod fecisse uidemus, qui illa ætate scriptitarunt, neq; tacitũ prætereuntes, siquid modo mentione dignum memoriáque uidebitur.

f Vperiore libro Pertinacis interitum, cædémque Iuliani, simul profectionem Seueri ad urbem, susceptámq; mox aduersus Nigrũ expeditiõem edocuimus. Enimuero Niger ubi Romam a Seuero occupatam, ipsũ a se natu appellatum impatorem, nihil tale expectans audiuit, præterea oẽm Illyricum exercitum contra se, pedestres naualésq; copias educi, perturbato uehementer aĩo, monet prouinciarum præsides, aditus oĩs portúsque custodiãt, mittítque rogatum auxilia ad Parthorum, Armenioꝝ, atque Atrenoꝝ reges, cui quidẽ Armenius, neutras se partis susceptuꝝ respondit, tantum res suas defensurum Seueri aduentu. Parthus aũt Satrapis imperaturum ꝑ epistolas, uti copias cõgregarent. Ita.n. facere consueuit bellũ comparaturus. Siquidem mercenarios milites, atque ordinarios exercitus Parthi nullos habent. Ex atrenis aũt sagittarii auxiliares uenerunt missũ regis Barsemii, qui tunc in eis regionibus impitabat, reliquas oĩs copias e militibus, qui aderãt potissimum conflauit, plurimis etc ẽ populo maximéque Antiochænis, cum ætatis leuitate, tum ipsius Nigri studio ĩpulsis, audacius ꝗ̃ prudentius noĩa dantibus. Sed & Tauri montis angustias, ac prærupta loca muro ualido Niger munimentísq; obstruebat, ratus montẽ illũ imperuium, magnũ orienti propugnaculũ futurũ. Siquidẽ Taurus inter Cappadociam, Ciliciáq; dorsũ erigens, nationes discriminat, orienti ac septentrionibus subiectas. Idem Byzantiũ præsidio occupauit, urbem Thraciæ maximam fœlicissimámq;, uiribusq; & opibus ea tempestate florentem. Quippe in angustissimo propontidos constituta freto, uectigalia, piscatúmq; a mari accipit, simul agros possidens amplissimos uberrimósq;, utroque uelut elemento, lucrũ facit. Visum igitur Nigro talem hanc urbẽ præsidiis occupare, ut classes, nauigiáq; ꝑ eas angustias transgredi ex Europa in asiam, phiberentur. Erat.n. munita urbs, ualido ingentiq; muro, qui Milesio quadrato lapide constructus, adeo tenui iunctura fuit, ut nemini cõpositũ opus, sed ex uno tñ, perpetuóq; lapide uideretur, ac nũc quoq; ruinas ipsas, reliquásq; cũ uideris, mireris utiq; uel coꝝ artificium, qui primi extruxerunt, uel horum uires, q̃ deinceps sunt demoliti. Adhuc igitur modũ Niger suas res comprobat prouidẽtissimo scilicet (ut ipse putabat) tutissimóq; cõsilio. Cæterum Seuerus quantum maxime poterat cum suis copiis festinare, nullũ desidiæ quietíq; locum relinquere. Cognito autem præsidiis teneri Byzantium, quod sciebat munitissimam esse urbem, ad Cyzicum se conuertit, hoc intellecto dux Asiæ Aemilianus, cui summam Niger

totius belli maximumq; imperiū tradiderat,& ipse Cyzicum profi-
ciscitur,& copias adducit uniuersas,quascunq; aut Niger miserat,aut
ipse contraxerat. Sed ubi uentum ad manus, aliquot acerrime editis
prælijs,uictoria tandē penes Seuerum stetit,fuso,fugatoq; Nigri exer-
citu,Itaque cōfestim fracti orientalium animi,Illyricianis autem spes
ingens addita. Neq; defuere,qui crederent Nigri res initio statim pro-
ditas ab Aemiliano,cuius consilij duplicem afferunt causam. Alii Ni
gro inuidisse ferentem scilicet haud æquo animo, si quem pauloan-
te in Syria successorem habuisset,eundem superiorem mox,atq; adeo
imperatorem,dominumq; esset habiturus. Alii persuasum à liberis pa
tri per epistolas,uitam salutēmque suam cōmendātibus,quos Romæ
inuentos Seuerus incustodia habebat,siquidem hoc quoq; usus est ꝓ-
uidentissimo cōsilio. Mos fuerat Commodo retinere apud se liberos
eorum,qui ad regendas prouincias cum imperio proficiscerētur,qua-
si obsides quosdam beneuolentiæ illorum,fideiq;. Igitur Seuerus cū
primum est Imperator appellatus, superstite adhuc Iuliano misit fur
tim,qui suos liberos ex urbe subducerent,ne in alterius essent potesta
te. Cæterum ipse cum primum Romam ingressus est, comprehensos
omnes ducum liberos,cæterorumq; item quicunque munus Publ. in
oriente Asiaq; tota obirent,atq; in custodiam datos secum retinebat,
quo per ea quasi pignora Nigri ducibus persuaderetur,uti illum desi
derio salutis liberorum proderent,aut certe si in fide permansissent li
berum sibi relinquerent cæde filiorum , quos uellet ulcisci. Victi au-
tem ad Cyzicum Nigri milites,quam quisque maxime poterat,aufu
gerunt,parti præter Armeniæ montana ,quidā per Asiam Galatiám-
que superare tantū festināntes,ut scilicet intra muniméta se reciperent.
At uero Seueri exercitus Cyzicenū per agrū,in Bithyniā finitimā re-
gionē contendebat. Sed ut Seuerū uicisse fama diuulgauit,repēs confe
stim in eis locis seditio,discordiaq; urbes inuasit. Non tā quidē ipsoꝝ
imperatorū odio aliquo,aut studio,quā æmulatione quadam & con-
tentiōe,inuidiaq; iter eiusdē gentis homines funestissima, Antiquum
id uitiū græcoꝝ,qui dū seditiones agitant,atq; eminentissimū quenq;
tollere è medio conātur,totā iam consūpsere Græciā. Cæterū illi qdē
inueterati iā,attritiq; iter se captiui prius Macedonum,dein mācipia
quoq; Romanoꝝ facti sunt. Ea uero labes æmulationis, atq; inuidiæ
florentibus etiamnum ætatis nostræ ciuitatibus icubuit. Igit̃ in Bithy
nia statim post res ad Cyzicū gestas,Nicomedenses ad Seuerum defe-
cerunt, missis legationibus,quæ se exercitum accepturos, omniáque

traditutos pollicerentur. Nicæn ses cōtra, illorum instigati odio, Nigri partibus studebant, eiusq́; suscipiebant milites, siue qui se ex fuga recte perant, siue qui ad tuēdam Bithyniam mitterentur. Quocirca ex utrisque urbibus, quasi è castris egressi milites iterum concurrerūt, magnoq́ue commisso prælio, longe superior Seuerus fuit. Inde etiam fuga facta, Nigri milites, qui prælio superfuerant, ad Tauri montis angustias euaserant, clausisq́; munitiones tuebantur. At Niger relicto ibi quantū satis fore præsidii putabat, profectus Antiochiam est, ut exercitus pecuniamq́; contraheret. Interea Seueri exercitus Bithyniam Galatiamque egressus, cum se mox in Cappadociam quoq; icitasset, oppugnare munitionem incœpit. Ibi multis est laboribus conflictatus. Quippe arta, asperaq́; uia, lapidésq́; supne iacientibus, ac fortissime dimicantibus, q̄ summis institerant mœnibus, coq; facile paucis arcentibus plurimos. Etenim angustissima utiq; uia est, cuius pars altera monte altissimo defenditur, altera per immane præceps defluente montibus aqua redundat, tum ualida munitione Niger obstruxerat, ut scilicet undiq; ho stis aditu prohiberetur. Dum hæc in Cappadocia geruntur, interim se ditiones inter se quoq; agitabant pari æmulatione odioq; Laodicea, quidem In Syria Antiochenorum odio, Tyros aūt in Phœnicia Berythiis infensa, q̄ nunciata Nigri fuga, sublatis illius honoribus, Seuero ꝑspere acclamarunt. At niger audita re, cum quidem Antiochiæ ageret, iure scilicet homo alioqui benigni mansuetíque ingenii, defectione illorum contumeliáque irritatus, imittit utrisque urbibus Mauros iaculatores, quoscunque secum habuerat, simul partem sagittarioꝝ iussos occidere obuiū quenque, diripe urbes ipsas, atque incendere. Sed.n. Mauri (ut est genus hoīum suapte natura cædis auidissimū nihilq; nō facile audens, ac desperatis simile contēptu uidelicet mortis ac piculoꝝ) Laodicenis de ꝓuiso oppressis populū ipsū oī genere crudelitatis, urbēmque uastarunt. Inde Tyꝝ pergentes, direptis oīum bonis, ac patrata ingenti cæde, totā incenderunt. Quæ dum in Syria gerebantur, cōtrahente copias nigro, interea Seueriani milites, munitoēm Tauri montis oppugnabant, tristes utique, ac citra spē uictoriæ, qui ppe ualida inexpugnabilísque p se, monte quoque ipso, ꝑcipitióque defendebatur. Igitur iā defatigatis, alta aduersario ꝑ securitate, ecce tibi noctu maximi repēte ruere imbres, oppleri oīa niuibus, ut sūt difficiles in Cappadocia hiemes, maximéque ad Tauꝝ montē. Quocirca subitus impetu magno erūpit torrēs, cursuq́; ipedito (Quod munitio exitū ꝓhibebat) maior iā, uiolētiórque factus, quando artē supante natura tū impetū sustinere muni-

re munitio non poterat, laxatis paulatim coagmentis, ac fundamentis loco emotis, iter sibi torrens patefecit. Quo animaduerso qui in præsidio erant, metu, ne ab hoste circumuenirentur, nullo mox futuro propugnaculo simul unda resedisset, prodita custodia, cuncti fuga dilabũtur. Igitur Læti Seueriani confirmatiq; animos, uelut dis ipsis immortalibus manu ducentibus, cognito custodes aufugisse, facile scilicet nullis prohibentibus Taurum supergressi, in Ciliciam mox impetum fecerunt. His nuntiatis Niger, cum quidem ingentem exercitum, sed pugnæ, laborumq; inscium collegisset, magnis itineribus accelerabat, quã plurimis eum mortalibus, omniq; ferme Antiochenorum iuuentute sequentibus ducem, multa scilicet animorum alacritate, cæterum uirtute, ac peritia belli nulla ex parte cum Illyrico milite conferendis. Ita cõcurrerunt ad Issicum, quem appellant sinum lõge lateq; spatiosissima in planitie, quæ perpetuis subiecta collibus, in theatri speciem litus habet a mari longissime excurrens, quasi quoddam belli stadium fabricata natura, quin eodem quoq; loco Darium ab Alexandro ferunt maximo, extremoq; illo prælio profligatum, captumque, Septentrionalibus etiam tum uiris, orientis nationes superantibus. Manet adhuc tropæum, & tantæ uictoriæ testimonium Vrbs in colle Alexandria, simul æneum ipsius simulachrum, unde loco impositum nomen. Euenit autem, ut Seueri ac Nigri exercituum non congressus modo in eũ locum, Sed fortuna etiam fortunæ similis fuerit, utrinq; enim sub uesperam parati ad pugnam constiterant, curis dein pauoribusq; totã noctem extraxerant insomnem, statimq; cum solis ortu ducibus utrinq; adhortantibus, incredibili alacritate utrinq; se incitarunt, tanq; de omni spe reliqua nouissimo illo congressu dimicaturi, disceptante illic super Romano imperatore fortuna. Sed ubi diu pugnatũ acerrime, tantaq; edita utrinq; strages, ut flumina per eam planitiem decurrentia maiore aliquanto ui sanguinis q̃ aquæ in mare se uoluerent, fusi tãdem profligatiq; orientales, imminentibus a tergo Illyricianis, partim in mare saucii, ptrudebantur, partim in colles sũmos fugitantes a psequentibus obtruncabantur, Cumq; iis una uulgus ingens hoium, qui ex urbibus uicinis, agrisq; cõfluxerãt, supne q̃siq; ex tuto loco pliũ spectaturi. At Niger ualido euect⁹ equo, paucis comitãtibus antiochiã puenit, ubi fugiente passim multitudine, magnoq; ubiq; fletu clamoribusque natos fratresq; lugentiũ, deploratis & ipse rebus suis fugã capit, occultatusq; dein se in suburbano quodã, & ab equitibus repto, caput amputatũ. Hũc habuit exitũ uitæ Niger, dato cũctatiõis, tarditatisq; supplicio,

homo alioqui(ut perhibent)publice priuatimq; minime improbus. Sed occiso Nigro Seuerus omnes statim illius amicos supplicio affecit, siue qui sponte, siue qui necessitate coacti rebus illius studuissent, militibus tantum, qui effugerant ac trans fluuiũ Tygrim metu Seueri ad barbaros abierãt, impunitate proposita recepit. Quippe magna uis hominum in ea loca concesserat, quo effectum est, ut ualidiores deinceps barbari aduersus Romanos conferẽda manu euaserint, gnari antea pugnare, tantum arcu ex equis, neq; armatura muniti, neq; basta, gladioue satis audaces, leui pendulaq; ueste plurimumq; inter fugiendum auersi sagittas intendebant. Postea uero quã Romani aliquot milites, fabriq; nonnulli in eas regiones coufugerunt ibi aetatem acturi nõ solũ armis uti, sed ea quoq; fabricari barbari didicerũt. Rebus autem orientis ex sententia gestis, atq; ut res poscere uidebatur, ordinatis, cupido iam Seuerum habebat, regem quoque Atrenorum bello tentandi, ac parthorum regionem occupandi, quos utrosq; in societatẽ Niger asciuerat. Quibus tandem rebus in aliud tempus reiectis, cogitare instituit, quo pacto sibi Romanũ imperium, liberisq; suis bona fide adiudicaret. Nam sublato Nigro reliquus erat Albinus, quem sibi parum ex sententia, parumq; usui fore arbitrabatur. Vulgato rumore iam nimis illum impotenter, nimisque moleste nomen Caesaris usurpare, praeterea multos esse è primoribus Senatus, qui ad eum clam darẽt literas, hortantes ad reditũ absente adhuc, occupatoque Seuero, quippe nobilitas omnis Albinũ malebat imperatorẽ, ortũ illustri genere, ac bonae indolis iuuenem, quibus rebus cognitis Seuerus, minime uriq; apertis inimicitiis, ac manifesto bello agendum putans, nulla existente causa, quae saltem specie honesta uideri posset, decreuit eũ dolo insidiisq; tentare. Quare tabellarios aliquot ex iis, qui literas imperatorias perferunt, fidissimos sibi homines cum literis mandatisq; ad eum mittit, praemonitos uti redditis publice epistolis quaedam habere se dicerent, quae apud illum remotis arbitris loquerentur. Quare ut primum seorsum à custodibus nacti eum forent, facto impetu obtruncarent. Quin uenena quoq; dedit, quibus eum si possent per aliquẽ ab epulis, aut à cyatho aggrederentur. Erat autẽ illius amicis suspecta Seueri fides. Itaq; cauendum identidem admonebat hominem perfidiosum plenum fraudis, & insidiarum. Nam uulgo etiam parum constanti fide habebatur, impulsis(ut dictum est)per ipsorum filios Nigri ducibus, ad res illius prodendas. dein postquam eorum opera abusus est, suaq; omnia ex sententia composuerat, ipsis liberisq; enecatis.

igitur

Igitur infidum,ſubdolúmq; ingenium, res ipſæ declatabant, obq̃; id
maiore ſe cuſtodia Albinus circummunierat· Neq;.n.temere quiſq̃ à
Seuero miſſus ad illum ĩtroducebatur,niſi prius depoſito militari gla
dio ſinuq́; excuſſo·Poſtq̃ igitur à Seuero tabellarii ad eum peruenerũt
redditíſq; publice literis habere ſe dixerunt,quædam ſecretius renunti
anda indulgens ſuſpitionibus Albinus com prehendi illico iubet,dein
ſeorſum explorata re,inſidiíſq; ordine intellectis,ubi noxios ſupplicio
affecit,iam ipſe ſe,ut aduerſus manifeſtiſſimum hoſtem comparabat·
Quibus cognitis Seuerus homo iracundo ingenio,non iam cælandas
ſibi inimicitias putauit, Sed omni conuocato exercitu huiuſcemodi
habuit orationem·

Eq; leuitatis me quiſq̃ ob ante acta in ſimulet,neq; infidũ,aut
n ingratum putet aduerſus eũ,quem ꝓ amico habuerim· Oĩa
nos quidem præſtitimus,etiam in partem principatus,& q̃dẽ
ſtabiliſſimi recepto, Quod ne geminis quidem fratribus facile quiſq̃
indulſerit, quod enim uos mihi uni detuliſtis,id ego cũ illo cõmunica
ui.Tantis aũt beneficiis noſtris peſſimam uidelicet gratiam retulit Al
binus,contẽpta uirtute nr̃a,ſuæq; ĩmemor fidei,ardenſq; inexauſta cu-
piditate,id uniuerſũ periculoſe ꝑripiendi,cuius particeps eſſe citra bel
lum,ac dimicatõem ullã potuiſſet·Neq; deos reueretur,ꝑ quos totiens
iuratus,neq; ueſtris parcit laboribus,quos tãta cũ gloria uirtutéq; ꝓ no
bis pertuliſtis.Quippe ſucceſſuũ ueſtroꝝ,nec ipſe fructu carebat,imo
aũt ſi fidem ſeruaſſet,maior illi portio cõtigiſſet,ut ãt ſi ipſe auctor ma
loꝝ ſis,iniuſtus uideare,ita ſi non ulciſcare,acceptas iniurias ignauus.
Nam cũ bellum aduerſus Nigꝝ geſſimus,non ita ſane ſpecioſas iními
citiaꝝ cauſas babebamus,Non.n.quaſi raptorẽ occupati à nobis prin
cipatus oderamus,ſed poſitũ eũ in medio, atq; adhuc in diſceptatione
uerſantẽ pari uterq; ambitu ad ſe trahebat·Veꝝ Albinus deſpecto fœ-
dere,ac iureiurãdo,cũ ſit nr̃o munere adeptus,q̃ tm̃ legitimis liberis tri-
buuntur,hoſtis eſſe mauult nobis,q̃ familiaris·Vt igitur pridem bene-
ficio affectum,honore gloriáq; cohoneſtauimus,ita nunc perfidioſum
atq; imbellem ipſius aíum coarguamus armis·Neq; enim ſuſtinere ille
exercitus poterit exiguus,atq; inſularis,uires noſtras,Nam cum uos ꝓ-
pemodum ſoli alacritate quadam, & uirtute ueſtra tam multis præliis
peruiceritis,totúmq; uobis orientem ſubegeritis,quis dubitet q̃n nunc
quoq; tantarum acceſſione uirium(quippe hic totus pene romanus ex
ercitus)facile profligaturi paucos ſitis,ne ſub uiro quidẽ ſobrio nedú

sub forti Duce militantes. Quis enim luxuriā illius ignorat, uitamq; hominis subulcorum potius gregibus, quam militum legionibus cōgruentem. Proinde eamus audacter in illum, qua solemus alacritate animi, atque uirtute, dis freti auctoribus ab eodem impie peieratis, simul memores excitatorum sæpe a nobis Tropæorū, quæ scilicet ab ipso despecta sunt. Hæc loquuto Seuero confestim exercitus uniuersus Albinum hostem declarat, exceptoq; faustis acclamationibus ipso, nihil non alacritatis, & studii clamoribus ostendentes magis magisque hominem spe addita succederunt. Qui amplissimo donatiuo milites prosecutus, statim uniuersos contra Albinum educit, missis item pariter, qui Byzantium expugnarent, clausam adhuc receptis Nigri ducibus. Quæ deinde urbs fame capta, totaq; plane diruta, simul theatro thermisq; omniq; cultu, atq; honore detracto, & in uici formam redacta, perinthiisq; adiudicata est, quemadmodum Antiochia quoq; Laodicenis. Tum pecuniæ magnam uim curauit ad reficiendas instaurandasq; urbes, quas Nigriani milites deuastauerant. Ipse iter faciebat sine intermissione, neq; festos dies, neq; labores ullos magnoperē curans, algoris atq; æstus iuxta patiens, sæpe etiam per altissimos montes hieme seua, niuibus cælo ingruentibus ibat aperto capite, ut milites ad alacritatē patientiāmq; laborum re ipsa cohortaretur. Quocirca non metu quodam, ac lege, sed æmulatione magis, atq; exēplo principis ad perferenda omnia incitabantur. Misit etiam, qui angustias occuparent alpium, atq; aditus Italiæ obsiderent. Enimuero postq; nuntiatum Albino est, nihil cunctari Seuerum, sed adesse iam, supinus hactenus, ac delitias agitans, magno tum metu perculsus, statim ē Britānia transmittens, in aduerso galliæ littore castra collocauit, literisq; ad uicinarum gentium præsides missis, pecunias commeatumq; exercitibus iuuandis conrogabat. Qui igitur dicto audientes fuerunt, pessime illud in se consuluerunt, nullo non supplicio dein post bellum affecti. Qui uero imperium detractauerunt, cū quidem felicius, q̃ prudentius id egissent, euasere incolumes, euentu, ac fortuna rerum utraque cōsilia discernentibus. Sed ubi iam in Galliam Seuerico piæ peruenerunt, leues quædam primo pugnæ, quasiq; uelitares fuerunt, donec postremo apud lugdunum magnam urbem, atq; opulentā, prælium in manibus fuit, nā cum se mœnibus tenuisset Albinus, exercitus emisit i pugnā. Vt uero ad manus uentum, diu quidē utrinq; decertatū est æquis uiribus, sic ut ambigua uictoriæ fortuna penderet, neq;.n. Britāni, uel animi magnitudie, uel auiditate cædis illyricis cōcesserit,

ita con

ita conflictu primo ualentissimorum exercituum neutram in partem acies inclinabat, atq; ut nonnulli prodiderunt eius ætatis auctores, qui non ad gratiam, sed ad fidem loquuntur, longe potior fuit Albini acies. Qua in parte Seuerus curabat, sic ut fugerit quoq;, & ab equo deciderit, abiectoq; paludamento delituerit. Sed in sequentibus iam uitulã tibusq; Britannis, ceu planẽ uictoribus, appatuisse extemplo Lætũ Seueri ducẽ, cũ recenti adhuc exercitu Quippe male audiit, quasi euẽtum pugnæ expectauerit, cunctatus de industria retento milite, ut sibi met imperium uindicaret Siquidem non prius in pugnam ꝓtulit pedem, q̃ ubi Seuerus cecidisse nunciatus, quã suspitiõem & deinde euẽtus approbauit Quippe rebus oĩbus ex sẽtẽtia mox cõpositis, atq; in maxima securitate agitans Seuerus, cum quidẽ cæteros belli duces magnis affecisset præmiis, Lætum ipsum tamen (ut par fuit) memor proditionis morte mulctauit, Sed ista quidẽ post fuere. Tunc aũt conspecto (ut diximus) Læto, spes addita Seuerianis ẽ, ac sublatus in equum Seuerus, & paludamento purpureo circundatus At Albiniani iam se uicto res rati, cõfusis ordinibus, incitante se in eos de ĩprouiso ualida, recentĩ que hostiũ manu, cum paulũ primo restitissent, terga demum uerterũt Fusos igitur fugatosque eos ꝓsecuti Seueriani magna edita strage ad urbem ipsã puenerunt. Occisoꝝ utrinque, aut captiuoꝝ numerus, uarie prout uisũ eius ætatis scriptoribus ꝓditur, direpta mox incensaq; Londinum, & Albino caput abscissũ, platũq; ad Seueꝝ est. Ita duo maxia excita Tropæa ad orientẽ, ac septẽtriones, sic ut nihil sit, quod cum Seueri contentionibus, aut uictoriis conferas, siue copiarum multitudinem, siue nationũ motus, siue numerũ pugnarum, siue itinerum lõgitudinem, celeritatẽq; consideres, Nã Cæsaris quidẽ res aduersus Pompeium, Romano utrinque milite, magnæ ꝑfecto fuerunt. Itẽ Augusti aduersus Antoniũ, aut Pompeii liberos, & quæ antea à Sylla Marioq; ciuilibus externisq; prælIis gesta sũt. Sed qui unus uir tris Imperatores rerum iã potitos sustulerit, qui urbanos exercitus, Romã ipsã, ac palatium obtinentes astu circumuenerit, quiq; unũ ẽ principibus in ipsa palatina aula curauerit occidendũ, alterũ mq; iterum in oriente rursus gubernacula rerum tenentem, appellatũq; à Romanis imperatorem, tertium porro Cæsaris honore, atque auctoritate præditum, in potestatẽ redegerit, haud facile alter inuenietur. Hunc finẽ uitæ habuit Albinus breui sane lætatus funesto honore. Cæterũ Seuerus oẽm statim irã atq; atrocitatem animi suam, in illius necessarios Romæ effudit, ac primo quidem præmisso in urbem capite Albini abscisso, iussoq; publice pati

bulo præfigi,in ima epiſtola,qua de ſua uictoria populũ edocebat,hoc
quoq; adſcripſit.Ideo ſe caput illud publice in patibulo ſpectandũ mi
ſiſſe,uti exemplum caperent,quid item ipſis patiendũ foret. Rebus igi
tur Britanniæ ordinatis,cum totius inſulæ adminiſtrationem bifariã
diſpertiſſet,Itẽmq; omni gallia(quemadmodum quidem uidebatur)
compoſita ex ſentẽtia,ſuppliciõq; de Albini amicis ſumpto,ſiue quos
ei ſua quẽq; uoluntas,ſiue neceſſitas adiunxerat,continuo Romam
proficiſcitur,exercitum ſecum oẽm adducens,quo terribilior uideret̃
Confectõq; magna uelocitate itinere,quẽadmodum conſueuerat,inſe
ſtus adhuc ſupſtitibus Albini amicis·Romam intrat occurrente laure
ato populo,ac magno honore,fauſtiſq; acclamationibus excipiente,Se
natuq; uniuerſo cõſalutante,tã etſi pleroſq; metus cõſternauerat,quod
ſibi haud quaq̃ parſurum rebantur immitẽ ſuapte natura,& ſanguina
rium,neq; ſane magna cauſa indigentem ad inferendas iniurias,cæte-
rum tũc probabiles odii rationes habituꝝ·Poſtea uero q̃ in templum
Iouis ingreſſus eſt,oĩaq; ſacrificia de more peregit,reuerſus in palatium
magnõq; congiario populum romanum uictoriæ noĩe proſecutus,ac
nummos milibus largitus eſt,ſimul alia permulta indulxit,quæ nũq̃
antea acceperant.Nam & frumenti ſummam primus adauxit , & aure
is anulis uti,& domi habere mulierẽ pmiſit· Quæ oĩa procul à milita-
ri diſciplina ſuccinctos eos,paratõſq; ad bellum minime pſtitura uide
bantur,primuſq; ipſe duritiã atq; aſperitatẽ uictus,tolerantiãq; laborũ
diſciplinãq; oẽm,ac ducum reuerẽtiam ſubuertit , inhiare pecuniis,&
munditias colere militibus inſuefactis· His ergo optime pro ſuo iudi-
cio conſtitutis,curiam deinde ingreſſus , ſedenſq; Imperatoria ſella,ac-
cuſare infit truculenta oratione Albini amicos,prolatis ẽt quorũdam
arcanis epiſtolis,quas apud illum ſepoſitas deprẽhẽdiſſet, quibuſdam
autem exprobrans,ꝙ eum ſplendidioribus muneribus affeciſſent,ali-
is,quod amici orientalibus,aliis quod Albino fuerunt notiores,eõque
pacto eximiũ quenq; è ſenatu,Tum ut quiſq; in ꝓuinciis genere , aut
opibus excelleret,oẽs ſine diſcrimine ſupplicio afficiebat,ulciſcens(ut
quidem præ ſe ferebat)inimicos,ſed re uera ſubigẽte auaritia,qua ſupra
omnes Imperatores laborauit.Nam ut animi patientia,atque in labo-
ribus perſeuerantia,ſimul rei militaris gloria nemini etiam laudatiſſi-
mo conceſſerit,ita quæſtui ſupra q̃ dici poſſet addictus , iniuſtis cædi-
bus,atque adeo cuicuimodi ex cauſa pecuniam colligebat,imperium
metu q̃ beneuolentia retinens,q̃q̃ popularis eſſe in primis uolebat,edẽ
dis omnifariam magnificentiſſimis ſpectaculis,cẽtenis etiam ſæpenu

mero

mero occisis belluis,quas omnibus regionibus nostris,barbarisq; conquirebat.Sed & congiaria dedit uberrima,& certamen proposuit,undiq; accitis lusionibus,atq; athletis. Vidimus item sub illo quosdam omnis generi ludos,cunctis editos theatris,simulq; supplicationes,& peruigilia ad formam Cereris initiorum,sæculares hi tunc appellabātur,celebratos(ut aiunt)decurso trium spacio ætatum,siquidem urbe tota,atq; Italia præcones itabant,conuocatum oēs ad ludos,quos nec uidissent hactenus,nec uisuri postmodo forent.Ita scilicet interuallū præteritæ,futuræq; cælebritatis,supra omnē esse hominum ætatem significantes.Igitur aliquandiu Romæ moratus,participato filiis imperio,cum se ciuili tantum uictoria,contraq; Romanos exercitus habita,clarum hactenus intellegeret,ex qua etiam triumphum recusauerat,decreuit item barbarorum inclarescere Tropæis,quocirca prætextu uidicandi Barsemii Attenorum Regis,qui Nigri partes fouerat, exercitum in orientem eduxit,iamq; i Armeniam facturus imperiū, præuentus ā Rege Armeniorum est,mittente obsides ultro,& munera, ac suppliciter petente,ut sibi cum illo inire amicitiam fœdusq; ferire liceret.Quare Seuerus procedentibus ex sententia rebus,in Armeniā perrexit ad Atrenos.Sed & Rex Osrhoenorum Augarus ad eundem transfugit,traditisq; obsidio liberis,fidem suam auctorauit,sagittariorumq; uim magnam misit auxilio. Cæterum Seuerus regionem interamnanam,agrumq; Albenorum transgressus,etiam in Arabiā felicem excucurrit.Illic.n.herbæ proueniunt odoratæ,quæ nos aromata suffimētaq; habemus.Ibi expugnatis uicis,urbibusq; permultis,oémque agrum depopulatus,in Atrenorū regionē mox ingressus, Atras circunsedit urbem scilicet altissimo inpositam monti,ac maximis ualidissimisq; obseptam mœnibus,florentēmq; ingenti sagittariorū copia,Igitur hanc urbem Seuerianus exercitus quanta maxima ui poterat oppugnabat,machinaéq; omnifariam mœnibus admouebantur, nullo oppugnatiōis genere prætermisso. Contra autem Atreni audacter urbē defensare,sagittasq;,ac lapides superne iacientes,pessime accipere Seuerianos,etiámq; uasa fictilia uolucribus quibusdā,uenenatisque bestiolis oppleta deuoluere,quæ cū aut oculis inuolitarent,aut in apertas corporis partes sēsim obreperēt,grauiter singulos cōsauciabāt incideratq; in morbos romanus miles,æstum illū cæli nimio sole præ feruidi parum ferens,sic ut longe plures ob hos casus,q̄ hostili manu interierint.Proin defatigatis iā,& contusis oībus,procedēte secus obsidione,ac plus iacturæ,q̄ lucri romano faciēte,decreuit exercitū Seue

rus priusq̃ uniuersus pierat, deportare ex eis locis, tristem uidelicet insecto negocio. Quippe assuetus uincere præliis oibus, uictum se tunc putabat, quia non uicerat. Sed eum ꝓspera fors, & fautrix, statim consolatur, Neq̃ .n. plane rebus infectis rediit, sed maiore q̃ sperauerat successu. Nam iṕositus nauibus permultis exercitus uniuersus, nequaq̃ scilicet quo intenderat Romanæ appulsus ripæ, sed undarum impetu, Parthorũ ad Agrum prouectus, haud ꝓcul Ctesiphonte, qua in urbe sedes regis est. Is tunc pacem agitans, ac nihil ad se ptinere Seueri pugnas autumans, quas gereret cũ Atrenis, ociosus uidelicet nihil expectabat mali. Cæterum Seueri exercitus, cũ ad eas ripas ui fluminis inuectus, moxq̃ in terram esset expositus, oẽm illico depopulari agrum cœpit, abactisque ut in quæq̃ inciderant pecoribus ad uescendũ, uicisq̃ aliquot incensis paulatim usq̃ ad Ctesiphontẽ perrexerunt, qua in ciuitate magnus rex Artabanus commorabatur. Igitur imparatos nacti barbaros, cæsis primo quicunq̃ restitissent, direptaq̃ mox urbe, pueris fœminisq̃ in captiuitatem abductis, tantum ipso rege cum paucis equitibus elapso, thesauris illius, ornatuq̃ omni, & supellectile potiti uictores regrediuntur. Ita Seuerus fortuna magis, q̃ consilio parthicam, uictoriam adeptus est. Igitur prospere succedentibus rebus, literas ad Senatum, populumq̃ Romanum de se magnificas dedit, ac depictas in tabulis pugnas, uictoriasque suas exposuit, nihil non honorum decernente Senatu, & super his cognomina imponente deuictarum gentium. Ipse interea rebus ad orientem sic gestis, Romam reuertebatur, filios iam puberes secum adducens, Confectoq̃ itinere, ac prouinciis, ut cuique uisus foret, ordinatis, Mysorumq̃ & Pannoniorum recognitis exercitibus, urbem dein triũphans inuectus est, multis acclamationibus, omniq̃ cerimonia populo excipiente. Cui quidem iṕe festos dies, sacrificiaq̃, & spectacula, ac celebritates indulxit, magnoq̃ dato congiario, & ludos pro uictoria celebrauit. Romæ deinde haud paucos moratus annos, ius dicebat frequẽter ciuilibus negocis, & liberis erudiendis intentus. At illi iam tum adulescentes deliciis, uictuq̃ urbano, nimioq̃ spectaculorum, aurigationisq̃, & saltationis studio, bonam indolem corruperant, interq̃ se fratres dissidebant, puerili primum certamine, edendis coturnicum pugnis, gallinaccorumq̃ conflictibus, ac puerorum colluctatioĩbus exorta discordia. Nam seu quid in scæna audirent, siue irem spectarent, semp utique diuersis accedebant, nusq̃ eisdem studente utroq̃, sed quod alteri carum foret, id alteri statim odiosum, committentibus etiam utrinque ipsos adulatoribus, atq̃ ministris, nihilq̃ non ad gratiam suggerentibus

bus,ut ad se quisq; pro uirili diuersos retraherent. His cognitis Seuerus reducere in gratiam atq; emendare conabatur. Tum bassiano,qui tunc honores imperatorios adeptus Seuerus Antoninus accepto Marci cognomine uocabatur,ac maior natu erat,uxorem dedit filiam Plautiani præfecti cohortibus urbanis,hic ut perhibent Plautianus ab initio ætatis tenui fortuna fuit,seditiosisq;,& aliorum criminum reus,ac mulctatus exilio. Sed erat Seueri municeps,Afer natione,atq;,(ut quidã putant)etiam consanguinitate propinquus,ut uero alii affirmãt,flore magis ætatis per stuprum conciliatus. Hunc autem Seuerus ex parua,humiliq; fortuna,ad opes maximas prouexerat,ac damnatorum bonis adiudicatis,longe supra cæteros collocupletauerat,tantumnon imperio quoq; participato,quis ille opibus,licentiaq; abutens,nihil crudelitatis,aut uiolentiæ,ut quidq; ageret omittebat,cunctis etiam atrocior omnium ætatum principibus. Ergo huius filiam Seuerus uxorem filio suo tradidit. Enimuero Antoninus ipse parum lætus eo matrimonio, ac necessitate, q̃ uoluntate impulsus, puellam ipsam pariter,& puellæ parentem pessime oderat,sic ut ne thorum quidem,laremq; cum ea cõmunem pateretur,adeoq; auersabatur,ut minaretur quottidie occisurum ipsam,patremq; simul,atq; impiũ solus obtinuisset. Quod cũ illa identidem ad patrem referret,simulq; quantopere foret inuisa patefecisset,magnopere hominem irritauit. Igitur Plautianus senem iam Seuerum ipsum cernens,ac morbo sæpe laborantem,Contra uero Antoninum ferocem in primis,audacemq; iuuenem,pauidus ob illius minas,decreuit facinus suadere aliquod,priusq̃ ipse opprimeretur. Suberant præterea multa,quæ hominem ad imperii cupiditatem inflammarent,opes quantas nemo antea priuatus possederat,Militum præterea obedientia,& apud omnes Romanæ ditionis homines maximi honores. Ad hæc habitus, quo in publicum prodibat. Siquidem laticlauum perpetuo habebat,atque in secundis consularibus numerabatur. Ensem præterea gestabat,cæteraq; omnia supremæ dignitatis insignia, adeo quacunque incederet,trux,atq; horribilis,ut non modo non adiretur à quoquam,sed etiam qui fortuito occurrebant,ab eo uerterent oculos. Quin anteambulones aliquot quacunque iter faceret denuntiabant,ne quis in proximo consisteret,ne' ue illum contueri auderet, sed auerterent uniuersi oculos terrámque despectarent. Quæ cum cognouisset Seuerus,ne ipse quidem prorsus æqui boni facere,sed molestius iam,grauiusque ferre,sicut nonnihil etiam de illius auctoritate detraheret, ac persuadere homini conaretur, aliquid iam e' tanta

illa insolentia iminueret. Quorum impatiens Plautianus, non dubi
tauit imperium ipsum appetere insidiis. Quocirca talia quædā ma-
chinatur. Saturninus erat quidā tribunus, qui Plautianum in primis
obseruabat, & cum facerent idem omnes, unus tamen ille maiore qua
dam uenerationis specie, magis magisque homini obrepserat, hunc
sibi igitur fidissimū fore putans, ac solum deniq; cōmissa tacitæ habi
turum, & īperata facturū, uocari ad se sub uesperā iubet, remotisq; ar-
bitris, Nunc illud inquit est, cum summam imponere manū debeas
amori, obseruantiaeq; tuæ, cuius mihi hactenus dedisti specimē, cúm
que ego remunerare te pro meritis, ac debitam referre gratiam possim,
Datur optio tibi, uelis ne ille ipse euadere, quem me nunc esse cernis,
atq; huic tantæ potentiæ succedere, an perire statim dato contumacis
animi supplicio, Neq; tu, uel magnitudinem rei pertimueris, uel no-
mina imperatorum expaueris, intrare tibi in cubiculū, ubi somnum
capiunt soli nempe licet, redeunte uice nocturnæ custodiæ clam, nul
loq; prohibente, facile quod uolueris transiges. Nihil est autem quod
hic meum iam expectes imperium, Abi modo in aulam Pricipum,
quasi aliqua a me mandata habeas arcana, & grauia, Atq; ut uirū forté
decet, Senem unū, ac puerum intra suum utrunq; cubiculū obtrun-
ca. Nam cū in partem ueneris periculi, ēt reco secta in partem maxi-
mi honoris succedes. Hæc dicta, ut animū tribuni perterruerunt, ita
minime consilium excusserunt. Sed ut homo ne utiq̄ mente captus
(erat.n.genere Syrus, ac sunt ferme ad oriētem mortales acerrimis in
geniis) cognito furore, ac uecordia, quantumq; ei liceret minie igna-
rus, haudquaq̄ ausus detractare, ne scilicet continuo daret pœnas, cū
se optata, ac libētia simulans audire, prius adorato illo, tanq̄ impera-
tore, iam libellū petebat demandatæ sibi cædis. Quippe mos tyrānis,
cum aliquem indemnatū occidi iubent, per literas potissimum iniū-
gere, ne dein cædis īperatæ nullū relinquatur argumentū. hic Plautia
nus cecutiēs nimia cupiditate, dat libellū Tribuno, atq; ad cædē mit-
tens admonet diligēter, ut interfecto utroq; principe, priusq̄ diuulge-
tur facinus, se iubeat acciri, quo ante ī palatio cōspiciatur, q̄ occupatū
imperiū quisq̄ audiat. Sub hac pactione Tribunus digredit̄, ac de mo
re totā libere domū Principis peruadit, cognitoq;, q̄ difficile factu fo-
ret, duos ab uno homie principes, & quidē diuersis habitātes cubiculis
obtrūcari, adit ad Seuerū, & cū ianitoribus agit, ut se ad principē intro
mittant, Afferre se, quæ ad illius salutē pertineāt. Illi hæc Seuero renūti
ant, qui tribunū cōtinuo iubet acciri. Ingressus uenio inq̄t tibi o do-

mine

mine,ut sane putat isa,quo sum missus,ad cædē tui carnificinamq;. Vt ego met opto,ac uolo,beneficii auctor tibi,& salutis. Plautianus imperium cāptans insidiis,cædem mihi tuam,filiiq; tui mandauit,neq; uerbis modo,sed et literis. Testimonio est hic libellus. Equidē ego recepi facturum,quæ imperaret,ne alter scilicet me detrectante,negocium susciperet. Verum ad indicandam rem tibi sum præsto,Ne ignarum illius opprimat audacia. Dicenti hæc Tribuno,atq; ubertim lacrymanti,non continuo tamen fidē Seuerus habebat,Quippe adhuc in pectore multum ex Plautiani amatorio insederat,quin esse id totū negocium compositum,ac fabulosum suspectabat,ratus filium suū Plautiano infestum,natámque eius perosum,commentum esse technam huiuscemodi,ac mortiferam calumniam. Quare accitum ad se grauiter increpare instititit,quod in hominem amicum,atq; domesticum talia machinaretur. Antoninus autē primo quidem deierabat ignarum se totius negocii,deīn instanti tribuno,& libellum ostendenti,animum audaciámq; addebat ad crimen coarguendum. Sed ille cognito,q̄ magnū in discrimen uenerat,tum præterea haud ignarus,q̄ acceptus Seuero Plautianus foret,neq; non ēt intellegens si latuissent insidiæ,parúmq; indicium probaretur exquisitissimum sibi impendere supplicium,& quod nam,inquit,o Domini argumentum amplius,quod ue apertius quæritis indicium? Sinite egrediar regia,peŕq; aliquem fidum mihi hominem significem Plautiano facta esse iā quæ imperauerat. Aderit ille statim re credita,uacuam scilicet regiam occupaturus. Ibi uestri muneris fuerit,rē totam deprehēdere. Iubete modo in ædibus quietē agitari,ne præcognita res omne consiliū subuertat. Hæc locutus fidissimū sibi hominē deligit,qui Plautianum suis hortetur uerbis,acceleret,atq; adsit q̄primum,dū uterq; Princeps iacet,ōportere anteq̄ res populo inotescat intus esse eū,ut scilicet occupata arce,cōstabilitoq; īperio,uelint,nolint uniuersi non scilicet principatū adeūti,sed iā plane Principi obediāt. His creditis Plautianus (erat aūt iam diei uesper) magnam in spē sublatus,loricam induitur sub ueste tuēdi corporis gratia,simul cōscenso uehiculo,pperat in regiā paucis modo,q aderāt deducētibus,ratúsq; eū magnis de rebus ab Imperatoribus acciri. Vt aūt in aulā nullo phibente īgressus ē,ignaris,quæ agitarentur custodibus occurrēs tribunus,cōposito dolo salutat Imperatorem,deīn manu prehensum deducit intra cubiculū,ubi proiecta esse Imperatorum cadauera mentiebatur,iamq; aliquot è corporis sui custodibus Seuerus comparauerat,Qui statim ingresso manus inicerēt.

At Plautianus,cum longe alias animo ſpes agitaret, ut ingreſſus cubiculum eſt,cernens utrunq; illic ſtantem principem,comprehenſúmq; ſe teneri ſentiens,re tanta perterritus,rogare,ſupplicare falſa illa omnia commentum id in ſe,fabulámq; excogitatam. Igitur exprobrante hic Seuero beneficia,& honores. illinc Plautiano fidei beniuolentiæque ſuæ ueteris teſtimonia repetente,paulatim labaſcere Seuerus,atq; adduci Plautiani uerbis,donec pars loricæ per ſciſſum ueſtimenti apparuit. Qua Antoninus animaduerſa,audax iuuenis,& iracundus,ac iam antea homini infeſtus. At qui inquit ad hæc certe duo quid reſpõdeas ex pecto,Veniſti ad Imperatores ſub ueſperam minime accitus, dein qd ſibi rogo hæc lorica uult? Quis ad cœnam commiſationémue armatus accedit? Simul hæc dicens,iubet Tribunum,cæteróſq;,qui aderant, illico eum ſtrictis gladiis obtruncare,ut hoſtem manifeſtarium. Nihil illi cunctati,iuſſa faciunt iuuenis imperatoris, occidúntq; hominem, & cadauer in uiam proiiciunt ad uulgi ludibrium. Hunc finem habuit parem uitæ Plautianus,inexhauſtæ homo cupiditatis. Cæterum Seuerus duobus præfectis militaribus conſtitutis, plurimum in ſuburbanis,aut circum maritimas campaniæ oras agitabat,ius dicens,& ciuilibus negociis intentus,cupiénſq; in primis, uti Romæ ſui liberi bonis moribus inſtituerentur. Nam ludis eos,ſpectaculíſq; uehementius ſtudere animaduerterat,q̃ principibus conueniebat. Quo fieret uti ſtudio certamínéq; ſemper in diuerſum tendente,etiam animi iuuenum diſtraherentur,quibuſdam quaſi admotis contentionum,atq; inimicitiarum facibus. Maxime tamen Antoninus intolerandus,ſublato iam è medio Plautiano,terribiliſq;,& formidoloſus erat omnibus,tum illius natæ cõiugi ſcilicet ſuæ,quibus maxime artibus, aut machinis poterat exitium intendebat. At Seuerus ipſam pariter cum filiolo,quem pepererat,relegauit in Siciliam,datis opibus,quantæ ad uictum, atq; uſum abunde ſufficerent,imitatus in hoc auguſtũ,qui filios Antonii,poſteaq̃ hoſtis iudicatus eſt,eodem modo tractauerit. Ipſe ad pacem, concordiamque reuocare liberos,& reconciliare utrunque alteri conabatur,admonens identidem ueterum fabularum,in quibus pleræq; regum calamitates fraternis ortæ ſeditionibus memorãtur. Huc addebat theſauros,templáq; pecuniis plena eſſe,diuitias foris ex uectigalibus accedere poſſe in tanta opulentia,militem largitiõe teneri,auctas in quadruplũ copias urbanas,tantum ſedere exercitum ante urbem,ut nulla externa uis,ſeu multitudinem ipſã militũ,ſeu corporum magnitudinẽ,ſeu pecuniæ abũdãtiã ſpectes,par íueniri tãtis opibus poſſit. Sed ea í nihilũ

recaſura

recasura, ipsis inter se discordantibus, atq; intestinum agitātibus bellū. Hæc ille quotidie edisserens, precesq; castigationibus admiscens, reprimere illorum spiritus, ac reducere germanos in gratiam studebat. Cæterum omnia frustra erant. Quippe frenos ore depulerant proni semper in peius, atq; illos adulescentes adhuc, in ipso ætatis seruore, atq; in summa licentia uoluptatum omnium, irritamentis incitatos, etiam adulatorum ministeria diuersos trahebant, scilicet qui nō mō illorum obsequerentur cupidinibus, atq; flagitiis, sed noua semper aliqua excogitarent, unde alteri gratum fieret, alter offenderetur, quorum etiam nonnullos Seuerus ipse in huiuscemodi ministeriis deprehensos supplicio affecit, hanc liberorum suorum uitam, & indecora in spectaculis studia ferens grauiter senex Imperator, literas à Britanniæ præfecto accepit, quæ docebant barbaros illic seditiones agitare, regionemq; omnē incursionibus, ac depopulationibus uastare, quare maiore manu ad resistendum, uel etiam principis ipsius præsentia opus esse, Lætus ea Seuerus accepit. Quippe homo suapte natura gloriæ appetetior, post uictorias ad orientem septentrionemq;, & cognomina utrinq; parta, etiā Tropæa contra Britannos excitare aliqua cupiebat. Ad hæc filios quoque abducere ex urbe, ut procul à munditiis urbanis, in castris militari uitæ, ac sobriæ iuuenes insuescerent. Ita expeditionem in Britanniam edicit senex iam, & morbo articulari laborans, tanta aūt ai uirtute quā ta nemo unq̄ uel iuuenum. Igitur iter ingressus, lectica plurimum uehebatur, nulloq; cessabat loco. Quare confecto itinere, speq; oī ac sermone celerius enauigato oceano, Britanniam ingressus est, collectisq; militibus, ac maximis cōflatis uiribus bellum comparabat. Cæterum Britanni repentino principis aduentu perculsi, auditoq; tantas contra se comparari copias, legatos ad eum de pace, ac se ipsos expurgatū mise runt. At Seuerus moras de industria nectēs, ne uacuo sibi Romam rede undum foret, cupidus uictoriæ, cognominisq; Britannici, legatos quidem re infecta domum dimittit, ipse quæ bello usui forent magna solertia comparabat, sed in primis tamē curæ habuit pontibus occupare paludes, ut stare in tuto milites possent, atq; in solido præliari. Siquidē Britanniæ pleraq; loca frequentibus oceani alluuionibus palude scūt. Per eas igitur paludes barbari ipsi natant, excursantq; ad ilia usque demersi, ac pleraq; corporis nudi cœnum cōtemnūt. Neque n. uestis usū cognorunt, sed uentrem, atque ceruicem ferro incingunt, ornamentū id esse, ac diuitiarum argumentum existimantes, perinde ut auꝝ cæteri barbari. quin ipsa notant corpora pictura uaria, & oīfariā formis ani

malium,quocirca ne induuntur quidē,uidelicet picturā corporis,ne adoperiant,Sunt autem bellicoſiſſima gens,atq; audiſſima cædis,tantum ſcuto anguſto,lanceaq; contenti,Præterea gladio nudis corporibus dependente,loricæ,ac galeæ penitus ignorant uſum,Impedimentum id eſſe trāſgredientis paludibus arbitrantes,quarũ uaporibus,eſtuque,coelum ibi ſemper caliginoſum.Ad hæc Seuerus nihil non cōparabat,quod uſui romano militi,quod detrimento barbaris,impedimentoq; foret.Vbi uero ſatis ex ſententia prompta ſibi eſſe,ac parata omnia intellexit,iuniorem filium Getam nomine in parte inſulæ Romanis ſubiecta reliquit,ut iuridicundo,rebuſq; ciuilibus adminiſtrandis præeſſet,Eiq; cōſiliarios ex amicis natu grandibus reliquit,Antonino ſecū aduerſus barbaros educto.Trāſgreſſo igitur romano exercitu amnes,aggereſq; eos,qui obiecti Barbaris Romanorũ fines diſterminant,pugnæ quædā tumultuariæ fiebant,et excurſiones Victoreſbiq; Romano.Cæterū facilis erat ex fuga receptus barbaris,quippe inter ſiluas,ac paludes,& loca ipſis notiſſima deliteſcentibus.Quæ omnia Romanis aduerſa,moram bello addebant.Interea Seuerū iā confectū ſenio longior inuaſit morbus,ſic ut ipſe domi reſidere,atq; Antoninum mittere in bellum,ad imperatoris obeunda munia cogeretur.Cæterum Antoninus haud magnopere de Barbaris ſollicitus,exercitū ſibi adiungere,& confirmare uniuerſos tendebat,Vt ſe unū intuerentur,ſoli ſibi imperiū uindicans,ac germano identidem obtrectans.Quin longior quoq; patris ualetudo,ac mortis mora diutur nior,anxium uidelicet adoleſcentem habebant.Sic,ut medicis,miniſtriſq; ſubinde conaretur perſuadere,ſenem ut e medio q̄primū quoquomodo tollerent,donec tandem Seuerus mœrore magis,q̄ morbo cōſumptus,uitāque defunctus eſt,Clariſſimus omnium imperatorũ bellicis operibus.Neq;.n.aut ciuiles quiſq̄ aduerſus inimicos,aut externas aduerſus Barbaros totidem alius uictorias reportauit,anniſq; duodeuiginti geſto ī perio deceſſit,ſucceſſoribus liberis,tāta pecuniæ relicta copia,q̄tam antea nemo,tū ampliore exercitu,q̄ cui obſiſtere ulla uis poſſet.Igitur Antoninus mortuo Seuero ſummam poteſtatem nactus,confeſtim uniuerſos ab ipſo(quod aiunt)lare interficere cœpit.Nam & medicos ſupplicio affecit,q̄ ſibi parum obtemperauerant,iubenti Senis maturare necem,nutricioſque ſuos iuxta,& fratris,quod de reconciliandis egiſſent,ne uno quidem reliquo ſuæ crudelitati facto ex eo ordine hominum,qui in honore aliquo fuerant,quique ipſius parentem obſeruauerant. Duces porro exercitus magnis

gnis

gnis muneribus,ac promissis adhortabatur,persuaderent militibus uti
se unum Imperatorem declararent, nullásque non machinas aduer-
sus germanum intendebat. Neq; id tantum persuadere militibus potu
it. Quippe memores, utrunq; à Seuero iamindeà pueritia pari hono
re,cultúq; educatum,etiam ipsi parem utrinq; obedientiam,beneuolē
tiámq; exhibebant. Igitur Antoninus cognito parum sibi rem aduer-
sus exercitum procedere,icto cum barbaris fœdere,datáq; pace,& obsi
dibus acceptis decedens illinc,ad matrem iam, germanúmq; festinat.
Congressos reducere in gratiam mater conata, adnitentibus honestissi
mis quibusq; Seueri amicis,& consiliariis. Igitur Antoninus,cum ne-
mo scilicet non eius libidini refragaretur, ui potius q̄ uoluntate ad cō
cordiæ,amorísq; simulationem adducitur. Ita ambo pari honore Im-
perium gerentes soluerunt ex Britannia,Romámq; cum patris reliqui
is contendebant. Nam corpusculo ignibus tradito, cinerem ipsum
cum odoribus in uasculum alabastri coniectum Romam referebant,
ut uidelicet in sacris principum monimentis componeretur. Ipsi ex-
ercitum deportātes,uictorésq; iam Britanniæ, in aduersam galliá emē
so oceano peruenerunt. Quo igitur pacto, & diē suū obierit Seuerus, &
liberi eius Imperium susceperint, in hoc uolumine demonstratum est.

LIBER QVARTVS

ES GESTAS Seueri principis per annos duodeui-
ginti superiore libro sumus persecuti. Porro autem ipsi
r us liberi adulescentes iam, unà cum matre Romam fe-
stinabant. Seditiones ēt tum in itinere agitantes. Quip-
pe diuersoriis mensáq; nunq̄ eisdem utebātur, multúq;
suspitionis in cibo omni, potúq;, ne alteruter ante capto tempore, ipse
clam, aut per ministeria ueneno rem gereret. Ob eamq; causam etiá iter
properantius faciebant, tutius rati uicturos, ubi iam in urbem peruenis
sent, diuisaq; inter se regia, amplis, ac spatiosis ædibus, maioribus etiam
reliqua urbe, pro suo uterq; arbitrio separatim agitarent. Postq̄ uero in
urbē peruentum, populus eos uniuersus laureatus excepit, & Senatus
consalutauit. Præibant igitur principes ipsi cum purpura Imperato-
ria, post sequebantur consules, urnam cum Seueri reliquiis gestantes.
Qui āt nouos imperatores consalutauerant, progressi deinde, urnam
quoq; ipsam supplices adorabant. Ita comitati magna pompa, compo
suerunt ipsū in templo, ubi Marci, ac superiorū principum sacra uisun

tur monimenta. Re igitur diuina, cerimoniisq; de more concelebratis, uterq; in regiam discedunt, partiti inter se domum, ianuisq; secretioribus obstructis, publicis tantum, atque atriensibus promiscue utentes. Quin & custodes corporis separatim sibi delegerunt, nix unq̃ congredientes nisi pauxillum duntaxat, ut in publico à multitudine ipsa conspicerentur. Sed in primis tamen iusta parenti persoluerunt. Mos est .n. Romanis consecrare imperatores, qui superstitibus filiis, uel successoribus moriuntur. quiq; eo sunt honore affecti, relati dicuntur inter diuos. Estaũt tota urbe quasi luctus quidã, festæ celebritati promiscuus. Quippe functum uita corpus, ritu hominum sumptuoso funere sepeliunt. Sed certam imaginem defuncto q̃ simillimã fingunt, eãmq; i regiæ uestibulo proponunt supra eburneum lectum maximũ, atq; sublimem, uestibus instratum aureis. Et quidem imago illa ad ægroti speciem pallida recũbit. Circa lectũ uero utrinq; magnã partem diei sedent à Leua quidem Senatus oĩs uestibus atris amictus, à dextra uero matronæ, quas uiro℞, aut parentum dignitas honestat, harũq; nulla, uel aurũ gestans, uel ornata monilibus conspicitur Sed uestibus albis exilibus ĩdutæ, mœrentiũ speciem prebent. Hæc ita p septẽ dies continuos faciũt medicis ad lectũ quottidie accedentibus, inspectũq; uelut ægrũ deterius se habere subinde, pnuntiantibus. Dein ubi iã uisus obiisse diẽ, lectũ humeris attollunt equestris, Senatoriiq; ordinis nobilissimi, ac lectissimi iuuenes, pérq; uiã sacram in uetus forum deferunt. ubi magistratus Romani deponere imperium consueuerant. Vtrinq; aũt gradus quidã sunt ad scalarum similitudinem extructi, in quibus altera ex parte puerorum chorus est è nobilissimis atq; patriciis, altera fœminarũ illustriũ hymnos in defunctũ pæanásq; canentium uicendo, ac lamentabili carmine emodulatos. Quibus peractis tollunt iterum lectũ, atq; extra urbem perferunt in martiũ campum, ubi qua latissime campus patet, suggestus quidã specie quadrãgula, lateribus æquis assurgit, nulla præter q̃ lignorũ ingentium materia cõpactus in tabernaculi formã. Id quidem interius totum est aridis fomitibus oppletũ, extra aũt intextis auro stragulis, atq; eboreis signis, uariisq; picturis exornatũ. Infra uero alterum minusculum quidẽ positum est, sed forma & ornatu psimile, portis, ianuisq; patentibus, Tertiũq; itẽ, & quartum semper superiore cõtractius, ac deinceps alia, donec ad extremum, quod est oĩum breuissimum perueniatur. Possis eius ædificii formam comparare turribus his, quæ portibus imminentes, noctu igne prælato, naues in tutas stationes dirigunt. Pharos uulgo appellant. Igitur lecto in secundum taber-

tabernaculum sublato, aromata & suffimenta omnis generis, fructus, herbasq;, succosq; omneis odoratos conquirunt, atq; aceruatim effundũt. Quippe neq; gẽs est, neq; ciuitas, neq; qui honore ullo, aut digni tate præcellat, quin certatim pro se quisq; suprema illa munera princi pis honori deferat. Vbi uero igens aromatũ aceruus aggestus est, ac locus omnis expletus, tum circa ædificium illud adequitant, uniuersis equestris ordinis certa quadam lege, ac recursu, motuq; Pyrrichio, numeroq; in orbẽ decurrentibus. Currus item circumaguntur insessi pur puratis rectoribus, qui personas ferant Ducum omnium Romanorum Principumq; illustrium, quæ ubi celebrata sunt, facem capit imperii successor, eamq; tabernaculo admouet. Tũ cæteri omnes undiq; ignẽ subiciunt, cunctaq; illico fomitibus illis aridis, odoramentisq; referta, igni ualido corripiũtur. Mox ab extremo, minimoq; tabernaculo, tanq; e fastigio quodã simul eũ subiecto igni aquila dimittitur, quæ in cœlũ creditur ipsam principis animam deferre. Ac iam ex illo unà cũ cæteris numinibus imperator colitur. Ita consecrato parente, reuersi domum iuuenes discordias qnottidie, & simultates exercere, insidiari inter se, moliri, parare omnibus modis, atque ea modo uterque ĩ animo habere, quibus alter dolo caperetur, postremo quacũq; uia grassari ad singulare imperium, ac nihil inuicem prætermittere, dum cõsortem potestatis expungerent. Sed & mentes animiq; omnium urbanorum, quicũq; honore aliquo, aut dignitate præstarent, diuersi trahebãtur, utroq; seorsum literas claneulum mittante, magnisq; pollicitationibus sibi homines adiungente. Maior tandẽ pars ad Getã spectabat, quod opinionẽ non nullam ostenderet probitatis, moderatumq; se, & lenem in congressibus præstaret, studia porro tractabat honestissima. Quippe & disciplinarum laude celebres circa se frequentes habebat, & in palæstra, ac reliquis ingenuis exercitationibus uersabatur. Placidus præterea in omnes, atq; humanus, fama & gloria quadã optima plurimos ad amicitiam beneuolentiamq; alliciebat. Contra uero Antoninus cuncta asperius ferociusque gerebat, atque ab his rebus, quas supra diximus alienus, militaris uitæ, ac bellicæ uideri amator affectabat. Nihilque non iracunde faciens, minitando, quã suadendo, metu, quam beneuolẽtia sibi amicitias quærebat. Sed cum diu frustra mater discordantis inter sefermanos redigere in gratiam studeret, uisum aliquando ambobus est imperium inter se diuidere, ne Romæ agitantes alter alterius essent insidiis opportuni. Quare conuocatis paternis amicis coram ipsa matre de imperio diuidendo discepta-

bant, Sicut Europa oĩs Antonino, Tellus autem aduersa, quæ oĩs Asia nuncupatur Getæ adiudicaretur. Ita enim diuina quadam prouidentia utrunq; continentem proponridos in cursu disterminari. Placebat autem ut Antoninus castra ad Byzantium haberet, Geta uero in Calchedone Bithyniæ urbe, quæ scilicet opposita inter se utriusq; imperium tuerentur, atq; à transmittendo prohiberent. Tum ut ẽ Senatorio ordine quotcunq; ex Europa forent in urbe ipsa remanerent, reliq; Getam sequerentur. Sedes Imperii sui Geta destinabat Antiochiam, uel Alexandriam urbes magnitudine haud longe infra Romam. Tum ex gentibus ad meridiem habentibus Mauros Numidasq; Antonino concedens, reliquos ad orientem usq; Geta sibi asciscebat. Hæc dum illi agitarent, reliquis omnibus mœsto uultu terram intuentibus ita Iulia mater locuta est. Terram quidem & mare o filii iam inuenistis, quo pacto diuidatis, & continentem utranq;, ut dicitis pontici discriminant fluctus. Matrem uero quonam modo diuidetis? Quonam modo infelix ego distribuar inter utrunq; uestrum, aut dissecabor? Me primã igitur occidite, dimidiámq; uterq; apud se partem sepeliat. Ut ego quoq; iter uos cum mari terráque ipsa diuidar. Hæc locuta multis cum lacrymis eiulatuq; manus ambobus iniciens, complexa utrunq; reconciliare inter se conabatur. Quare cohorta miseratione cuncti discessere improbato consilio, ipsiq; in ædes suas reuersi. Sed gliscebat in dies odium atq; discordia. Nam siue duces ac magistratus aliqui eligerentur, uterq; amico suo potissimum suffragabatur, siue ius dicerent semper diuersa sentiebant, magno illorum periculo cuia res agebatur, Pluris enĩ studium suum q̃ ius, aut æquum faciebant, etiam in ludis ipsis diuersarũ semper factionum Nihil præterea insidiarum omittebant. Cocos idẽtidẽ, & pincernas conati ad ueneficia impellere. Quæ ubi tardius procedebant, q̃ scilicet, uterq; magna diligentia, curaq; cibum capesserẽt. Postremo impatiens Antoninus, atq; imperii totius cupidine instigatus, deliberat magnum aliquid, uel facere, uel pati, ferrúmq; & cædem molitur. Et quando secus processerant latentes insidiæ necessarium putabat periculo omni, ac spe posthabita quouis modo in ceptum patrare Quare irrupto fratris cubiculo, nihil eum tale expectantem supra matris pectus multo undantem sanguine sæuus obtruncat. Quo facto exilit statim, ac per totam regiam currens clamitat magnum se periculum effugisse, uixq; euasisse incolumem, Simul imperat militibus regiæ custodibus, raperent illico se, atq; in castra deducerent, ubi tutius asseruetur, periturum dictitans si diutius in ædibus moram trahat. Illi

pro ueris ea dicta accipientes, simul ignari quæ intus gesta, currentem eum currentes & ipsi comitantur. Fit ingens populi tumultus, rapti agente se sub uesperam Principe mediam per urbem. Vt autem castra attigit, ædiculamq; eam, intra quam signa, ac simulachra exercitus adorantur, procidens humi gratias agebat uotis, quasi pro salute suscepti. Ea re militibus nuntiata partim iam lauantibus, partim requiescentibus, statim illuc omnes exterriti feruntur. Ille progressus in mediū, nō quidem cōtinuo rem ipsam, prout erat gesta fatebatur, sed effugisse periculum clamitabat, insidiasq; inimici hominis, atq; hostis. Nam ita fratrem appellabat. Vixq; tandem post longum certamen aduersarios superatos. Quippe utrisq; periclitantibus, se postremo unicum Imperatorem fortunæ relictum dono. Talia quædam obliquans, atq; inuoluēs intelligi quæ fecisset q̄ audiri malebat. Tum pro salute Imperioq; suo singulis militibus Atticarum drachmarum duo milia supra quingentos pollicetur, Præterea; annonæ supra q̄ sueti accipere dimidiū. Iubet item iam tum ex templis, thesaurisq; sibi ipsos pecuniam sumere largiter effusis uno die, quæcūq; per duodeuiginti annos Seuerus collegerat, atq; recondiderat alienis calamitatibus. At milites tāta pecuniæ magnitudine illecti, totoq; iam negocio intellecto uulgata passim cæde per eos, qui ædibus effugerant, unum illum declarāt Imperatorem, Geta hoste appellato. Igitur ea nocte moratus in templo Antoninus, ac fretus largitionibus, quibus sibi milites adiunxerat cōtendit postridie in Senatum, toto stipante exercitu, sed armis instructiore, q̄ cōsueuit principem deducere. Ingressus deinde, ubi rem diuinam fecit, conscendit sellam imperatoriam, atq; ad hunc modum uerba facit. Nō me quidem fugit, omnem domesticorum cædem statim atq; auribus inciderit odiosam uideri, nomenq; ipsum ut primum audiatur afferre grauem calumniam. Quippe infœlices misericordia, potentes inuidia sequtur, ac uictus accepisse, uictor attulisse iniuriam uidetur. Cæterum si quis uero magis iudicio, q̄ studio erga defunctum aliquo, rem ipsam expendat, causamq; eius, & consilium exquirat, facile scilicet inueniet, rectum esse & necessarium uindicare magis q̄ accipere iniuriam. Quippe ad occisi calamitatem etiam infamia timiditatis accedit. Victor, præter q̄ incolumis est, etiam gloriam retulit fortitudinis. ac cætera quidem, quæ sæpe in me, cum ueneficiis, tum omni genere insidiarum intendit, facile uobis est exquirere tormentis. Quippe idcirco adesse oēs illius ministros imperaui, ut uerum deprehendatis. Sunt autem nonnulli quoq; ex his iam torti, quorum exaudire confessionem possitis.

P

Postremo autem cum ego apud matrem forem, Venit ille in me quosdam secum adducẽs gladiis accinctos. Sed ego re præcognita, ultus hostem sum. Neq; enim iam, aut fratris mentem gerebat, aut fraterna moliebatur. Vlcisci autem illum, qui prior insidietur (ut iustum est) ita usu quoq; iam receptum. Quippe ne ipse quidem urbis huius conditor Romulus germanum pertulit, suis tantum operibus illudentem. Taceo germanicum Neronis, ac Titum Domitiani fratres. Marcus ipse philosophiæ simulator, ac mansuetudinis, Lucii generi sui contumeliam non pertulit. Ego uero uenenis comparatis in me gladio'que impendente ultus hostem. Quippe hoc illi sua opera nomen imponebant. Vos autem diis gratias agite, quod alterum uobis principem seruauerint, neq; mentes uestras in diuersa partiti, sed unum tantum spectantes Imperatorem, uitam securi traducite. Imperium autem Iuppiter sicut ipse inter deos solus possidet, ita etiã uni tantum mortalium adiudicat. Hæc locutus magna uoce, irarũmq; plenus ac truculento uultu illius amicos intuens, trementibus, pallentibusq; plerisq;, in regiam reuertitur. Continuo igitur cepti occidi domestici omnes fratris, atq; amici. Quiq; in ædibus habitabant, quas ille incoluerat ministriq; item uniuersi, sic ut ne ætati quidem infantium parceretur, porro ipsa cadauera plaustris omnibus per cõtumeliam imposita, atq; extra urbem exportata aceruatim, aut temere iniecta rogis comburebãtur. Nec quisq̃ superfuit ex iis, qui leuem modo cum Geta notitiam habuisset. Athletæ etiam & aurigæ, atq; omnifariam histriones, & quidqd deniq; uel oculis illius, uel auribus iucundum fuerat, passim occidebãtur. Præterea Senatorii ordinis quicunq;, aut nobilitate, aut opibus excellerent, minima quaque de causa, uel plane nulla, quantumlibet leui delatione pro illius amicis interimebantur. Quin & Commodi sororem iam anum, atq; ab omnibus Imperatoribus, ut Marci filiam oportuit, magno in honore habitam morte affecit, Causatusq; Getæ necem apud ipsius matrem defleuisset, Et coniugem quondam suam Plautiani filiam, quæ fuerat in Siciliam relegata, ac Consobrinum Seuero cognomine filiumq; Pertinacis, & lucillæ Commodi Sororis, postremo quidquid ex cognatione Imperatoria, aut in Senatu ex patricia nobilitate supererat, plane quasi abstirpe abscidit. Ducesq; prouinciarũ uniuersos, ac procuratores ueluti Getæ amicos neci dedidit, totæq; noctes cædendis plurifariam mortalibus impendebantur. Sed & uestales uirgines uiuas obruit terræ, quasi temerata uirginitate. Deniq; id qd nũq̃ alias factitatum, cũ circenses spectante eo populus Romanus in auri-

gam

gam, cui studebat, nescio quid cauillatus esset, ratus sibi cōtumeliam illatam, repente omnem exercitum facere impetum iussit in populū, ac raptare, & occidere quicunq; in aurigam dixisset. At milites accepta semel uiolandi, rapiendiq; potestate, cum discerni à reliquis nequirent, q fuerāt proteruius locuti, nullo scilicet in tanta multitudine uerum fatente, passim ut in quenq; inciderant, aut occidebant, aut oībus ereptis quasi salute redempta uiuos ægre dimittebāt. His actis stimulante malorum facinorū conscientia, uitā ꝙ perosus urbanam, statuit Roma se cedere, ut & milites ordinaret, & prouincias inuiseret. Igitur Italia decedens, ad ripas Danubii puenit, ac partes Imperii Romani Septentrioni subiectas, Ibi aut corpus exercebat aurigando, cædendisq; cominus oēgenus beluis, aut ius dicebat (rarius id tamen) statimq; sniam ferrens, ac respondens, pauculis dūtaxat auditis. Cæterum Germanos illic sibi omnes adiunxit, atq; ī amicitiam conciliauit, Sic ut ex his socios bellorum, & custodes corporis ualidissimum quenq;, & pulcherrimum sibi adsciuerit. Sæpe etiam Romano cultu deposito uestem Germanicam induebat, atq; in eorum sagulis argento uariegatis conspiciebatur, etiā flauam capiti cæsariem imponēs ad modum germanicæ tunsuræ, qui bus læti barbari mirifice eū diligere, gaudere etiam Romanus miles, quem scilicet ille amplissimis largitionibus prosequebatur, Ipse nullū non militiæ munus prompte obire, & siue quid fodiendum foret, primus fodere, siue pons flumini imponendus, aut extruendus agger, siue quod opus manuum faciendum, aut labor subeundus, primus omnia occupare, tenuiq; mensa, ac ligneolis poculis, uasisq; esculentorū contētus esse, panēmq; etiam temere factum comesse. Quippe tritico quantum satis uni foret sua manu molito, massaq; inde facta, atq; in carbonibus decocta uesci solitus, oīa deniq; elegātiora aspernari, & uilissimis qbusq;, ac uel pauperrimo, gregarioq; militi facillimis uti, Tum commilitonem, q̄ principem uocari se malle, ac plerunq; iter facere peride, atq; ipsi pedibus ambulans, raroq; uehiculum conscendere, aut equum sibi ipse portare arma, nonnunq̄ etiam signa militaria lōgissima, & auteis ornamētis prægrauia, ac ne robustissimis quidem militibus facilia, ipse humeris subire. Ob hæc igitur aliaq; huiuscemodi, ut hoiem militarem diligere eum suus exercitus, & ut uirum fortē admirari. Quippe instar miraculi uidebatur tantulæ hominem staturæ, tantis esse labori bus parem. Sed ubi milites apud danubium ordinauit, atq; in Thraciā Macedonibus conterminam discessit, continuo Alexāder alter euasit. Nā & memoriam regis eius omnibus modis renouauit, statuis imagini

busq; nulla non urbe poni iussis, Romamq; ipsam, capitoliumq;, & tẽpla uniuersa referfit Alexandri simulacris. Vidimus item imagines nõ nullas ridicule depictas, quæ uno corpore duas facies præferrent Alexãdri, atq; Antonini. Ipse prodibat Macedonico habitu causiam gestans, & crepidas, ac lectissimam iuuenum manum in exercitu phalangẽ macedonicam appellabat, iussis ducibus noĩa sibi ducum Alexandri imponere. Præterea iuuenes sparta accitos, laconicam, & pitanitem centuriam uocabat. His igitur actis, atq; urbibus prout quanq; potuerat ordinatis, pergamum adit Asiæ ciuitatem, ut æsculapii curationibus uteretur. Quo postq̃ peruenit, Somniis q̃din uoluit captatis, ilium mox petiit, & cunctis urbis reliquiis collustratis, ad Achillis tumulum processit. Eũq; coronis floribusq; magnifice exornato, rursus imitari Achillẽ cœpit. Sed patroclum desiderante aliquem. libertorum omnium charissimus festus, a memoria, dum ad ilium moratur, uita defunctus est, ueneno (ut quidam aiebãt) extinctus, quo scilicet patrocli more sepeliretur, (ut alii affirmant) morbo interceptus, huius igitur cadauer efferri iussit, compluribusq; lignis rogum strui. Dein imposito in medium, mactatisq; omnegenus animalibus, subiecit ignem, phialamq; manu tenens, uinumq; libans, uentos precabatur. Cumq; esset raro capillo, & crinem quæreret, ut imponeret ignibus, deridiculo erat omnibus, cæteros quos habuit capillos, tamen totondit. Laudabat autem ex omnibus ducibus præcipue Syllam Romanum, Et afrum Hannibalem, quibus etiam statuas, atq; imagines excitauit. Decedens autem Ilio, asiaq; omni, & Bithynia, gentibusq; reliquis pertransitis, atq; ubiq; rebus compositis, deuenit antiochiã, ibiq; exceptus honorificentissime, atq; aliquandiu moratus alexandriã cõtendit, prætexens huic itineri desideriũ uisendæ urbis ab alexandro constructæ, simul cõsulendi patri illorum numinis, quod egregie incolæ uenerantur, ac simulans hæc duo in primis religionem dei, & herois memoriam, iubet hecatombas comparari, ac parẽtationes omne genus. Quod ut primum est alexandrinæ multitudini nuntiatum, leuissimæ suapte natura, & omnibus momentis expositæ, studium beniuolentiamq; Principis omnes, quasi animorum impotes accipiebant. Igitur ad excipiendum illum se comparabant, quanto nũquam antea honore consueuerant. Quippe omnifariam musica instrumenta disposita ubique uarium edebant sonitum. Præterea aromatum, ac suffimentorum uapor omne genus aditus, cunctos optimis replebat odoribus, tedis præterea, & florum sparsionibus honorabant. Sed ubi in urbem iam peruenit, primo quidem templum ingressus est multisq;

multisq; uictimis immolatis,ac thure cumulatis altaribus,ad Alexandri monimentum se contulit,paludamentumq; purpureum, & claris spetiosisq; gemmis anulos conspicuos,balteumque, & siqua alia gestabat elegantiora dempta sibi,tum illius imposuit tumulo,hæc cernẽtes Alexandrini,læti supra modum noctibus totis,ac diebus festum celebrabant,ignari,quid itra ulceratum pectus Imperator occuleret.Hæc enim omnia per simulationem faciebat,ut uniuersam illorum multitudinem contrucidaret.Latentis odii causa talis erat.Nuntiatum ei fuerat Romæ agenti,uiuo adhuc patre, atq; item post extincto, multa in ipsum dicere Alexandrinos.Sunt enim homines suapte natura dicaces,atq; ad describendum illudendumq; maxime facti,iactantes in optimum quenq;,& potentissimum dicteria quædam,ut quidem ipsi putant festiua,ut autem uidentur iis,in quos dicuntur longe grauissima. Quippe huiuscemodi iocorum,uel maxime illa pmouent, quibus delicti ueritas arguitur.Quare cum multa in eum dixissent,ne dissimulata quidem fraterna cæde,Matremq; etiam Iocastam uulgo appellarẽt, irriderẽtq; ipsum,ꝙ tantulæ homo staturæ Alexandrum,atq; Achillem maximos,ac fortissimos heroas æmularetur. Dum ludere se putant,eo impulerunt Antoninum hominem suapte natura iracũdum, atq; sanguinarium,ut perniciem illis,insidiasq; moliretur.Igitur celebritate,ac festo iam peracto,cum uideret maximam hominum multitudinem ex uicinis regionibus cõfluxisse in urbem,monuit edicto,ut in planiciem quandam iuuentus uniuersa conueniret,uelle affirmans sicuti Macedonicam,spartanamq; habebat,ita etiam in Alexandri honorem ip sius herois cognomento Phalangem constituere.Iubet igitur consistere iuuenes uniuersos relicto interuallo,ut singulorum ætatem staturamq;,& corporis habitudinem militiæ idoneam cõsideraret. his creditis iuuenes,ac uerisimili spe ducti,ob insignem honorem pauloante exhibitum principi,conueniunt frequentes una cum parẽtibus, atque germanis lætis gratulantibusque. At uero Antoninus singulos inter se distantes circumiens, contrectansque,& aliud in alio laudans præteribat, Donec illos,neque id animaduertentes, neque expectantes uniuersus circumueniret exercitus. Vt uero coniecturam fecit iam esse omnes militum suorum armis inclusos, quasique retibus implicitos,ipse statim cum suo præsidio excessit, ac signum militibus dedit. Qui statim facto undique impetu deprehensam in medio inermem iuuentutem,cæterosque,qui aderant magna cæde cõtrucidant,atq; e militibus,alii cædem tantum faciebant,alii foueis ingen-

tibus cadauera obruebant, aggestaq; desuper humo, immané tumulũ excitarunt. multi etiam in eas foueas semiuiui protrahebantur, multi adhuc integri detrudebantur. Sed & milites non nulli simul perierunt. Nam qui reliquias adhuc aliquas spiritus retinebant, neq; penitus defecti erant uiribus, ipsi citi prouentibus se militibus, eos quoq; secum trahebant in foueam. Tanta est aũt facta cædes, ut riuis cruoris per planiciẽ decurrentibus, cum fauces ipsæ Nili ingentes, tũ litus oẽ circa urbẽ purpurasceret. Sed affectans Parthici cognomen famámq; deuictæ ad orientem Barbariæ, quanq̃ in altissima pace tale quiddam machinatur. Dat literas ad Regem Parthorum Artabanũ, simulque legatos cum muneribus mittit materiæ, & artis cõspicuæ. In eis literis fuerat scriptũ, uelle se regis filiam ducere in matrimoniũ, Principem se esse, & Principe natum, quare haud decorũ priuati cuiusq̃, & tenuis fieri generũ, sed Reginã ducere potius, filiámq; magni regis. Duo maxima imperia esse Romanũ, & Parthicum, Quibus affinitate illa in unũ coeuntibus, ac nullo iã discriminante fluuio unã tantum potentiam factũ iri, nullis expugnabilẽ uiribus. Nam reliquas barbaras nationes, quæ nunc amborum imperiis subiectæ sunt facile iugum toleraturas, si proprios gens quæq; & cõuentus sit habitura rectores. Esse Romanis pedestrẽ exercitũ, qui hastis, & stataria pugna cæteros ãtecellat. Parthis uero equitatũ plurimũ, peritissimósque sagittarios. His igitur concurrentibus, & quæ usui ad bellũ sunt, in unum conspirantibus, facile ipsos sub uno diademate totius orbis terrarũ imperiũ retenturos. Præterea odoramẽta, quæ apud illos, puẽniãt, telásq; laudatissimas, cõtráq; apud romanos metalla ipsa, & quæcũq; arte aliqua conspicua insuntur. nõ iã uix, rarơq; , & elanculũ p mercatores importatũ iri, sed in una duntaxat terra, unoq; ĩperio cõmunẽmque fore utrisq; usum regiõum, miniméq; impeditũ. His literis parthus acceptis, primo quidẽ abnuere, negare romano cõuenire Barbarũ matrimoniũ. Quã. n. forre cõcordiã, neq; nocesatis cõgruentibus, & nictu habitúq; iter se distãtibus. Esse Romæ patricios p multos, quoꝝ sibi ille optare liberos ĩ matrimõiũ possit, sicut itidẽ apud se Arsacidas. Neq; ullã sanẽ extare causã, cur alterutrũ genus adulteretur. Hæc igitur à principio reserĩbens conditionẽ aspernabatur, Sed instanti Antonino, donisq;, & iureiurãdo fidẽ studii sui, & caritatis uxoriæ faciẽti, credidit Barbarus, ac pollicitus daturũ filiã, generũ iam ipsum appellitabat. Cuius rei uulgata. mox fama, Barbari scilicet oẽs ad romanum suscipiendũ Principẽ se comparabant, spe quadã sempiternæ pacis exultantes. Cæterũ Antoninus

ninus prohibente nullo fluuios transgressus,ac iam parthicam regio/nem quasi propriam peragrans,sacrificatibus passim uniuersis,supra' q; coronata altaria o dores incendentibus,lætum se honore illo barba/rorum magnopere simulabat.Postea uero q̃ magno itinere facto,ad ipsam Artabani regiam appropinquabat,occurrit ei rex in quadam an-re urbem planicie,nouum nuptum excepturus,generumq; suum.Sed barbarorum magna multitudo floribus indigenis coronati,atq; indu ti uestes auro,diuersisq; coloribus uarias,festum agitabant ad tibiarum fistularumq;,& tympano pe sonitus saltantes numerose.Quippe huius cemodi tripudiis supra modum delectatur,præsertim cum se temere largius inuitarũt.Sed ubi omnis multitudo confluxit,ac relictis equis pharetrisq;,& arcubus depositis,inter libamina,& calices agitabant,col lectiq; in unum barbarorum quamplurimi temere,inordinatiq; cõsti terant,nihil suspectantes mali,sed pro se quisq; studentes uidere nouũ nuptum,tum signo dato Antoninus,militibus imperat impetum,cæ deumq; in barbaros faciant.Illi re subita perterriti,cedentibus,saucianti busq; Romanis,terga obuertunt.Ipse Artabanus a suis stipatoribus raptus,atq; equo impositus,uix ægre q; cum paucis fugiens elabitur.Reliqua uero multitudo barbarorum passim cædebatur.Quippe neque equos habebant,qbus maxime utuntur.Descenderant.n.ex iis,pastũq; dimiserant,neq; ipsi euadere fuga poterant,impediente cursum fluxa uestead pedes usq; deducta.Porro pharetras,aut arcus oĩo non attulerant.Nam quid illis opus ad nuptias.Ita ingenti cæde barbarorum facta,Antoninus pdaq;,& boibus magna copia captis discedit resistente nullo,uicisq;,& urbibus incensis,data potestate militibus rapiendi,qđ quisq; posset,aut uellet.Hanc igitur calamitatem,haud opinato barbari acceperunt.Antoninus aũt regionem parthicam penitus ingressus, defessis iam rapiendo,cædẽdoq; militibus reuertit in Mesopotamiam. Indeq; Senatui,populoq; Romano per literas significat subactum a se orientem,cunctosq; illius regni mortales in suã ditionẽ cõcessisse.at Senatus quanq; totius negocii gnarus.(Quippe principum res latere nul lo pacto possũt,) metu tamen atq; assentatione,cunctos illi honores uictoriæ decernunt.Substitit autem post id Antoninus in Mesopotamia studio aurigandi,ac beluarum uenationibus intentus. Erant præfecti exercituum duo,Audentius,& Macrinus,quorum alter Senex iam,rerumq; ciuilium planẽ rudis,haud tamen imperitus rei militaris habebatur,alter & in foro uersatus,& legum consultissimus.In hunc igitur ut parum militarem,minimeq; fortem uirum, publice nonnunquã

princeps cauillabatur, ne conuiciis quidem abstinēs. Nam audito illū & uictum usurpare liberaliorem, & aspnari uilissima, abiectissimaq; cibaria, quibus Antoninus militariter delectabatur, chlamydemq;, & uestem cæteram ad urbanum modum gestare, quasi degenerem ipsū morboq; muliebri laborantem calumniabatur, minitās etiam occisurum. Quorum impatiens Macrinus uehemēter exacerbatus est. Accidit aūt res huiuscemodi. Quippe habitura finem aliquando fuerat Antonini uita. Nam cum suapte natura curiosior esset, non hominum modo res cognoscere studebat, sed deorum, dæmonumque etiam rimari arcana, metuēs semper insidias, nullis non oraculis incubabat. Accitis undiq; magis, astrologis, haruspicibus, ac nullo plane præterito, qui huiuscemodi fallacias profiterentur. Sed eos quoq; suspectans ut parum uera loquentes, omniaq; ad assentationem uaticinātes, scribit ad Maternianum quendam, cui rerum suarum omnium curam in urbe crediderat & quem sibi ex amicis omnibus fidissimum putabat, consciumque omnium secretorum habuerat, magos undiq; optimos conquirat, atq; euocatis manibus de fine ipsius uitæ consulat, & an quisq̄ imperio insidietur. At Maternianus nauata principi opera, siue id re uera manes significauerant, siue alioqui Macrinum perosus, rescribit Antonino, Macrinum esse, qui insidietur Imperio, eumq; è medio tollendum. Has igitur literas, ut mos est, cum reliquis obsignatas dat ignaris, quid ferrent, tabellariis. Illi cōsueta usi itineris celeritate, ad Antoninum perueniunt, quo ille potissimum tempore ad aurigandum se parabat, ac iam curru conscendebat. Ita ei reddunt integrum epistolarum fasciculum, in quibus erant etiam literæ, quæ ad Macrinum pertinebant. At uero Antoninus studio iam omni, atq; aīo ad aurigandum intentus, imperat Macrino, uti ipse literas seorsum inspiciat, ac siquid maioris momenti sit, renunciet, sin minus, ipse de more (suum hoc est præfecti officium) exequatur. Quippe talia identidem iniungere consueuerat. Ipse deinde ad suum studium perrexit. Macrinus seorsum epistolis omnibus solutis, etiam in eam incidit, quæ ipsi perniciem afferebat. Cognito igitur quantum periculi impenderet, ac gnarus Antonini iracundiæ, truculētiæq;, præsertim tam specioso prætextu, subtrahit epistolam illam. Cæterarum uero (ut solebat) argumenta principi renunciat. Sed metuens, ne iterum super eiuscemodi rebus Maternianus rescriberet, malens facere ipse aliquid q̄ expectando pati, tale quidam comminiscitur. Erat Martialis quidam centurio unus è custodibus corporis Antonini, semper illum affectari solitus, cuius fratrem paucis ante diebus princeps delatum

delatum tantum, sed minime redargutum occiderat, ipsumq; Martialem per contumeliam timidum, ac degenerem, & Macrini amicum appellauerat. Hunc uehementer dolentem fratris nece, proprisq; incitatum contumeliis, gnarus omnium Macrinus ad se uocat, studio sum iam pridem sui, ac multis obstrictum beneficiis, cui persuadet, ut capta quoquamprimum tempore Antoninum obtruncet. Ille, cum promissis adductus, tum proprio odio, ac uindictæ fraternæ studio incitatus, libenter omnia se facturum pollicetur, cum primum occasio euenisset. Euenit autem haud multo post, quippe agens Carris, quæ est Mesopotamiæ urbs Antoninus, Deæ lunæ inuisit templum, quod in ea regione distans aliquantum ab urbe, præcipuo honore ab incolis colitur. Eo secum paucos equitum eduxit, relicto exercitu cætero, ut sacrificio facto in urbem reuerteretur. Medio autem itinere uno tantum famulo comitatus, ac reliquis absistere iussis, recessit ad requisita naturæ. Quare auersis omnibus, & q̃longissime recedentibus, honoris, ac reuerẽtiæ causa. Martialis, qui omnes tempo℞ captabat articulos, ut eum solũ eẽ animaduertit, ceu nutu principis ad uidendum aliquid, aut audiendũ uocatus, accurrit illico, auersumq;, & subligacula sibi deducentem pugione traiicit, quem celatum manu attulerat, & cum in ipsam iuncturã ferrum incidisset, lætali scilicet uulnere de improuiso Antoninus minime defensus occubuit. Quo facto Martialis statim equum inscendit, ac fuga euadere conatur. Cæte℞ germani equites, quibus & delectabatur Antõinus, & custodibus corporis utebatur, propiores cæteris, primique facinus conspicati, Martialem consecuti missilibus confodiũt. Quod ubi exercitus reliquus cognouit, omnes subito cõcurrerunt, primusq; Macrinus supra cadauer conqueri, ac delamentari per simulationem cœpit Grauis ea res, & molesta militibus incidit, Commilitonẽ conuictorẽq; aliquem amisisse, non principem existimantibus. Neque de Macrino quippiam illis adhuc suboluerat, putãtibus Martialem proprias inimicitias persecutum. Ita in sua quisq; tabernacula discessere. At Macrinus tradito igni corpusculo, reliquias intra urnam coniectas matri ad sepulturam remisit. Ea tunc antiochiæ morabatur. Moxq; ob liberorum calamitates, incertum sponte, an imperio alicuius mortem sibi consciuit. Hunc finem habuerunt Antoninus, & Iulia mater, cum quidem ad eum, quem diximus modum uixissent, ac se xennium tantũ ille sine parente Germanoq; suo impauisset. Extincto Antonino incerti, ignariq; q̃d agerẽt milites, biduo sine imperatore fuerunt, q̃rentes iter se, quẽ potissimũ principẽ deligerẽt. Siqdem aduen-

tare magnis copiis Artabanus nunciabat' pœnas exacturus, & cæsis ĩter pacem, ac libatiões missurus inferias. Igitur Principẽ deligunt, primo quidẽ Audentiũ, militarem scilicet uirũ, præfectũmq; non improbum, Sed ille senectutẽ excusans abnuit imperiũ, dein uero Macrinũ suadentibus potissimũ tribunis, quos ẽt conscios insidiarũ Antonini, ac Macrino participes consiliĩ fuisse post illius mortem suspitio extitit, quẽadmodum insequentibus dicemus. Suscepit aũt Macrinus ĩperium, non tã fide militum fretus, q̃ necessitate impulsus, usuq; præsenti. His actis, iam scilicet Artabanus multis copiis ac uiribus aderat, equitatum ĩgentem, & sagittariorũ multitudinem adducens, præterea cataphractos chamelis insidẽtes, qui prælongis contis præliarentur. Quo cognito Macrinus conuocato exercitu, ita loquutus perhibetur.

d Olere uos oẽs principis huiuscemodi, uel ut uerius loquar cõmilitonis interitu minĩe mirandũ. Sed calamitates, casusq; humanos modice ferre, id uero ẽ prudentiũ. Cæterum illius memoria uestris æternũ præcordiis insidebit, atq; ad posteritatẽ ꝓpagabitur, rerũ fortiter, ac magnifice gestarũ, ꝓterea amoris beneuolẽtiæq́ue, & cõmunicatorũ uobiscũ laborũ laudẽ secũ deferẽs sẽpiternam. Nũc aũt postulat tẽpus honore habito illius memoriæ, iustisq; oĩbus persolutis, occurere ĩminenti piculo. Videtis Barbarũ instãtẽ cũ totius orientis multitudĩe, ac iustas (ut uidetur) belli causas præferentẽ, siquidem nos illũ priores lacessiuimus, uiolato fœdere, atq; in altissima pace bellũ excitauimus. Nũc oẽ romanum imperiũ in uirtutẽ uestrã recumbit, & fidẽ. Neq; .n. de finibus Imperii, aut de fluminibus dimicatio nobis aduersus magnum regẽ, sed de omnibus fortunis ẽ, cũ .s. liberos consanguineos suos ultũ ueniat, quos iniuste à nobis, contraq; fœdera occisos arbitratur. Igitur arma capiamus, aqtue (ut mos romano est) ordines in prælio seruemus, quippe in acie barbarorũ incõposita multitudo, ac tumultuaria, ipsa se fortasse ĩpediet. Vester aũt ordo, atq; consensus, pugnãdiq; peritia, sicuti nobis salutẽ, ita hostibus pniciem attulerit. Quapropter sic uelim bene sperãtes dimicetis, ut romanos decet, utq; hactenus cõsuestis. Ita .n. & barbaros ipsos fuderitis, & gloriã insignem adepti, fidem romanis, cæterisq; omnibus feceritis, non dolo aut fraude ulla, sed uirtute, & armis superiorem uictoriam à uobis partam. Quæ postquam locutus est, cognita necessitate, milites in ordines se recepere, atque in armis agitabant. Sole autem oriente conspiciunt Artabanum maximas secum copias adducentem. Vt autẽ solem

Barbari de more propitiarunt,confestim edito ingenti clamore concurrunt in Romanos,itaq; ad equitantes sagittas ingerunt. At Romani acie instructa,maurorumq; equitatu p latera disposito, ac receptis per interualla expeditis militibus,quibus facilis esset excursio, fortiter resistentes impetum barbarorum sustinebant, qui scilicet,& sagittarum multitudine,& prælongis contis,quibus cataphracti ex equis aut chamelis depugnabãt, pessime Romanos accipiebãt, Cõtra romani quoties pedẽ conferebant,facile.s.aduersarios superabãt. Postea uero q̃ ab equitatu,& chamelitarum multitudine premebantur,fuga simulata,tribolos,aliaq; machinamẽta ferrea acuminata,piiciebant,quæ sub harenis latentia,neq; cuiq̃ conspecta perniciem equitibus,& chamelorum insessoribus afferebãt. Quippe illis calcatis,equi,potissimũ uero chameli,quoniã huic generi mollissime sunt ungulæ,succiduæ claudicabãt excussis tergo insessoribus. Cæterũ Barbari illi q̃diu equis,aut chamelis inueuntur,acerrime scilicet cõfligunt. Vbi aũt,uel descẽdere iã,uel excidere,faciles sunt captu,neq; prælĩũ in manibus gerere audẽt,& si fugiendus,aut insequẽdus sit hostis,crura scilicet fluxa ueste præpediũt. Vno igitur,alteroq; die à mane ad uesperã pugnatũ, Nox præliũ diremit,reuersiq; sunt in castra utriq; quasi uictores. Tertia die in planiciẽ pugnaturi cõuenere. tẽtante aũt Barbaro utpote ,qui numero præstabat circũuenire Romanũ,quasiq; indagine concludere. Cõtra non iã profundiorem,sed in frontẽ productam cõstituebant Romani aciẽ, ac se circũueniri proibebant. Tanta aũt uirorum,iumẽtorũmq; multitudo cecidit,ut omnis compleretur campus, maximiq; cadauerum acerui in altum attolerentur,præsertim uero chamelorum, quæ aliæ super alias procubuerũt. Ergo nec liber pugnantibus cursus erat,nec ĩ terse cernendi copia,uelut ingenti quodam,ac uix peruio aggere cadauerum in mediũ extructo,quo scilicet prohibente transitum ad reliquos,singuli se in sua castra receperũt. At Macrinus cognito non alia de causa tam acriter,ac pertinaciter pugnare Artabanum, nisi quia se pugnare contra Antoninum arbitrabatur(Solent.n. barbari paulo negocio quasi fatiscere, uelutiq; oneri cedere, si modo primis congressibus parum ex sententia res gesserint. Tunc autem perstabant,præliũ ĩtegraturi ,cum primum cadauera concremassent,Ignari periisse,qui has inimicitias concitauerat)Mittit parthis legatos cum literis,quæ declararent occidisse Imperatorem, ac debitum supplicium luisse , qui fœdera,& iusiurandum temerauerat,sibi esse à Romanis, quorum ipsum tandẽ imperium sit,summam rerum traditam. Non placere ue-

ro,quæ acta forent.Itaq; captiuos quicunq; superessent,raptaq; oīa red
diturum.Cupere se illum ex inimico amicum facere,pacémq; iureiu-
rando,ac libaminibus sancire.Quibus lectis artabanus,edoctúsq; à le
gatis de Antonini cæde,satis dedisse supplicii uiolatorem fœderis ar-
bitratus,contentúsq; reddi sibi citra ullū cruorem captiuos,prædámq;
oēm,fœdus cū Macrino ferit,atq; in proprias sedes reuertit͂,sed & roma
nus impator deducto ex Mesopotamia exercitu Antiochiā ꝓfectus ē.

LIBER QVINTVS

E ANTONINI Imperio cædéq;,insidiis,ac succes-
siōe item superiore libro diximus.Cæterum Macrinus
d ubi Antiochiam peruenit,literas senatui,populóq; Ro-
misit in hanc sententiam.Cum satis ipsi cognitū habea
tis,quod nam fuerit meum iam inde à principio toti-
us uitæ institutū,q̄q; ad benignitatem propensi mores,Quæ mansue-
tudo in ea potestate explicata,quæ non multū abest à principatu(siq-
dem ipse quoq; impator fidei se præfecti cohortis credit)Supuacuum
esse arbitror multis uerbis uti apud uos,Nostis n.& ipsi parum me lætū
fuisse iis rebus,quæ ab illo gerebantur,ac sæpe uestra causa piclitatū,dū
ille nulli nō calumniæ fidem habens,uelut effren⁹ contra uos irrueret.
Itaq; identidem mihi obtrectare solitus,etiam publice modestiam in
me,atq; humanitatem uituperabat,segnem,& fluxis moribus uocitās.
Quippe homo assentationibus gaudens,quicunq; ipsum ad crudeli
tatem exacuebant,rabiémq; insitam,quasi signo dato prouocabant,&
calumniis iram excitabant,eos sibi deniq; beniuolos,fidósque in pri
mis amicos arbitrabatur,Mihi autem iam inde à principio nihil leni-
tate antiquius,modestiáq; fuit.Igitur parthicum bellum longe maxi-
mum,& in quo omne Romanum Imperium fluctuauerit,ita confeci
mus,ut nec in acie fortiter dimicando hostibus cesserimus,& regē ma-
ximas secum trahentem copias,icto fœdere ex inimico amicum reddi
derimus.Porro me principe liberi incruentíq; omnes agitabunt,ma-
gísq; optimatium conspiratio hæc erit,q̄ principatus.Neq; tamen est,
quod quisq̄ indignum Imperio censeat,aut fortunæ crimen putet esse
quod ex equestri ordine ad Imperium puenerim.Nā quo obsecro no
bilitas ipsa,nisi morum benignitas adsit,& humāitas? Siqdem fortunæ
munera ēt paꝝ dignos exornāt,animi uirtus propriam cuiq; gloriam
conciliat,& claritas quidē generis,diuitiæq;,atq; id genus reliqua,& si

beato ꝑ

beato℞ propria putãtur,minie in ipsis,utpote ab aliis tradita laudãt. Lenitas aũt,ac benignitas,& si ipsæ quoq; admiratõi sint,attamen habenti quoq; laudẽ accumulãt. Quid.n.uobis profuit Cõmodi nobilitas,aut Antonini paterna successio? s. eiusmodi homines quasi ipsis debitã hæreditatẽ adepti,ueluti ꝑprio patrimonio ꝑ contumeliã abutuntur. Qui aũtã uobis iperiũ acceperunt,uelut iperpetuũ obstricti ẽt referre gratiã pro meritis enituntur. Ad hæc patricia, Principũ nobilitas sæpenumero ĩ superbiã uertit,despectis omnibus uel ut inferioribus. Atq; modestiæ expimẽto ad Impiũ ascisciitur,quasi partũ labore tuentur semp,uerẽturq;,& colunt,quos cõsueuerant. Mihi sanè decretum ẽ,nihil sine auctoritate uestra gerere,ac uos participes cõsiliariosq; habere reip.u.gerendæ. Viuetisq; pro arbitrio uestro in libertate illa,quã uobis ante hac a patriciis iperatoribus ereptam,Marcus dein, Pertinaxq; restituere conati sunt,ambo ad imperiũ priuatis cunabulis innutriti,quippe generis initia clara posteris relinquere ipsũ præstat, quam accepta a maioribus, fœdis moribus cõtaminare. Hac lecta epistola conclamatũ a Senatu uniuerso,nullisq; non honores augustorũ Macrino decreti. Neq; uero tãto pere lætus Senatus Macrini successione fuit,q̃ uulgo uniuersi gratulabãtur extinctũ Antoninũ,Nã ut qsq; auctoritate aliqua,aut dignitate præcellebat,ita maxime iminentẽ suis ceruicibus depulisse gladiũ arbitrabatur. Delatores aũt,& serui oẽs, quicunq; dominos detulerãt patibulo suffixi,totaq; urbs,atque adeo Romanũ imperiũ sceleratis hominibus perpurgatũ,partim supplicio affectis,partim exilio mulctatis. Quod si qui tamẽ latuerunt,metu qescentiũ,ẽt ipsi libertatis quandã imaginẽ præferebãt,anno duntaxat uno,quo Macrinus imperiũ obtinuit. Quippe hoc tãtum peccauit, quod non exercitũ illico dimisit,atque unoquoq; domũ reuerti iussio, ipse Romã sui cupidã statim non petiit,uocãte populo cottidie se,ac Macrinũ uociferãte,Sed Antiochiæ morabatur barbã nutriens,& incedens,q̃ solebat lentius,tardissimeq;,ac uix adeũtibus se respõdens, adeoq; interdũ submissa uoce,ut ne exaudiri quidẽ posset. Hæc.n.demum sibi de Marci moribus imitãda proposuerat,cũ ad illius reliquã uitã nullo pacto aspiraret. Quippe deliciosius in dies agitans,histrionibusque,& saltatoribus intentus,& gubernandi neglegens,incedebat cum fibulis,ac balteo auratis gẽmarisq;. Qui luxus minime. Ro.gratus exercitui,certe quẽ barbaris putant,fœminisq; congruentiorẽ,q̃ Pricipi, Talia igitur intuẽtes,magnopere iprobare oẽs,uitãmq; plane hominis aspernabari molliorẽ,q̃ ut militari uiro conueniret,simul

cõparare inuicem Antonini uiræ exemplum, solertis ĩprimis, ac pla-
ne militaris uiri, & Macrini luxuriam. Præterea grauiter indignari, q̃
ipsi adhuc ĩ tabernaculis agerent, procul à patria, ac nõnunq̃ rex quo
que necessariarũ indigerẽt, neq; domũ dimitterentur ẽt pace facta, cũ
s. ille contra mollissime, ac deliciosissime uitã coleret. Igitur excussis
uelut habenis cottidie in hominem cauillabantur, ac leuissimã quãq;
occidendi eius occasionẽ aucupabantur. Sed ita. s. fato datũ fuerat, ut
uno duntaxat anno princeps Macrinus ĩ delicijs absumpto, simul cũ
uita Imperiũ amitteret, exiguã, tenuẽmq; fortuna occasionẽ militib⁹
ostentãte, ad ea, q̃ cõcupierant patrãda. Mæsa erat quædã nomine phœ
nissa mulier, ab Emæsa urbe phœniciæ, cui soror Iulia fuerat Seueri
coniunx, ac mater Antonini, ea uiuente sorore multos annos in aula
ĩperatoria uixerat, Seuero & Antonino Principibus. Hãc igit̃ Mæsã
post sororis obitũ, atq; Antonini cædẽ iusserat Macrinus in patriã cũ
omnibus bonis reuerti. Abundabat aũt grandi pecunia, utpote lõgis-
simo tẽpore inter principalẽ potentiam enutrita. Reuersa igitur auus,
domi agitabat. erãt uero ei filiæ duæ, quarũ natu maior Soæmis, minor
Mãmæa uocabat̃. Illi filius Bassianus, huic Alexianus, ãboq; sub ma-
tribus, auiáq; educabãtur, & quidẽ Bassianus annos natus erat circiter
quatuordecĩ. Alexianus aũt decimũ iã annũ attigerat, sacerdotes ãbo
solis, quẽ maxĩe ĩdigenæ colũt, phœnicũ lingua Heleagabalũ uocitã
tes, tẽpluẽq; illi maximũ constructũ habent auro, argẽtóq; plurimo,
ac lapidũ elegãti magnificẽtia exornatũ, neq; solũ indigenæ deũ illũ
uenerãtur, sed uicini quoq; satrapæ, Regẽsq; barbari, certatim quot an
nis splendida offerũt munera, simulachrũ uero nullũ græco, aut Ro.
more manu factum ad eius Dei similitudinẽ. Sed lapis est maximus
ab imo rotundus, & sensim fastigatus propemodum ad coni figurã.
Niger lapidi color, quem etiam iactant cælitus decidisse. Eminent
in lapide quædam, formæq; non nullæ uisuntur, ac solis imaginem
illam esse affirmant, minime humano artificio fabrefactam. Huic igi
tur deo sacer erat Bassianus, quippe natu maior, ipse potissimum sa-
cerdotio fungebatur, incedens barbarico cultu, tunicas indutus inte-
xtas auro, ac manuleatas, & ad pedes usque demissas, cruráq; tota con-
uelans ab unguibus ad femora, uestibus similiter auro, purpuráque
uariis, capite coronam gestans pretiosorum lapidũ coloribus floren
tem. præterea integer æui, cunctorũmq; eius ætatis adulescẽtiũ formo
sissimus, quare cõgruentibus in unũ forma corporis, atq; ætatis flore
simul habitu illo mollissimo, facile eum Dionysi pulcherrimis
ima

imaginibus assimilabant. Hunc igitur sacra celebrantem, chorósq; circa altaria Barbarum in morem ad tibias, fistulásq;, & omnifariá organa instaurantem, curiosius inspectabant, cum mortales alii, tũ ipsi imis Romani milites, uel q̄ genere Imperatorio editum sciebãt, uel q̄ formæ uiribus, omnium in se oculos conuertebat. Quippe tũ uicinus urbi illi exercitus erat, tuendæ phœniciæ præpositus, deductus inde mox, ut in sequentibus expõemus. Cum itaq; cottidie religionis nomine milites ad templum itarent, libenter scilicet adulescentem intuebantur. Erant autem ex iis non nulli Roma profugi Mæsæ familiares quibus illa formam pueri admirantibus, incertum mentita, an uerũ professa, filium utique esse ait Antonini, quamuis alterius putaretur. Quippe cum suis natabus adulescentulis adhuc, & formosis rem habuisse, quo tempore ipsa in palatio simul cum sorore agitabat. Ea res audita ab illis, ac sensim cõmunicata reliquis cõmilitonibus, per uniuersum deniq; exercitum uulgata est. Porro etiam aceruos habere nũmorum Mæsa dicebatur, facileq; omnes militibus elargitura, si modo imperium suæ soboli restitueretur. Pollicentibus aũt se eam cũ suis, si noctu clanculũ in castra uenisset, patentibus portis excepturos, atque Antonini filium iperatoré declaraturos, nihil scilicet recusauit anus, decreta periculum quoduis adire, q̄ uitam colere priuatam, atq; abiectam. Quapropter noctu clanculum urbe egressa, cum liberis, nepotibusq; suis deducente ipsos profugo tum militum agmine, facile in castra admittitur, ibiq; puerum confestim milites uniuersi Antoninum appellatum, atq; indutũ purpura custodiebant. Tum cõmeatu omni simul cum suis natis, & coniugibus, cæterísque adeo rebus importatis, quas in uicis agrísq; propinquis habebant, ita se intus comparabant, ut etiam si opus foret Castrorum obsidionem exciperent. Quæ ubi nunciata Macrino sunt Antiochiæ moranti, dedito per exercitus rumore, repertum Antonini filium, pecunias militibus elargiri Iuliæ sororem, cum omnia quæcunq; dicerentur, aut esse ullo modo poterant pro ueris acciperentur, pendebant animis omnes, atq; eos ad res nouas moliendas, cum proprium Macrini odium, tum Antonini memoriæ quædam quasi cõmiseratio subigebat, sed in primis pecuniarum spes, ut multi iam ex iis ad nouum Antoninum transfugerent. At macrinus rem totam quasi puerilem contemnẽs, consuetámq; obtinentes animi alacritatem, domi ipse sedens, unum ĕ suis ducibus mittit, traditis copiis, quantæ ad rebelles expugnandos uiderentur suffecturæ. Vt aũteo peruenit Iulianus (id enim nomen præfecto fuit) ac iã mœ-

nibus ſuccedebat, Stati ĩcluſi milites, puerũ exercitui ĩfeſto de turribus pinniſq; oſtentare, Vociferari Antonini filiũ, ſacculos quoq; nũmorum plenos, eſcam ſcilicet proditionis attollere. At illi credito Antonini eſſe filium (& quoniam ſic uidere uolebant) facie quoq; & liniamentis ſimillimum exiſtimantes, caput amputant Iuliano, mittũt que ad Macrinum. Ipſi reſeratis portis uniuerſi in caſtra accipiuntur. Ita ſcilicet adaucta copiæ, non modo ad excipiendam obſidiõem, ſed ad conferendam quoq; manum, dimicandũmq; inſtructa acie ſatis futuræ, Transfugarum etiam magna ui paulatim cottidie ſe aggregante, Quibus auditis Macrinus, cum omni exercitu ad caſtra illa oppugnanda contendit. Antoninus autem militibus oppugnationem haud expectantibus, ſed congredi audentibus, copias omnes educit. Concurrerunt autem inter ſe exercitus uterq; in phœniciæ, Syriæq; finibus, acrius dimicante Antonini milite, conſcientia, metuq; pœnæ, ſi uictus foret, contra autem Macrini exercitu languidius remiſſiuſq; prælium capeſſente, multiſq; ſubinde ad Antoninum tranſfugientibus. Quo animaduerſo Macrinus metu, ne plane omnibus exutus copiis captiuus ageretur, nihil non paſſurus contumeliæ, ſtante adhuc acie chlamydẽ ſibi, cæterumq; imperatorium detrahit ornatum, pauciſq; è fidiſſimis commilitonum comitatus, fugam occupat, detonſaq; barba, ne agnoſceretur, itinerario ueſtimento, capiteq; ſemper conuelato, noctem diẽmq; accelerabat, famam quoq; ſuæ fortunæ præueniens, quippe ingenti ſtudio commilitones uehicula urgebant, quaſi Macrino adhuc rege potente, magnis de rebus mitterentur. Ille igitur fuga euaſerat, quẽ admodum diximus. Interea milites utrinq; pugnabãt, atq; à Macrino quidem corporis cuſtodes, ac ſtipatores, quos prætorianos uocant, fortiter ſtantes, reliquum omnem exercitum ſoli ſubſtinebant, uidelicet proceri homines, atq; ex omni numero delecti. Cætera omnis multitudo pro Antonino præliabatur. Sed ubi diu, neq; Macrinum iam ipſũ neq; imperii ſigna conſpiciebant, qui pro illo certamẽ ſubierant, ignari ubi nam foret, iaceret, an aufugiſſet, haud ſatis conſtitutum habentes quod ſibi capiendum conſilium foret, neque periclitari diutius pro eo decreuerant, qui iam nuſq; compareret, & ſe permittere hoſtium poteſtati, quaſi dediticios, captiuóſq; uerebantur. Vt autem à captiuis audiuit Antoninus aufugiſſe prælio Macrinum, mittit ſtatim nuntios, q̃ docerent fruſtra illos pro homine pauidiſſimo, ac fugitiuo decertare, ueniámq; & obliuionem omnium iureiurando pollicetur, ſtipatoréſq; iam tum ſibi illos adſciſcit. Igitur omnes re credita ceſſerunt. At uero Antoninus

ninus mittit illico, qui Macrinum consequantur, cū iā plurimū uitæ præcepisset. In uetus aūt est ī calchedone Bithyniæ urbe grauissie ægrotans, ac perpetuo itinere attritus, latitans in suburbano quodā, ubi illi caput abscissum. Dicebatur aūt Romā, pperare, fretus popularibus studiis, sed transgredientē in Europā angusto, ppontidos freto, idq; Byzantio appropinquantē, uento aduerso usū perhibēt, quasi flatu ipso ad suppliciū retrudēte. Tantū igitur absuit Macrinus, quominus per secutores effugerit, sinē uitæ sortitus fœdissimū, qui Romam reuerti post uoluerit, quod statim à principio facere oportuerat. Offendit aūt consilio pariter, atq; fortuna. Ita. s. occisus est Macrinus cū filio Diadumeno, quem iā Cæsarem fecerat. Postea uero q̄ exercitus uniuersus Antoninum Imperatorē consalutauit, atq; ille summā reg̃ suscepit, rebus iā in oriente (ut quæq; maxime urgebāt) ordinatis ab amicis. s. atq; amicis. (nā ipse adulescēs admodum, ac rerū erat imperitus) haud diu moratus profectionē edicit, festin.ite i primis Mæsa ad Romanam aulam, cui tādiu īsueuisset. Sed ut Senatui populoq; Romano res ínotuit, oēseum nunciū grauiter accepere. Sed parendū necessitati fuit, electo a' militibus principe. Cæterū incusantes Macrini negligens ingenium, fluxosq; mores, neminē utique alium, sed ipsum sibi fuisse mali causā dictitabant. At uero Antoninus e' Syria profectus Nicomediæ hyemauit, ita postulante anni tēpore, statim igitur debacchari supra modū cœpit, cultūq; patrii numinis, cui dicatus fuerat celebrare superuacuis saltationibus, uestitū usurpans luxuriosum, purpura intextū, atq; auro, monilibusq;, & armillis redimitus, coronas et substīnēs ad Tiaræ modū, auro, lapillisq; pretiosis insignitas, forma habitus iter phœnisam stolā, ac Mædorū, erat. Nā romanam uestē, aut græcanicam planē aspernabatur e' lana (ut ipse aiebat) hoc est ēre uilissima cōfectā. Neq; nisi sericas telas dignabat', procedēs identidem ad tibias, & tympana, uelut orgia numinis cōcelebraret. Hæc cernens Mæsa, ac ferens iniquo animo, supplex illi persuadere conabatur, ut Romanum assumeret cultum, ne urbem mox, curiamque ingrediens peregrino illo, barbaricoq; habitu spectantium oculos perstringeret insolentes eiuscemodi, munditiaq;, ac reputantes muliercul̄s, q̄ uiris congruentiores. Sed ille uerbis aniculæ cōtemptis, nec cuiq; præterea credendum putās (quippe neminē circa se nisi moribus cōsimilē, suisq; obsecundātem uitiis habebat) cū retinendū sibi quencūq; illū cultū aīmo obstinasset, decreuit abses periculū facere, quonā animo Senatus, populusq; Romanus laturi forēt. Quare imaginē propriam maximis linia

mentis,qua ipse obire sacerdotis munia uidebatur,simulq; figurã numinis,cuius sacerdotiũ gerebat,depictam in tabula præmisit Romam iussis,qui eam ferrent in media curia loco edito supra uictoriæ caput collocare,ut cũ Senatus haberetur,thura unusquisq; adoleret,merum que libaret,edixit item ut omnes Romani magistratus,quiq; publice sacra facerent ante alios deos,quorum meminisse inter sacrificandũ solent,Deum Heleagabalũ nuncuparent·Quapropter,ut in urbẽ peruenit,nihil scilicet nouũ Romani uiderunt insueti iam picturæ.Diuiso igitur congiario in populũ (ut mos est) imperiũ suscipientibus spectacula omnifariã edebat magnificentissima,tẽplumq; itẽ maximum pulcherrimumq; deo erexit, plurimasq; circa templũ constituit aras, ad quas cottidie mane taurorum hecatombas, & ouiũ magnã multitudinem imolabat,coaceruatisq; supra aras omne genus odoribus, etiam ueterrimi cuiusq;,optimiq; uini plurimas amphoras profundebat·Sic ut riui passim uini,sanguinisq; promiscue defluerent,chorosq; circũ aras agitabat,nullis non organis consonantibus,unaq; mulieribus phœnissis cursitantibus in orbem,cymbalaq; inter manus habentibus,aut tympana,omni circunstãte Senatu,atq; equestri ordine ad theatri formã·Exta porro uictimarum,atq; aromata ĩtra lances aureas,capitibus ĩposita gestabãt,non quidẽ famuli aliqui, aut humiles personæ,sed præfecti exercitibus,& quicunq; maximas dignitates obtinebant,induti tunicas talares,ac manuleatas,unãmq; in medio purpurã ferẽtes,sed & linteis calciamentis utebãtur,quẽadmodũ uates in eis regionibus cõsueuerũt·Porro ingẽtẽ se honorẽ tribuere putabat,q̃bus eiusce modi sacrificia participaret·Sed q̃uis instaurare choros,& sacra facere perpetuo uideretur,plurimos tamẽ ex illustribus uiris,atque opulentis interfecit,delatos sibi , quod parum læti illiusmodi uita,ẽt in ipsum q̃ndoq; cauillarentur·Duxit præterea uxorẽ illustrissimam Romanã fœminã,quã ẽt Augustã appellauit,cũq; ea tamẽ paulo post diuortiũ fecit , adẽptisq; honoribus priuatã colere uitã iussit.Post illã uero captũ se amore simulãs,ut aliquid uirile saltẽ facere uideret, uestalẽ sacerdotẽ,quã leges castã esse,& uirginẽ ꝑpetuo uolũt, abreptam ẽ templo ꝑ uxore habuit·Ita mœstum tãto flagitio,ac piaculo Senatũ ꝑ epistolã consolatus,humanum ẽẽ id peccatum,captum se illius amore·Cæterum sacerdoti cõgruere sacerdotis nuptias,ob idq; ẽt augustiores futuras.Sed eã quoq; paulo post dimisit,tertia uxore ductã,q̃ referre suum genus ad cõmodum dicebat·Neq; uero humana tm̃ matrimonia ludebat,sed ẽt deo suo quærebat uxorẽ·Itaq; Palladis simulacrum,

quod

quod occultum romani,neminiq; uidendū colunt,in cubiculum suū transtulit,īmotumq; ad eā diem,ex quo ilio auectū fuerat,ꝑterq̄ cū tē-plum cōflagrauit,ipse emouit sedibus,eāq; deā sui dei cōiugē in aulam impatoriā adduxit.dein cordiesse negās deo belligerā uxorē,atq; arma tam,simulacrum Vraniæ iussit afferri.Quod.s.carthaginiensibus,oīq; Africæ uenerabile,positū fuisse a Phœnissa Didone creditur, quo tpe antiquam carthaginē dissecto chorio ædificauit,hanc afri uraniam uo cant.phœnices astroarchē,lunā esse affirmantes.Cōgruere igitur aiebat Antoninus matrimoniū solis & lunæ.Itaq; & simulacrum afferri iussit, & auri quidquid in tēplo erat,pecuniāq; deo suo dotis noīe dari præci pit.Quod ubi allatū est,ac prope heleagabalum cōstitutum,iussit urbe tota,italiāq; festos dies,celebrēsq;,& lætitiæ plenos,publice,priuatímq; quasi dis nubentibus agitari,fecit & in suburbano templū maximum, ac magnificentissimū,in q̄d anno uertente deū suum adulta iā ætate deducebat,ludísq; currulibus,& scænicis,epulísq;,& peruigiliis populū a se oblectari arbitrabatur.Ipsū porro dei simulacrū impositum uehi culo,quod esset auro preciosísq; lapidibus exornatū,deducebat ex ur-be in suburbanum,trahentibus equis seiugibus,emaculato candore,ac magnitudine præcellentibus,auroq; multo, & phaleraꝝ uarietate con spiciendis.Neq;.n.quisq̄ mortalium eum inscenderat currum,sed cir-cunstabant oēs quasi aurigantē deum.Antoninus aūt retrorsus currēs, ac simulacrum ipsū aspectans,currum antecedebat,frenos manibus re tinens,totúmq; iter ita retrorsum currens,ac deū semp aspectans con fe cit.Ac ne caderet,laberetúrq;,ignarus quo tenderet.aurosam substraue-rant harenam,militésq; eum utrinq; retentabant,quo tutius retrocede ret,discurrente ēt,cum facibus utrinq; populo,& coronas,florésq; iaci-ente,tum deorum oīum simulacra, & quidquid conspicuum in tem-plis,principatúsq; insignia,& preciosissima suppellex,Equites item,& exercitus uniuersus pompam illiusmodi comitabantur. Vbi autē de-duxerat,atq; in templo constituerat,sacris iam,celebritatibúsq; pactis, maximas,altissimásq; turres ad id ipsū extructas conscendebat.Inde.s. in plebem missilia sparsurus,aurea uidelicet argēteaq; pocula, uestésq; & lintea omne genus, Bestias ꝑterea cicures oēs, exceptis subus,quibus ipse(ut mos est phœnicibus)abstinebat. Multi igitur inter rapiendum periere,partim inuicem proculcati, partim militum contis transfixi, sic ut ea celebritas calamitatem quamplurimis attulerit,ipse idētidē au rigans,aut saltans conspiciebatur,quippe ne latere quidem sua parieba tur flagitia,procedens etiam in publicum pictis oculis,genísq; purpu-

rissatis,faciémq; suapte natura formosam indecoris coloribus inficiens. Quod animaduertens Mæsa,ac suspectans militum indignationem,metuénsq;,ne si illi quid accidisset,ipsa rursus i priuatam uitam relaberetur,persuadet leui alioqui stolidóq; adulescēti,ut sibi consobrinum suum,nepotémq; ipsius ex altera filiarum Mammæa prognatū adoptaret. Ita ad gratiam locuta,oportere iā ipsum sacerdotio,religióique numinis uacātem bacchari,ac deum celebrare orgia, sufficiendū autem alterum,qui res curaret humanas. Quiq; illi principatum uacuum ab omni molestia,curáq; præstaret. Neq; tamen peregrinum aliquem,aut alienum hominem requirendum,sed consobrino potissimum id honoris tribuendum. Is erat Alexianus,qui tum nūcupabatur Alexander,auito ipso nomine in Macedonis Regis nomen commutato. Nam eum Regē fama per se celebrem,etiam magnopere coluerat Antoninus Seueri filius,quem fuisse amborum parentem,persuadere anus conabatur,iactato filiarum incesto,quo illi magis,magísque à militibus diligerentur. Quare Cæsar declaratus Alexander,cōsulq; factus cum Antonino est,Senatu scilicet per ridiculum decernēte,quod ille uoluerat,hoc est uideri ipsum patrem, qui natus annos foret circiter quatuordecim,Alexandrum uero filium,qui tum duodecimū attigisset. Postea igitur quam Alexander Cæsar est appellat⁹, uolebat eū statim Antoninus,suis illis institutis ibuere,ut scilicet choros agitans,saltánsq;,& sacerdotii particeps,uestitu eodem,atq; artibus uteretur,quem tamen mater Mammæa ab omni illa fœditate uindicabat,summis clam doctoribus omnium disciplinarum, modestiámq; edocens,ac palæstra,uirilibúsq; gymnasiis insuefaciens,græcísq; cum pariter,& latinis literis instituens. Quibus rebus magnopere Antoninus indignabatur,iámq; adoptionis imperiíq; participati pœnitebat. Quapropter omnes illius doctores aula exegit,quosdámq; illustriores partim morte,partim exilio affecit,ridiculas allegans causas, quod filium ipsius corrumperent,neque agitare eum choros,atq; ebacchari sinerent,Sed ad modestiam componerēt,& uirilia officia edocerēt. Eoq; uecordiæ prouectus est,ut omnes scenicos artifices,ac theatricos ad maximas imperii dignitates promoueret. Quippe exercitibus saltatorem quendam præfecit,qui olī iuuenis publice in theatro operas dederat, Alium item è scæna iuuentuti,alium Senatui,alium etiā equestri ordini præposuit. Aurigis item,& comœdis,mimorúmq; histrionibus,maxima imperii munia demandabat. Seruísque suis,aut libertis(ut quisq; turpitudine reliquos āteibat) procuratiōes tradebat

prouin

prouinciarum. Ita rebus omnibus, quæ grauia olim, honestáque censebantur, per omnem contumeliam, ac temulentiam debacchantibus, cum cæteri omnes, tum in primis Romani milites indignabātur, contemnebántq; eū, utpote uultum componentem elegantius, q̃ fœm inā probam deceret, Insuper aureis monilibus, mollissimóq; uestitu haud quaq̃ uiriliter ornatum, saltantémq; in conspectu omnium. Quare ꝓpensiores animos in Alexandrum habebant, spémq; meliorem in puero modeste, & continenter educato, seruabántq; eum diligēter omnes ab insidiis Antonini. Mater autem Mammæa neq; poscuientum aliq̃d neq; esculentum gustare puerum sinebat, quod ab illo mitteretur. Cocis autem & pincernis utebatur puer non quidem imperatoriis, aut communibus, sed quos mater tantum delegerat, ac spectatæ fidei futuros arbitrabatur. Dabat itē furtim pecunias mater, quas ille inter milites clanculum diuideret, ut eorum beniuolentiam etiam pecuniæ pignore (hanc enim illi potissimum spectant) haberet auctoratam. Quæ intellegens Antoninus, nihil non insidiarum Alexandro, Matríq; intendebat. Quas tamen omnes arcebat, prohibebátque communis auia Mæsa, mulier alioqui acerrima, multósq; annos in aula cum sorore sua Iulia Seueri coniuge commorata. Nihil itaq; eam latebat, quod Antoninus moliretur, homo suapte natura futilis, & qui omnia, quæ placerent propalam loqueretur, atq; ageret. Postea uero q̃ insidiæ parum ꝓcedebant, detrahere puero Cæsaris honorem decreuit. Itaq; neq; salutari, neq; iam foras procedere patiebatur. Milites autem magnopere illū requirebant indignantes, siquidem imperium quoq; adimeretur. Sed Antoninus famam uulgauit, quasi iam obiisset Alexander, ut scilicet periclitaretur, quo nam id animo laturi milites forēt. At illi nusquam comparente puero, præterea animis rumore illo exulceratis indignabundi, neq; solitam custodiam miserunt Antonino, & inclusi castris uidere Alexandrum uelle in ipso templo dictitabant. Eo metu ictus Antoninus Alexandro secum in uehiculo imperatorio considente, quod erat auro multo, gemmísq; exornatum, contendit in castra. Cæterum portis reseratis accepere utrunq; milites, atq; in templum castrorum deduxerunt, salutantes supra modum, & lætis clamoribus prosequentes Alexandrum, spreto propemodum Antonino, Quæ ille ægreferēs cū in templo castrorum pernoctasset iratus militibus, notatos, qui alexandro acclamauerant, quasi seditionis & tumultus auctoribus, arripi oēs ad supplicium imperauit, Quod illi ægreferentes, atque Antoninum iam antea quoque perosi, cum tollere ē medio principem fœdissimum

optarent, suisque commilitonibus ferre suppetias, rati hoc esse tempus ipsum statim Antoninum matremq; Soaemidem, quae forte illic aderat interfecerunt, cumq; eis seruos, ministrosq; omnes scelerum, quicunque tum in ea castra conuenerant. Caeterum Antonini, & Soaemidis cadauera trahenda per contumeliam plebi tradiderunt, quae diu per totam urbem raptata, ac dilaniata, postremo in cloacas abiecta sunt, ut inde scilicet in tiberim deferrentur. Sic Antoninus sexennium imperio occupato, uitaq; (ut diximus) acta simul cum matre occisus est. Milites autem Alexandrum imperatorem consalutatum in aulam palatinam deduxerunt, Adulescentulum admodum, atque adhuc auiae praeceptis obtemperantem.

LIBER SEXTVS

q Vem igitur habuerit finem uitae maior Antoninus in superioribus demonstratum est. Alexander autem post illum, nomen, insigniaq; gerebat imperii. Caeterum negociorum administratio, ac principatus gubernacula, mulieribus incumbebant, omnia transferre ad modestiam, grauitatemq; conantibus. Quippe iam primum sedecim ordinis senatorii uiros aetatis grauitate, uitaeq; sanctimonia praecellentes assessores principis, & consiliarios delegerunt, nihilq; aut dicebatur, aut agebatur nisi illorum accedente suffragio. Grata igitur populo, militibusq;, ac senatui praeterea forma principatus erat, ex contumeliosissima tyrannide ad optimatium gubernationem redacta. Igitur primo deorum simulacra, quae ille ꝑpriis sedibus extulerat, suis quaeq; templis, delubris, fanisq; restituerunt. Dein quos ille temere, aut uitiorum nomine, ad honores dignitatesq; extulerat, submotos inde ad pristinam uitam oēs, artificiumq; redegerunt. Res autem cunctas, atq; administrationes, ciuiles quidem, & forenses, insignibus doctrina uiris, legumq; peritissimis, militares autem claris bellica uirtute hominibus commēdabant. Cumq; diu adhuc modū regeretur impiū, Maesa iam extremae senectutis diem suū obiit, honores adepta Imperatorios, atq; (ut mos Romanis est) inter diuas relata, at Mammaea cernens iā solam se filio reliquā, ꝑesse ad eundem modum, moderariq; studebat. Cumq; adulescentem summam habere iam cerneret auctoritatem, metu ne uiuida aetas in summa potestate, licentiaq; regni, in cognata aliqua impingeret uitia, undiq; aulam seruabat, neq; adiri a quoquam adulescentem patiebatur, cuius uita moresq;

rēsq; improbarentur,ne scilicet bona indoles corrumperetur, prouo cantibus appetitum eius iam uigentem assentatoribus i extremas libi dines. Persuaserat autem, ut actibus incubaret meliore diei parte, idq; faceret q̄ sæpissime, ne quod spacium superesset uacandi malis artib' occupato rebus potioribus, ac necessariis imperanti. Cæterum suapte natura suberat Alexandro mite, mansuetumq; ingenium, propensum quead humanitatem, quod ipsum ætas etiam consequens declarauit. Quippe annis quatuordecim Anæmaton, hoc est citra sanguinem gessit imperiū, ne uno quidem occiso. Licet enim plmulti maximis cri minibus impegerint, tamen ab illo pꝫ cæde semper abstinuit, quod uti que non facile à quoq̄ omnium Imperatoꝶ, qui qui Marco successerint factum obseruarimq; inuenies. Neminem quisq̄ illo imperāte cōmemorare potest, cui mors indemnato sit illata. Matrem uero etiā incusabat, eisque grauiter succensebat, quod esset pecuniæ auidior, & opum cumulandaꝶ studiosior uidebatur. Etenim cū simularet ideo se thesauros congerere Mammæa, ut suppeditare Alexandro posset, q̄d is facile, abundanrerq; suis largiretur militibus, proprios domi thesauros extruebat. Quæ res Imperatori notā infamiæ attulit, q̄ illo scilicet inuito, atq; indignabundo ēt, mulier auida per fraudem bona quorū-dam, atq; hæreditates suppilabat. Dedit item filio i matrimonium pu ellam patritii generis, quam etiam marito caram, gratamq; ī primis, ea dem paulopost aula per omnem contumeliam exegit. Et cum ipsa tā tum uocari Augusta uellet, eamq; appellationē puellæ inuideret, eò cō tumeliaꝶ prouecta est, ut puellæ pater, quāuis magnæ apud Alexandrum generum auctoritatis, impariens Mammææ iniuriaꝶ, quasi psi, nataeq; inferebat, confugerit in castra, gratiam se habere Alexādro di ctitans habiti sibi honoris. Cæterum Mammæam accusans, nihil nō contumeliæ inferentem. Quare īdignata mulier interfici eum quidē iussit, puellam uero ædibus imperatoris exactam, in Africam relega uit. Hæc autem omnia fiebant inuito coactoq; Alexandro, quippe illi mater supra modum imperitabat, ac dicto audientem semper ha bebat, ut hoc tantum reprehendi in Alexandro possit, quod mansue tudine nimia, & reuerentia maiore q̄ oportuit, etiam contra animi sui sententiam matri obsequeretur. Igitur cū adhunc modum tredecī annos (quod quidem ad se attineret) sine querela cuiusq; imperiū guber nasset, ecce tibi haud opinaro literæ è Syria, Mesopotamiaq; redditæ à ducibus, ī quibus scriptū esset Artaxarē Persaꝶ Regem, parthis iā deuictis, atq; Artabano, q Rex magnus primus appellat' ē, dupliciq; dia

demate utebatur, non solũ orientis regno, sed uita quoq; expulso, subigere uicinos barbaros, ac sibi uectigales facere, neq; iam ĩtra fluuiũ tigrĩ tenere se, sed superatis ripis, ac Romani finibus imperii excurrere per Meso potamiam, Syriæq; minitari, omnẽmq; Europæ oppositam continentem, quæ mari ægæo, fretóq; propontidos terminatur, atq; Asiæ nomen habet, ceu ueterem persarum possessionem sibi uindicare, q̃d iam inde à Cyro, qui primus Imperium à Medis in persas transtulit, ad Darium usq; extremũ persaꝝ Regem, cui regnum Alexander abstulerit, cuncta olim Ionia, cariáq; tenus à persaꝝ satrapis gubernarentur. Quare sui muneris esse curare nunc, ut uetus, atq; integꝝ Imperiũ psis restitueretur. Quibus intellectis Alexander, atq; haud mediocriter re subita, inopinatáq; perturbatus. Quippe in altissima pace educatus à puero, atq; urbanis delitiis innutritus, conuocato prius amicoꝝ consilio decreuit legatos cũ literis mittere, q̃ spẽ barbari cõatúsq; inhiberẽt Igit̃ literæ in hanc sententiam compositæ, Oportere illum suis finibus contentum, nihil reꝝ nouarum moliri, neq; sublatum uana spe ingẽs excitare bellum, Debere unum quenq; suis fortunis acquiescere, Non p̃inde sibi pugnam processuram aduersus Romanos, ut aduersus uicinos, & eiusdem corporis barbaros, admonebat præterea uictoriarum, quas contra eos augustus, ac traianus, Luciúsq;, item & Seuerus adepti fuissent, huiuscemodi literis Alexander persuasurum se barbaro, metu .s. perterrito, pacem, quietẽmq; arbitrabatur. Quibus ille contemptis, rẽmq; armis potius, q̃ uerbis gerendam ratus. Tũ uero ferocissimus ingruere, decursáq;, ac perequitata mesopotamia oĩ, prædas agere, atq; oppugnare Romanorũ castra, imposita fluminum ripis, quæ .s. Imperii limites tuerentur. Cúq; hõ esset natura gloriosus, ac sublimes aĩos gereret, successu rerum inopinato subacturum se oĩa uidelicet existimabat. Neq; .n. parua erant, quæ illius aĩum ad maius concupiscendum regnũ inflãmabant. Primus náq; ipse parthis bellum inferre ausus, persarum recepit Imperium. Siquidẽ post Dariũ illum, cui regnũ Macedo Alexander abstulerat, permultis sane annis, Macedones ipsi, quiq; Alexandro successerunt, diuisas inter se orientis, asiæque totius regiones gubernarunt. Sed ortis inter ipsos discordiis, ac frequentibus bellis attrito macedonum robore, primus Arsaces parthus psuasisse eaꝝ regionum barbaris memoratur, ut à Macedonibus deficerent, Impositoq; sibi diademate parthorũ, barbarorũmque uicinorum consensu, & ipse regnũ tenuit, & posteris reliquit ad Artabanum usq; regem, quo interfecto Artaxares, regnóq; persis restituto, uicináq; barbaria per uim subacta, facile iam

leiam Romanam quoq; potentiam lacessebat. Quæ ubi Alexandro Romæ agenti nuntiata sunt, minime iam ferendam putans insolentiam barbari, uocantibus illuc se ducibus, ægre scilicet tandémq;, contra que animi sui sententiam ad expeditionem se comparat. Igitur in Italia, prouinciisq; reliquis delectus habebantur conctorum, qui uel habitudine corporis, uel ætatis uigore idonei fore ad pugnam uidetentur, motúsq; ingens omnibus Romani imperii regionibus extitit delectibus habendis, qui tantæ barbarorum multitudini pares forent. At uero Alexander urbanis omnibus militibus conuocatis in campum, cõscensóq; tribunali, in hanc sententiam uerba fecit.

Vperem commilitones eiuscemodi habere orationem apud
c uos, quæ & dicenti mihi, ut consueuerat ornamentum, & uobis audientibus lætitiam cõciliaret. Nam cum multos annos pacem agitauerimus, siquid noui nunc audieritis, fortasse quasi præter spem acciderit, expauescetis. Decet autem uiros fortes, atq; moderatos optima quidem optare, Sed ferre quæcunq; incidant. Vt enim, quæ cũ uoluptate agimus dulcia, ita quæ cum uirtute, gloriosa sunt. Atq; ut is qui prior lacessit, ipse sibi iniurius uidetur, Ita qui propulsat iniuriam confidentior ex conscientia fit, atq; ex iustitia spem bonam mutuatur. Artaxares uir persa, posteaq̃ Artabanum dominum suum interfecit, atq; ad persas impetium trãstulit, etiam nostra atma lacessere despecta maiestate Romana, ét incursare, ac uastare nr̃as prouincias aggreditur, huic ego p literas à principio studui persuadere, ut inexplebilem illam uecordiam omitteret, nè ue aliena concupisceret. At ille barbara insolentia prouectus, neq; se continere suis sedibus iam uult, & nos ad pugnam prouocat. Ne cunctemur igitur, ne ue prælium detrectemus, sed quicunq; seniores hic adestis, admonete quamprimum illum Tropæorum, quæ plurima aduersus barbaros Seuero, atq; Antonino parenti meo Ducibus excitastis, Quibus autem ætas integra est, Laudẽ hanc in primis, ac gloriam concupiscite, ut intelligant omnes, scire uos non solum pacem mansuete, ac reuerenter colere, uerum etiam, cum res postulat, fortissime præliari. Quippe barbari, ut cedentibus, detrectantibusque acriter instant, ita repugnantibus minime resistũt. Neq; enim illis collata acies spem uictoriæ pollicetur, sed excursibus, fugaq; utentes, lucrari se demum putãt, quæ scilicet rapuerunt. At nos, cum omnia composita, ordinataq; habeamus, tum illos uincere, ac profligare semper didicimus. Talia quædam locutum Alexandrum alacri uoci-

feratione milites exceperunt,ac se promptissimos ad bellandum ostẽderũt. Ille diuiso largiter stipendio,iubet ad iter accingi, mox ad eã ferme sententiam locutus in senatu,diem discessui præstituit. Quæ ubi aduenit,sacris de more peractis,deducente Senatu,populoq; uniuerso,Roma proficiscitur,respectans identidem,ac lacrymans. Sed neq; popularium quisquam fuit,qui siccis oculis aspexerit abeuntẽ. Quippe omnem multitudinem sui cupidam habebat,educatus ab ipsis imperioq; tam multos annos modestissime administrato. Cæterum festinato itinere cum illyricas etiam gentes,exercitusq; lustrasset,magnis inde quoq; uiribus collectis,Antiochiam contendit. In ea ciuitate,quæ belli usus postularet, diligenter comparabat,exercendis etiam militibus,ac cæteris bellicis muneribus pertractandis intentus. Visum igit̃ illi est legationem iterum mittere ad Persaꝝ Regem,quæ de pace,amicitiaq; cum illo ageret. Nam cũ ipse iam afforet,minime desperabar, aut persuasurum,quæ uellet,aut certe perterrefacturũ. Enimuero Barbarus Romanos oratores re infecta domum remisit,ipse quadringentos ẽ suis proceritate insignes,uestituq; eleganti,auroq; exornatos,eqs, atq; arcubus conspicuos legatos ad Alexandrum mittit, perterritum iri Romanos,putans aspectu illo,cultuq; persarum. Legationis eius hæc erat sententia. Iubere magnum Regem Artaxarem romanos,eorũmq; Principem Syria omni,Asiaq;,quæcunq; ex aduerso Europæ sita est,decedere,sinere persas Ionia,Cariaq; tenus dominari,omnibus que iis regionibus,quas mare ægæum,pontusq; disterminat. Hæc afferentes legatos,quadraginta comprehendi Alexander iubet,omnĩsque adempto cultu in phrygiã relegat uicis,agrisq; concessis,quos colerẽt, contentus hoc supplicio interdicti in patriam reditus,quippe occidere nefarium facinus,minimẽq; uirile arbitrabatur,neq; in acie captos, & sui Regis mandata executos. His ad hunc modum peractis comparante iã se,ut fluuios trãsgrederetur Alexandro,ac Romanoꝝ exercitum in Barbaroꝝ agros deduceret,defecerunt ab illo milites nonulli ex Aegipto acciti,neq; non in Syria quoq; res nouas cõtra Imperium molitialii, sed uniuersi tamen oppressi statim,supplicioq; affecti sũt. Quosdam etiam exercitus in regiones alias transtulit Alexander, ut inde Barbaroꝝ incursiones facilius arcerentur. Quibus ordinatis rebus,magnoq; iam coacto exercitu,cũ primum se haud imparem fore aduersarioꝝ copiis credidit,de amicorum sententia milites trifariã distribuit. Sic ut unam partem iuberet,spectãtem ad septentriones,facere iter per Armeniam,quæ regio amica Romanis uidebatur,atque illinc

Medorũ

Medorum fines ĩcursare, alteram item ad septentrionem per barbarorum agros contendere, ubi confluentes Tigris, & Euphrates densissimis paludibus excipi, atq; ob id eorum latere egressus dicuntur. Tertiam porro exercitus partem ipse adducturum se aduersus barbaros medio iam itinere pollicebatur, ita enim putabat diuersis itineribus imparatos eos, ac sic nec opinantes oppressurum, persarúmq; copias sem per ingruentibus romanis occursantes, distractum iri, atq; imbecilliores futuras, minúsq; ordinate prælium suscepturas. Neq; .n. mercenario milite utuntur barbari, quemadmodum Romani consueuerunt, neq; statiuis castris exercitus habent, qui bellorum actibus exerceant̃, sed omnis multitudo uiro℞, nonnunq̃ autem mulierum quoq; regis congregantur imperio, quæ mox bello peracto, suas protinus in sedes dimittitur, ea demum præmia belli referens, quæ cuiq; ex rapina suppeterint. Arcubus autem, & equis non in prælio tantum more Romanorum utuntur, sed à pueritia usq; enutriuntur unà, uenatu inuigilãtes, pharetratíq; semper, ac nunq̃ ex equis desiliẽtes, siue bellum gerãt, siue feras conficiant. Sed hoc Alexandri consilium, & si lõge optimũ prima specie uidebatur, statim tamen fortuna destituit, siquidem exercitus cõtendere per Armeniam iussus, uix ægréq; superatis eius regionis asperrimis, præruptissimísq; montibus, quanq̃ æstas tolerabilius iter faciebat, impetu in Mediam facto, uicos concremauit, prædámq; abegit. At Rex Persa℞ intellecta re confestim, q̃ maximis potuit copiis auxilio adsuit. Cæterum arcere illinc romanos minime poterat. Quippe aspera regio peditibus quidẽ stabilem gressum, facilémq; tiã situm præbebat. At barbaro℞ equitatus montium asperitate, & cursũ difficiliorẽ, & iter habebat impeditius Nunciatum dein Regi ẽ, exercitum alterũ Romano℞ Parthorũ in agros, qua ad orientẽ spectant, impetum fecisse. Quare metuens, ne parthis facile superatis, mox in Persiam grassarentur, relictis copiis, quantæ ad tuendã Mediã satis fore uidebantur, ipse cũ toto exercitu, ad oriẽtis partes accelerabat. Cæterum exercitus Romanus cõparente, ac repugnãte nullo, neglegẽtius iter faciebat, ratus Alexandrũ cũ tertia parte copia℞, quæ maxĩæ, ualentissimæq; forẽt, in medios incurrisse Barbaros. Itaq; restitantibus illis, atq; ob id exercitũ retentantibus, minime sibi properandũ putabat, ut qui se tutos crederent, præstituto antea loco in quem pariter uniuersi cum præda abacta, captiuísq; omnibus conuenirent. Sed eos Alexander fefellit, neque enim, aut ipse uenit, aut exercitum adduxit, incertum metu ne proprio, ne ipse imperium tuendo uita periclitaretur, an quia

mater retinuerit, muliebri pauore, & caritate filii nimia. Siquidem omnes illius generosos spiritus retundebat, suadens alios potius periculis exponeret, q̃ ipse in acie consisteret. Quae res exercitum romanum fines Barbarorum ingressum planè prodidit. Etenim persarum rex omnibus copiis occurrens, imparatis, minimeq; expectantibus, quasiq; intra retia undiq; concludens omnem Romanorum exercitum profligauit. Quippe pauci plurimis resistere haud poterant, semperq; nudas corporis partes armis aduersus impetum sagittarum protegebant, satis praeclare agi secum existimantes, si nulla edita pugna integri recessissent. Sed cum aliquandiu confertim clypeis sese quasi muro circunsepsissent, atque omnes undique uelut urbs aliqua op pugnarentur, cõsauciarenturque, Tandem ubi diu fortiter restiterant, occidione occiderunt. Ingens haec calamitas, & qualis nulla facile memoratur, Romanis incidit, amisso ingenti exercitu, uel fide, uel robore cuilibet antiquorum exercituum conferendo. Persam uero maiorum spe rerum impleuit tantarum successus rerum. Quae ubi nuntiata Alexandro sunt, grauissime tunc aegrotanti, siue ex moerore animi, siue insolentia caeli, cum ipse tulit molestissime, tum exercitus omnis grauiter Imperatori succensebat. Quippe ipsius mendacio, minime signis seruatis, proditos ab eo suos milites dictitabant. Caeterum Alexander morbi, caelique illius aestuosi impatiens, laborante pariter omni exercitu, maximè que illyricianis, qui humido, hibernòque caelo insueti, largiúsque cibum capientes, letaliter aegrotabant, redire Antiochiam constituit, accitis etiam eò militibus, qui montium tamen atque hyemis asperitate attriti, paucissimis tantum, reliquis, perierant. Copias autem quas secum Alexander habebat Antiochiam reduxit, multis inde quoque amissis. Quare magnum exercitui moerorem, magnum Alexandro dedecus ea res attulit, cum scilicet omnibus locis fortuna illius consilium fefellerit. Siquidem plurimi è triplici illo exercitu (ita nanque distribuebat) desiderati sunt diuersis calamitatibus, morbo, ferro, frigore, ut uero Antiochiam peruenit Alexander, facile & ipse conualuit spiritu illo caeli, & aquarum abundantia, post aestuosos Mesopotamiae calores refectus, & milites uniuersos recreauit, consolatus etiam moestitiam illorum pecuniis elargiendis. Id enim solum ualere ad conciliandos militum animos arbitrabatur. Copias autem instaurabat, comparabátque de integro, quasi iterum in persas exercitum deducturus, si molesti esse pergerent, nequeab iniuria desisterent. Sed & rex persarum dimisisse milites suam quenque domum nuntiaba

tur

tur Nam quamuis bello superiores fuisse Barbari uiderentur, tamen
prælus crebris in media, parthiáq; gestis pars ceciderát, alii attrin, & sau
cii superfuerant. Neq; n. segniter Romani deuicti, sed ipsi quoq; inter
dum exitiosi hostibus, nullaq; adeo re magis perierunt, quam quoniá
pauciores deprehensi, Nam cum ferè par utrinq; numerus cecidisset,
reliquiæ illæ Barbarorum, non quidem fuisse uiribus superiores, sed
numero uidebantur, cuius rei argumentú est, quod triennio mox, aut
quadriénio barbari nequaq̃ arma resumpserút, quibus intellectis Ale
xander Antiochiæ commorabatur hilarioréq; iam, & liberior laxatis
bellorum curis, urbis eius delitiis indulgebat. Eníuero putante illo, tú
quieturos persas, aut sane multum spatii, moræq; intercessurum, pri-
usquam exercitum de integro cogerent, haud facile, cum semel dissipa
tus est, in unum coeuntem, utpote incertum, atq; iordinatum, uulgus-
q; potius, q̃ exercitum, tantúmq; commeatuum habentem, quantum
sibi unusquisq; ad præsentem usum domo attulisset. Præterea ægre fi
lios uxoresq;, & sedes proprias relinquentem, statim nuncii literaéq;
ab illyricis procuratoribus adfuerunt, qui eú uehementer perturbarét,
curámq; animo maioré inicerent. Quippe significabant germanos
Rhenú, Danubiúmq; trásgressos, Romanos in fines hostiliter intrasse
oppugnaréq; iá exercitus ripis insidentes, peŕq; urbes, & uicos magnis
copiis excurrere. Quapropter haud leuiter Illyricas nationes conter-
minas, uicinásq; Italiæ periclitari. Opus esse igitur ipsius præsentia, to
toq; q̃tum secum exercitum haberet. Hæc & formidinem Alexandro,
& Illyricis militibus mœstitiam attulerunt, quippe duplici se calami
tate ussos intellegebant, quod & ipsi male accepti in acie aduersus per-
sas fuerant, & suos domi cæsos à Germanis audiebát. Quare indigna
bantur, atq; Alexandro succensebant, tanq̃ res in oriente prius, uel me
tu, uel neglegentia pdidisset, nunc aút rebus ad septentrionem uocan
tibus, metu cunctaretur. Erant autem Alexander iam, atq; amici illius
etiam de ipsa italia soliciti. Neq; enim par periculum à persis, atq; à ger
manis impendebat. Nam qui sub oriétem habitant magno terrarum
marisq; interuallo discreti, Italiæ uix nomen audiunt. At illyricæ gen-
tes angustæ uidelicet, neq; multum agri romanis subiecti possidétes, so
læ discrimen faciunt inter italiá atque Germaniam. Edicit itaque pro
fectionem ingratis, atq; ægreferens, sed urgente tamen necessitate. Reli
ctis autem copiis quantas fore satis tuendis romanis ripis arbitrabatur,
castrisque, & castellis diligentius communitis, ac præsidio firmatis, ip-
se aduersus germanos cú reliqua oí multitudíe appropabat. Cófectóq;

celeriter itinere constitit ad Rheni ripas,atque ibi res ad bellum necessarias comparabat. Pontémque primo iunctis inter se nauigiis fecit in Rheno flumine,ut per eũ exercitus transgrederetur. Quippe hi maximi fluminum sub septentrione feruntur,Rhenus,ac Danubius,quorum alter Germanos,alter Pannonios præterfluit. Atq; æstate quidem nauigabiles altissimo,latissimóq; alueo,ꝑ hyemem dein concreti gelu,campoꝝ in morem perequitantur. Est autem adeo eius alуei solida glacies,ut non equorum ungulis tantũ,pedibusq; uirorum subsistat,Sed qui hausturi inde sunt,non tam urnas, aut uasa alia secũ afferant,q̃ secures ac dolabras,ut cæsam inde aquam sine uase ullo ueluti lapidem absportent. Hæc igitur illorum amnium natura est. Alexander autem Mauros compluris,ac uim ingentem sagittariorum, quos secum ex oriente adduxerat, partim ex agro Osrhoænorum, partim è Parthia transfugas,pecuniáue illectos,aduersus Germanos instruebat. Quippe huiuscemodi milites maxime Germanos infestant. Cum & Mauri lõgius iacula intorqueant,sintq; faciles ad incursus, recursúsq;,utpote leues,atq; expediti,& sagittarii,nuda Germanorum capita,prægrandiáq; illa corpora facile eminus ueluti signũ aliquod cõtingant. Nonnunquam uero etiam collata acie res gerebatur, ex qua Germani persæpe haud impares Romanis abibant. Cum in his Alexander uersaretur,decreuit tamen oratores ad illos de pace mittere,qui pollicerentur,omnia illis Principem Romanum, quo ꝝ foret opus præbiturum,pecuniásq; daturum magna copia, sunt enim Germani pecuniæ in primis auidi,nunq̃ q; non auro pacem Romanis cauponantur. Quare Alexander pacem,fœderáq; potius ab illis emercari,q̃ periclitari bello tendebat. Cæterum miles Romanus iniquo animo ferebat frustra se tempus terere,nulla occasione fortiter quicq̃ animoséq; gerendi,intento aurigationibus(ut aiebant)ac deliciis Alexãdro, cum contra oporteret uindicare potius germanos,pœnasq; ab iis exigere audaciæ. Erat autem in exercitu Maximinus è quodã Thraciæ, & quidẽ intimæ uico,semibarbarus hõ,& q à pueritia opilio fuisset, dein uigẽte ætate ob corporis proceritatẽ,uirẽsq; ingẽtes equo stipẽdia fecerat. Postremóq; fortuna quasi manu ducẽte,ac ꝑ uia,cũ ꝑ oẽs militiæ gradus ascendisset,ẽt ad exercituũ,,puĩciarũq; ꝓpposituras euaserat. Hũc igitur Maximinũ ob eam,quã supradiximus rei militaris peritiam, Tironibus uniuersis Alexãder præfecerat. Quos ad militiæ munera exerceret,atq; ad bellãdũ idoneos redderet. Qui cũ in eo negocio nihil sibi ad omnẽ diligentiã reliq faceret, maximã s a cuncto exercitu

citu gratiam inibat, Non solú quæ gerenda forent assidue edocens, sed ipse etiam primus obiens, quæ usus posceret, ut non discipulos tátum, Sed emulos ét, atq; imitatores haberet suæ uirtutis, quos ét muneribus om niq; genere hono℞ sibi adiúgebat. Quapropter adulescentes, quo rum bona pars ex pannonia erat, læti uirtute Maximini uulgo obtrectabant Alexádro, quod sub matris auctoritate adhuc esset, nihilq; nó ex arbitrio, consilioq; illius administraret, bellúmq; segniter & timide gereret, ferentes identidem sermonibus inter se, quantú detrimenti cúctatione illius in oriente accepissent, Nihilq; adhuc fortiter, ac uiriliter gestum aduersus Germanos. Quare & suapte natura proni ad res nouandas, & tam longum principatum grauati, minusiam lucrosum, oí ambitione pridé consumpta, Tum sperantes alte℞ mox principé ade pto præter expectationem Imperio, plus aliquantum utilitatis, honorúmq; ipsis, ac studii delaturum, decreuere Alexádrum obtruncare. ac Maximinum uocare augustum, commilitonem uidelicet, & contuber nalem, prætereaq; rei militaris peritia maxime præsenti bello idoneú. Cum igitur frequentes in campum conuenissent, ueniétide more ad exercendos tirones maximino, dubium ignaro, an re prius composita, purpuram circundant, Imperatoréniq; salutant, Ille primo reniti, & abiicere purpuram, Vt autem nudos intétari gladios à militibus uidit, occisuros nisi cederet minitantibus, futurum q̄ præsens periculú præoptans honorem. s. recepit, fortunámq; illá sæpe (ut aiebat) oraculis, ac somniis p̄monstratam, testatus milites prius, inuitum, retrectantéq; se cogi, Sed illorum tamen obsequi uoluntati. Quamobrem quæ ipsis placuerint, re sanciant, sublatisq; armis etiam præuento rumore, Alexandrum iam rei totius ignarum opprimant, Vt milites illius ac stipa tores re subita perterriti, aut sponte cum reliquis consentiant, aut certe dum imparati sunt, nihilq; eiusmodi expectant, etiam ingratis subigá tur. Postea uero q̄ beniuolentiam oíum, atq; alacritatem prouocauit, duplicata, sannona, ingentíq; promisso donatiuo, pœnisq; oíbus, igno minísq; remissis, cófestim ad alexádri tabernaculú, quod haud procul abesset uniuersos educit. His ille nuntiatis uehem éter rei nouitate perturbatus, atq; exterrit⁹ p̄silit è tabernaculo uesano similis, lachrymásq;, & tremens, nunc maximinú p̄fidú ígratúmq; uocare, enumeratis, quæ cunq; in illú beneficia cótulisset, nunc Tirones accusare, q neglecto sacramento, adeo p̄teruiter id facinus auderent, Postremo át polliceri da turú se, quæ uellent, emendaturúq; siqua desiderarent. Sed milites, q eú tuebátur faustis í præsens acclamationibus prosecuti, defensuros eum

cunctis uiribus affirmabant. Nocte autem exacta, cum iam lucisceret, nuntiantibus quibusdam adesse Maximinum, puluerémq; haud procul excitatum uideri, ac uoces magnæ multitudinis exaudiri. Rursus in planiciem egressus Alexander, conuocare milites, rogare ut se defenderent, tuerenturq; eum, quem ipsi educauissent, quoq; iam quatuordecim annos Impante, sine ulla q̃rela uixissent. Cõmorísq; miseratiõe oĩbus, arma cape, ac resistere hostibus impabat, at Milites & si oĩa principi pollicebãtur, paulatĩ tñ alii alias dilabebãtur. Quidam ẽrp̃fectũ prætorii, atq; Alexandri familiares ad supplicium deposcebant, ortam ab illis defectionem causantes. Alii matrem ipsius accusabant auaram fœminam, & quæ pecuniis congerendis, ob sordes nimias, parsimoniámque erga milites inuisum cunctis Alexandrum reddiderit. Igitur aliquandiu hæc inter se diuersi dictitantes, stabant adhuc tamen, ut uero exercitus Maximini in conspectum uenit, atque hortari commilitones cœpir, ut mulierem sordidam, & pusillum adulescentem etiamnũ sub matris seruitio statim desererent, seque uiro forti, probóque aggregarent. Commilitoni ipsorum, atq; in armis semper, bellicísq; muneribus uersato, confestim uniuersi ab Alexandro desciuerunt, atq; unanimiter Imperatorem Maximinum consalutauerunt At ille tremens, atq; exanimatus in tabernaculum reuertitur, matríq; implicitus, & (ut aiunt) conquerens, atq; incusans, quod ob illam talia pateretur, expectabat interfectorem. Maximinus autem postq̃ cum exercitus uniuersus Augustum appellauit. Tribuno & centurionibus aliquot negociũ dat Alexandri Matrísq; una, & quicunq; uim contrafacerent occidẽdo℞, Qui facto impetu in tabernaculum statim ipsum cum matre amicisque, & honoratissimo quoq; obtruncant, exceptis qui pauloante fuga sibi, ac latebris consuluissent, quos tamen uniuersos haud multo post comprehensos Maximinus ipse morte affecit, hunc finem habuit uitæ Alexander, una cum matre, cum annos quatuordecim, sine ulla subiectorum querela, atque adeo sine sanguine imperasset. Siquidem à cædibus & crudelitate abhorrens, neminem nisi iudicio damnatum perire patiebatur, ad humanitatem uidelicet, ac beniuolentiam propensus.

Quapropter nisi filium mater auara, ac sordida infamasset,
nihil plane desiderari in illius gubernatio-
ne Imperii potuisset.

q VALem se gesserit Alexander quatuordecim Annos Imperio superiore uolumine exposuimus. Interea Maximinus rerũ potitus, mutata uehementer rerum conditione aspere, ferociterq; adepta potestate utebatur, sicut ex molli mansuetoq; ĩperio ad tyrannidis crudelitatem uetere omnia contenderet. Nã cum se inuisum hoībus cognosceret, quod primus ex infimo loco ad eã fortunam peruenisset, præterea moribus perinde, ut genere Barbarus, patrioq; instituto cædis auidissimus, ad id potissimum dabat operã, ut imperiũ sibi sæuitia cõstabiliret, metuens ne Senatui, reliquisq; oibus romanæ ditionis hominibus, contẽptibilior fieret, dũ nũm tam in eo præsens fortuna, q̃ natalium obscuritas spectatur. Quippe iã id tritũ, uulgatumq; apud omnes, opilionem fuisse in Thraciæ montibus, dein corporis uastitate, ac robore inter eius regionis tenuissimos milites ascitum, quasique manu ductum à fortuna ad Romanum Imperium. Quare omnes confestim amicos, consiliariosq; Alexandri à Senatu lectos substulit è medio, partimq; Romam dimisit, partim ad ministrationem rerum causatus officio priuauit. Id eo consilio fecit, ut solus esset in exercitu, neminemq; prope se haberet ex conscientia nobilitatis potiorem, sed uelut ex arce quadã citra ullius reuerentiã, tyrannidis operibus uacare posset, omnisq; Alexandri ministeria, quibus ille per tot annos usus fuerat, ex aula eiecit, plurimis etiam interfectis, q insidias uidelicet suspectaret, quando omnes illius interitu mœstos esse intellegebat. Caeterum magis, magisq; crudelitatem irritauit coniurationis cuiusdã ĩ se delatio, conspiratis in unum centurionibus per multis, omniq; Senatu Romão. Magnus erat quidam nomine uir patricius, & consularis, q delatus ĩperatori est, quasi manũ contra ipsum cõpararet, ac militibus persuaderet, ut ad se Imperiũ transferrent. Consilium aũt huiuscemodi fuisse putatur. Põte construxerat Maximinus supra flumẽ, qua ad uersus Germanos transiret, ut. n. primum summam rerũ suscepit, stati bellica facinora affectauit. Siquidem ob inmanem corporis staturã, & militare robur, ac peritiam pugnandi, ascitus ad imperiũ, re ipsa famã confirmare, atq; opiniõem militũ tendebat, ut metũ illũ, & cõtationẽ Alexandri ĩ prælijs ca pessendis iure ĩprobatã fuisse coargueret. Quare nihil sibi ad exercẽdos milites reliq faciebat, & cũ ipse in armis assiduus erat, tum exercitũ uehementer adhortabatur. Sed tũ constructo, (ut diximus) põte trãsire ĩ Germaniã statuerat. Cæterũ Magnus haud sane paucis militibus, sed q uirtute cæteros anteirent, atq; iis potissimũ

quibus custodia pontis, curaq; fuerat demandata, persuasisse diceba-tur, ut simul, ac Maximinus in alterā ripā peruasisset, pōte abscisso, re-ditu'q; intercluso Barbaris eū proderēt, Siquidē tanta erat amnis illius profunditas, ac latitudo, ut irremeabilis fore uideretur, nullis presertī nauigiis ī aduersa ripa Talia scilicet sermonibus serebantur, incertum uero, an cōposita fraude (neq; n. facilis sententia, parū explorata re, ci-tra'q; iudiciū, aut defensionē ullā, correptus, interfectus'q; oībus, quoscū que suspitio attigerat.) Sed & militū osrhoæno℞ defectio nō nulla ob orta est Nā cum magnopere indoluissent Alexandri nece, ac forte for tuna in quendā ex illius amicis, cui nomē Quarcino fuit, pauloante è castris à Maximino dimissū incidissent, correptū, atq; retractantē, ne que tale quippiā cogitantē, Ducē sibi delegerunt, purpura'q; eum, præ lato'q; igni, funestis scilicet honoribus condecoratū, nihil'q; minus op-tantem, ad Imperiū protulerunt. Qui tamē haud diu post in taberna culo dormiens à contubernali quodā suo, &(ut credebatur) amico p insidias occiditur. Macedoni nomen fuit, qui & antea osrhoænis præ-fuerat, & nunc primus eisdem auctor fuerat deficiendi à Maximino. Cūq; nulla subesset odii, aut inimicitiarum causa, tamen eū occidit, quem ipsemet corripuerat, atq; ad suscipiendū imperium perpulerat. Sed enim magnopere tunc gratum se Maximino facturū putans, ab-scisum Quarcino caput dono obtulit. Verum Maximinus quamuis eo facinore lætus, gaude'nsq; prærceptum sibi hostem, tamen illum ha ud modica sperantem, putante'mq; sibi insignem gratiam relatum iri, extremo supplicio affecit, ceu defectionis auctorem, interfectore'mq; eius, cui facinus inuito persuaserat, atq; infidum homini, quem antea pro amicissimo habuisset. Huiusmodi igitur causæ magis, magis'q; ani mum exasperabant Maximini, atq; ad sæuitiā exacuebāt, ētantea sua sponte crudelissimū. Cæterū aspectu quoq; erat horrendus, uasto at-que immani corpore, ut nemo illi, uel exercitatissimo℞ græcorū, uel pugnacissimorū barbarorū coferri possit. His ita dispositis rebus, colle cto exercitu omni, ac ponte intrepide pertransito, bellū Germanis in tulit, Secuti illū magna uis mortaliū, ac penè oēs Barbaro℞ copiæ. Ad hæc Maurisii iaculatores, sagittarii'que q̄plurimi. Præterea osrhoeni, & Armenii, quo℞ hi Romanis subiecti, illi in amicitiā fuērat, societate'q; asciti, Tum si qui ex parthis, aut pecunia conducti, aut transfugæ, aut item capti bello romanis seruiebant. Hæc autem multitudo coacta ab Alexandro prius, aucta dein, atque exercita à Maximino fuerat Cæte-rum iaculatores, sagittarii'q; gerēdo aduersus Germanos bello magno-

pere

pere idonei uidentur, siquidem expediti hostem opprimunt incautū, facileq; rursus in tutum se recipiunt. At uero Maximinus hostilem in gressus agrum, diu nemine, qui resisteret inuento (quippe omnes abscesserant barbari) regionem illorum depopulabatur, maturis iam segetibus, uicosq; omnes incendendos, diripiendosq; militibus tradebat. Sūt autem urbes, ædificiaq; illa maxime incēdiis obnoxia. Rara apud Germanos structura è lapide, ac lateribus coctilibus, densisq; potius siluis, quoꝝ confixis, coagmentatisq; lignis, quædā quasi tabernacula ædificant. Igitur Maximinus in eam regionem grassatus, populatis segetibus, omniq; pecore captiuo militibus permisso, nullos adhuc hostes īuenerat. Siquidem campestres regiones, locaq; ab arboribus pura deseruerant, atq; intra siluas, & paludes delituerant, ut inde pharentur, atque eruptionem in hostem facerent. Et n. densitas illa arboꝝ, sagittis, iaculisq; hostium allatura impedimentum, & paludum altitudo periculosa Romanis locorum ignaris, ipsis aūt facilis expeditaq; fore uidebatur, non ignaris, quæ usq; peruia, quæ inuia, & genuū tenus cottidie per illas discursantibus. Sunt aūt germani peritissimi natandi, ut qui tantūmodo in fluminibus lauentur. In huiuscemodi igitur locis pugna inita, ubi etiā imperator ipse Romanus fortissime plium incohauit. Nam cū ad ingentem quandā, uastāmq; paludē uentum esset, intra quam Germani fuga se receperant, uerentibus Romanis eodem hostes insequi, primus maximinus equo paludem ingressus, cum quidem et supra aluū equ⁹ uoragine hauriretur, magna ui repugnantes barbaros contrucidauit. Quare exercitus reliquus pudore instinctus, ne prodere pugnantem, ꝑ se imperatorem uideretur, ausus & ipse est paludem ingredi, multique utrinq; ceciderunt, ita tamen ut nullus penè barbarorū fuerit reliquus, dimicante insigniter Romano principe. Quare & stagnum cadaueribus oppletum, & palus sanguine confusa, pedestris prælii naualem faciem præferebat. Hanc igitur pugnam, suaq; ipsius fortia facinora, non solum per literas Senatui, Populoq; Romano significauit, sed etiam depictam maximis imaginibus, ante curiam publicauit, ut non tam audire, quæ gesta forent, q̄ etiam subiicere oculis romani possent. Eam tabulam deinde unà cum reliquis illius honoribus Senatus substulit. Fuere item alia prælia, quibus omnibus ipse manu pugnam capessens, ac fortissime dimicans explendescebat, multisq; captiuis, atque ingenti abacta præda, instante hyeme in pannoniam reuersus est, intraq; urbem Sirmium, quæ maxima oīum eius regiōis habet̄, in hibernis agēs ad ueinā sese expeditionem comparabat, identidem minitās, id quod

etiã præstitutus uidebatur ,excisurũ , subacturumq; oceano tenus oẽs Germaniæ Barbaras nationes. Talis utiq; fuit ĩ bellicis negociis,maxi mã rebus gestis claritudinẽ adepturus,nisi grauior multo suis,ac trucu lentior,q̃ ipsis suisset hostibus. Quo.n. Barbaros interẽptos,si lõge plu res ĩ ipsa urbe Roma,subiectisq; nationibus cædes edebantur? Quid prædã, aut captiuos abactos proderat? si suis fortunis Romanæ ditiõis mortales cuottidie despoliabãtur,quippe oĩs non modo libertas , sed instigatio quoq; delatoribus permissa,ut circũuenire,quos uellent , re nouareq;etiam(si ita usus posceret) usq; à progenitoribus ignota, atq; indeprehensa ad eamdiem crimina liceret , Neq; sanẽ delicti alicuius quispiam arcessebatur , quin idem cõtinuo reus perageretur ,ac censu fortunisq; omnibus expelleretur. Itaq; cottidie cerneres,qui pridie opu lentissimi fuissent,eos nunc emendicare stipem. Tanta uidelicet tyrã nidis auaritia incesserat,assiduas erga militem largitiones obtendentis. Erant præterea illius aures omnibus calumniis patulæ,sic,ut nullius, uel ætatis,uel dignitatis rationem haberet. Igitur complures exercitib⁹ aut prouinciis præpositos,consulares,triumphalesq; uiros,leuissimã, tenuissimãq; calumnia attactos,corripi de improuiso iubebat ,ac sine ullis ministeriis solos uehiculis impositos, die,noctuq; iter facere ab oriente,aut occidente,si ita cecidisset,itemq; à meridie in pannoniam usq;,in qua tunc ipse morabatur. Dein spoliatos,omniq; ignominia affectos,exilio,uel morte puniebat,quãdiu igitur unus,aut alter talia patiebantur,neq; ea calamitas extra ipsoꝝ familiam egrediebatur, nõ sanẽ magnopere populorum gentiumq; interesse uidebatur, Siquidẽ beatoꝝ diuitumq; res aduersæ,non solum à plebe negleguntur. Sed eis nõ nulli ẽt prauo malignoq; ingenio, ob inuidiam scilicet poten tiorum,atq; feliciũ delectantur. Postquam aũt Maximinus plurimas illustrium uirorum familias ad egestatem redegit,leuiora iã illa,ac mi nora ducens,quam ut ip sius cupiditati satisfacerent, animum ad pu blicas opes transtulit. Igitur quæcunq; pecuniæ ciuiles,aut ad publicã annonam repositæ,aut in plebem diuidendæ superant,tũ,quæ the atris,ac celebritatibus seruiebant,uniuersas sibi adiudicauit. Ad hæc tẽ plorũ omnium donaria,statuæq; deorum,heroumq; honores,tum, quidquid publici operis,aut ciuilis ornamenti,aut materiæ denique fuit nummis idoneæ conficiundis,omnia pariter ignibus conflaban tur,quæ res inprimis animos multitudinis exulcerauit, quasique lu ctum publicũ effecit,cũ citra pugnam,atq; arma quasi oppugnatiõi esse urbs obnoxia uideretur,sic,ut qdã ẽ populo cõtra resistere,tẽpla-

que

queausi tueri, et cadete ante aras Deoꝝ imortaliũ, q̄ spectare patriæ spolia ꝑtauerint. Hinc itaq; potissimũ ꝑ urbes, atq; nationes populariũ animi intumuerãt, ac nec milites quoq; satis æquo aĩo ferebant, exprobrantibus inuidiose consanguineis, atq; domesticis, & ipsorũ culpa talia patrare Maximinũ dictitantibus. Huiuscemodi igitur causæ mini me ꝓfecto leuesad odiũ, ac defectiõem populos ꝓritabant. Cæterum uotis tantũmodo agebant, læsa iplorantes numina, nullo. s. audente ꝓfiteri se uindicẽ, donec exacto impii triennio, exigua, leuiq; occasione (ut sunt lubricæ tyrannorũ res) primo arma sumpserunt, rebellarũtq; afri tali causa, Procurator etat quidã carthagini, cui nihil ad extremam uel aspitatem, uel sæuitiã deerat. Is damnandis iudicio hoĩbus exigendisq; pecuniis, fauorem Principis aucupabatur. Siquidem Maximinus, quos sibi factos cognoscebat, eos potissimũ diligere consueuerat. Quicunq; igitur fisci tem curabãt, si mõ uiri probi forent (quod praro eueniebat) aut ꝓcuratiõe exciderãt, aut præsenti periculo cõterriti, gnari q; illius auaritiæ, q̄uis inuiti cæteros imitabantur. Quapropter Africæ ꝓcurator, cũ pleraq; alia uiolẽtet factitabat, tũ ab adulescentibus qbusdã nobilibus, atq; opulentis dãnatione circũuentis, statim exigere pecunias intẽderat, patrimonioq; illos, & auitis bonis exuere. Quibus rebus exacerbati adulescentes, pecuniã quidem se daturos pollicentur, petito trium dierũ spatio, cõspirantẽsq; interim in unum, qcunq; graue aliquid, uel passi fuerant, uel passuros metuebant. Iubent nocte ex agris iuuentutem cum fustibus, ac securibus adesse. Illi dominorũ imperia exsequentes, uenere ante lucem uniuersi in urbem, cælantes sub uestibus arma, q̄ cuiq; tumultuaria se obtulerant Magna uero uis mortalium confluxere. Siquidem fœcundissima hoĩum Africa, plurimos tunc etiam agrorũ cultores habebat. Vt aũt dies iam illuxit, iubent adulescentes pone sequi seruorum suorum gregem, tanq̄ si ẽ reliqua essent populi multitudine, neq; tamen arma proferre prius, ac uim facere, q̄ ubi aliquos aut ẽ militibus, aut ẽ populo uiderint irruere cõtra se, atq; ire ultũ facinus, quod gesturi mox essent. Ipsi recõditis intra sinũ pugionibus, adeunt ꝓcuratorẽ, tanq̄ cum eo de ꝑsoluendis pecuniis acturi. Continuoq; nihil tale suspicantẽ neci dedunt. Ibi exertantibus gladios illius militibus, atque ire ultum nolentibus, repente agrestes cum fustibus, ac securibus occurrunt, fortitẽrque pro dominis pugnantes, facile omnes in fugam uerterunt. Ad hunc modum negocio succedente, iuuenes desperatis semel rebus, unam sibi reliquam salutem fore arbitrati si patratũ nuper facinus, maiore aliquo facinore cumularẽt, statuunt in

R

cõmunionẽ piculi rectorẽ ,puinciæ assumere,ac populos ad defectionem sollicitare,qd optarí iã pridẽ ab uniuersis cognouerant,Maximi ni odio,sed metu phiberi.Igitur cũ oĩ multitudine nocte intẽpesta do mũ ,pcõsulis petũt.Is Gordianus fuit ,pcõsulatũ sortitus eũ,cũ annum ageret circiter octogesimũ,multarũq; ante ,puinciarũ fuerat rector,atq; in maximis spectatus negociis.Quocirca facile susceptũ iri ab illo imperium existimabãt,quasi fastigiũ aliqd supiorũ dignitatũ , Senatuíq;,& populo Rogratũ futurũ pricipẽ,qui pterq̃, q erat illustri ortus genere ẽt p honores plurimos,quasi p gradus quosdã ad impii culmẽ ascẽdis set.Euenit ãt ut quo die hæc agebãtur dõi Gordianus resideret dilatus la bonibus,oĩq; actu terũ suspẽso.Igitur adulescentes cũ gladiis magna sti pãte multitudine,pturbatis ianitoribus ipetũ ĩ ædes faciũt,eũq; supra grabbatũ requiescẽtẽ offẽdunt,circunfusiq; senẽ purpura iduunt,atq; Augustalibus honoribus cõsalutãt.Ille re subita exterritus, isidiasq;,& dolũ ĩ se cõpositũ ratus,deiicit humi se ex grabbato,obsecrãs parcerẽt seni,à quo nihil iniuriarũ accepissẽt,fideq; Principi,& beniuolẽtiã ser uarẽt.Instãtibus ãt illis,ac nudos manu gladios tenẽbus,cũ parti me tu,parti ignoratiõe,haud quaq̃ sciret Gordiãus,qd sibi ea res ueller,q̃q; subitæ fortunæ cã foret,unus ẽ numero adulescẽtium,qui & nobilitate,& facundia cæteros anteiret,reliquis tacere & paulisper quiescere iussis,dextra capulum tenens in hanc sententiam uerba fecit.

Duobus piculis,quorũ alterum psens manifestũq;,alterum futurum forsitan,dubiũq; euentus,eligendum tibi hodie alteru trum est,ut aut nos,teq; una serues,& spem meliorem,qua oẽs freti sumus amplectaris,aut iam iã nostris manibus itereas.Quod si potiora malueris,multa ad spẽ bonã uiatica sunt.Quippe iuisum oĩbus Maximinum,pestẽmq; illam crudelissimæ tyrannidis tolles, uitãmq; antehac pclare tibi actam,illustri gloria cumulabis,maximosq; à Sena tu.P.Q__.R.honores,ac sempiternã laudẽ nancisceris.Sin uero abnue ris,ac nobiscum cõspirare pnegaueris,iam iam te hic obtruncabimus, atq; ipsi quoq;(si oportuerit)occiso tibi immotiemur. Maius nanq; sa cinus ausi sumus,q̃ ut salui esse citra desperationem possimus.Iacet eñi tyrannidis minister,luitq; pœnas crudelitatis,nostris nunc nuper manibus interemptus. Quapropter si consenseris nobiscum,atq; in par tem periculorum accesseris,cum ipse honorem imperii consequeris, tum quod nos facinus perpetrauimus ,laude quam supplicio dignũ reputabitur . Dum hæc loquitur adulescens,impatiens moræ cætera multitudo,cum quidem eodem iam ciuitas uniuesa re uulgata cõcur

rissēt, Gordianū unanimes Augustū appelāt. Ille q̄uis recusaret, ac se nectute obtenderet, tamen suapte natura gloriæ auidior, haud ægre tā dem honoré suscepit, malens futurū dein, q̄ præsensiā periculū subi re, simul ætate iam exacta, minime recusādū putabat, quin (si ita res posceret) ĕt imperatoriis honoribus ímoreretur. Igitur statim tumul tuari oīs Africa, sublatisq; Maximini honoribus ciuitates pleræque imagines Gordiani, ac statuas ponere. Sed eū quoq; a se cognomina runt Africanū, nā qui ad meridiē libyes habitant, Afri romana uoce nuncupantur. At Gordianus aliquot dies Thystri cōmoratus, qua in urbe hæc acta fuerāt, nomē imperatoris iā, cultūq; gerens Carthagi nem proficiscitur, ut in ciuitate maxima celeberrimaq; oīa quasi Ro mæ agitarentur. Siquidē urbs illa, uel opibus, uel populi frequentia, uel magnitudine tantū Romæ cōcedens, cū Alexādri urbe ægiptiaca de secunda palma contendit, sequebatur aūt ipsū prīcipalis pōpa oīs, militesq; quicunq; adetant, iuuenesq; urbani proceræ statura ad eoꝝ si militudinem, qui Romæ Imperatoré comitantur, uirgæ item laurea tæ, quo insigni Principes a priuatis dinoscuntur, prætereaq; ignis de more præferebatur, ut speciem, fortunámq; exiguum sanĕad tempus Romanæ ciuitatis Carthago repræsentaret. Cæterū Gordianus lite ras, cōplutis ad ptimū quéq; Romā missitabat, atq; ad pceres Senat⁹, quoꝝ erāt ei permulti amici, ac necessarii. Scripsit ité publice ad. S.P. Q. R. significans Afrorum erga se consensum, simulque accusans Maximini crudelitaté, quā esse omnibus magnopere inuisam sentie bat. Ipse omné præ se mansuetudiné ferebat. Nā & delatores oīs exilio affecit, & iis, qui parū iusto iudicio dānati fuerant, iterū defendēdi sui potestaté ídulxit, quin exules quoq; in patriā restituebat, ac militibus plura seq̄ quisq̄ antea largiturū, populoq; ígens daturū congiariū pol licebatur. Idem præfectū quoq; prætorii Vitalianum, ferū, crudelémque hominé. carissimū, deuotissimūmq; Maximino, in ipsa urbe cu rauit interimendum, siquidé suspectās, ne ille suis incœptis fortiter re sistendo, cæteros quoq; metu deterritos a se auerteret, mittit prouíciæ quæstoré adulescenté audacissimū, corpore ualidum, atq; ætate floré tem, prōptūmq; ad oé periculum pro se suscipiēdū traditis cēturioni bus, ac militibus nōnullis, cui ĕt literas dedit obsignatas duplicibus ta bellis, p quas arcana, occultaq; negocia significare ipera tores cōsueue runt. Iubet itaq; illos intrare urbē ante lucé, ac dū adhuc i actibus oc cupat⁹ eēt Vitalianus accedere ad eū itra cellulā, ubi res secretas, atq; ar canas ad salutem Principis pertinentes scrutari, atq; inquirere consue

uerat,habere se ad eũ literas arcanas à Maximino dicentes,ac uele etiam remotis arbitris de rebus ad securitatem imperatoris spectantibus cum il lo colloqui,ac mandata principis exponere. Dein signis agnoscendis occupatum pugionibus,quos in sinu occultos haberent de improuiso confoderent. Quæ.s.oĩa ex sententia successerunt. Etenim ante lucem quo tempore prodire illi mos fuerat,inueniunt hominem penè solum paucis tantum circunstantibus. Quippe alii nondum uenerant,alii salutato abierant,priusq̃ dilucesceret. Igitur uacante illo,ac paucis dũtaxat ante cellulam inuentis,ubi quæ supra diximus nunciauerunt,facile.s.intromissi sunt,porrectisq; epistolis contemplantem eum signa diligentius,prolatis pugionibus cõfodiunt,nudosq; eos manibus præ se tenentes prosiliunt,oĩbus loco cedentibus. Nam id Maximini factũ imperio putabant. Quando idem sæpenumero etiam in eos facere cõsueuerat,qui antea ipsi carissimi uidebantur. Dein uadentes media sacra uia proponunt epistolã Gordiani ad populum,literasq; item ab illo consulibus ipsis,cæterisq; reddunt,uulgata ẽt fama interfecti Maximini. Quod ubi auditum est,statim uniuersus populus discurrere undiq; furenti similis. Nam & si ubiq; uulgus semp ad res nouas leuissimũ,tamen Romana plebs in primis,quæ ex magna uariaq; ẽt peregrinorum multitudine constat,lõge cæteris mobilior est. Igitur statuæ,atq; imagines Maximini,cæteriq; honores statim conuulsi,clausumq; antea formidine odium,licentia iam & potestate adepta nullo ꝓhibente effundebant. Quare senatus quoq; frequẽs,& si de Maximino certi nihil habebat,ex præsenti fortuna rẽ coniectans,abolitis illius honoribus Gordianum,filiumq; ipsius Augustos declarauerunt,statimq; delatores,atque accusatores uniuersi,aut effugerunt,aut ab iis quos offenderãt occidebantur. procuratores autem,& qui ius in illius crudelitatis ministerium dicebant,tracti à plebe sunt,abiectiq; in cloacas. Multi item insõtes occisi. Nam & creditorem suum quisq;,& aduersarium in forensibus causis,& ut quenq; aliquis leuissima de causa oderat,impetu in domum facto,bonisq; direptis trucidabant. Ita sub specie libertatis,pacisque prætextu,ciuilis belli facinora edebantur. Quin præfectũ quoque urbis Sabinum prohibere talia conãtem,fuste capiti illiso mactauerũt. hæc igitur populus agitabat. Enimuero Senatus,q̃ñ iam semel piculũ subierat metu Maximini,nihil sibi ad sollicitandas ad defectionẽ prouincias reliqui faciebat quocirca legationes undiq; ad rectores prouinciarum mittebantur,electis è Senatorio,equestrique ordine clarissimis hoĩbus,cum literis,quibus Senatus P. Q. R. mens exponebatur, qui

procu-

procuratores ipsos hortarentur, uti communem pattiam capesserent,
Curiámq; Romanam tuerentur, persuaderéntq; nationibus, ut in fi-
de populi Romani perseuerarent, cuius proprium antiquitus imperi
um foret, ueterrimúmq; cum illis amicitiæ ius à maioribus institutum.
Quocirca pleriq; legatis benigne exceptis, populos ad defectionem p-
pulerunt, quod s. pronum fuit, adeo incredibili apud oẽs odio Maxi-
minus laborabat. Igitur oĩbus quicunq; apud ipsos magistratum gerẽ
tes, cum Maximino sentiebant repente ad unum occisis, ipsi uniuersi
ad Romanos defecerunt. Pauci tamen inuenti, qui legatos ad se missos
interficerent, aut ad ipsum mitterent, adhibitis custodibus, qui deinde
oẽs exquisitissimis à Maximino suppliciis affecti sunt. Hæc mens Ro
manæ ciuitatis, hic animus fuit. Quæ postq̃ Maximino nunciata sunt.
quanq̃ tristis, ac sollicitus, tamen illa se contemnere simulabat, ac prio
quidem alteróq; die, domi quietus ad amicos de eo negocio tettulit. cæ
terum exercitus omnis, cunctíq; eius regionis mortales. & si rem oẽm ĩ
tellexerant, intumueráutq; animis, audacia rerum tantarum, ac nouita
te, tamen pro se quisq; tacebant, ac se ignorare oĩa simulabant. Quip-
pe tantus erat Maximini metus, ut nihil illum plane lateret, omniúq;
non solum uerba, sed nutus quoq;, speciémque oris obseruaret. Tertio
uero die conuocatis in campum ante urbẽ militibus suis Maximinus,
Tribunal inscendit, atq; ex libello orationẽ ab amicis cõpositã in hãc
sñiam recitauit. Scio me uobis incredibilia, nouáq; dictu℞, sed (ut ego
existimo) nõ tam admiratiõe q̃ risu digna. Arma uobis, uestræq; uirtu
ti nõ Germani inferunt sæpe deuicti, nõ sarmatæ, qui de pace nobis cot
tidie supplicant. Persæ item, qui olim Mesopotamiam peruagabantur,
nunc suas intra sedes quiescere, boni cõsulunt, cum gloria in armis ue
stra, tum rerum à me gestarum periculo edocti, quæ iam tum illis inno
tuerunt, cum tuendi ripas exercitui præfuimus. Ve℞ (ne quid magis ri
diculum dixerim) carthaginienses insaniunt. Atque sene infelicissimo
& extremo iam ætatis delirante, dubium suasu an coactu, quasi aliqua
in põpa ludunt principatum. Quo. n. freti exercitu, cum apud eos pro
consulis ministerio lictores satisfaciant. Quibus porro usuri armis, ubi
præter lanceas exiguas ad feras excipiendas nihil sit telorum, proq; bel
licis exercitationibus chori tantum, dictáque procacia, & numeri qui-
dam usurpentur. Neque uero uos perterrefecerint, quæ facta in urbe
nunciantur, nempe Vitalianus per dolum, fraudémque occisus est.
Quam autem leue instabiléque sit Romani populi ingenium, quam
prõpta clamorum tenus audacia notissimum scilicet uobis est. Si du

os modo,tréſ ue armatos cõſpexerint,trudentes alter alterũ & proculcantes,ac ſuum quiſq; periculũ fugitantes publicum neglectũ iri habét. Quod ſi quis uobis ẽt,quæ acta in Senatu ſunt,renunciauit,non eſt ꝑfecto,quod miremini noſtrá illis continentiam duriorem uideri,atq; ob id morum congruentiam,uitámq; illius luxurioſá nobis áteferri,qppe apud illos fortiſſima quæq;,ac grauiſſima pro aſperrimis,diſſoluta atq; ebacchātia pro mitibus,uoluptarijſq; habentur quocirca noſtrum quidem ĩperium,quoniá induſtriũ,atq; moderatum reformidant,Gordiani delectantur nomine,cuius infamia uitæ minime nos præterit.Igitur aduerſus hos,atq; huiuſcemodi homines bellũ uobis eſt milites,ſi tamen id bellũ appellandum.nam ut mihi quidem,atque adeo cæteris omnibus uidetur,non prius Italiá attigerimus q̃ illorum maxima pars ramos ſupplices,liberóſq; ſuos præferẽtes,noſtris ſe pedibus aduoluent,aut formidine degeneri fugá faciẽt,ut mihi liberũ ſit bona illorũ uobis cõtribuere,quibus ĩperpetuũ pfruamini.Hæc cũ dixiſſet,ac multa in ciuitaté,Senatúmq; uniuerſũ interpellari ꝑbra iecíſſet,manuúmq; geſtibus minabundus,trucíq; uultu,nutúq; oris quaſi præſentibus iraſcẽs,profectionẽ in Italiá edicit.Diuiſoq; inter milites ingenti ſtipendio,uno tantũ die interiecto facere iter incœpit,magnũ ſecũ exercitum,atq; uniuerſas adducens romanas copias.Sequebatur eũdẽ ẽt Germanorũ haudquaq̃ neglegẽdus numerus,quos uel armis ſubegerat,uel ĩ amicitiá,ſocietatéq; adſciuerat.Præterea machinæ,et bellica inſtrumẽta,quæq; alia aduerſus barbaros cõparauerat,cæterũ tardius iter faciebat,ob uehicula,reſq; alias uſui neceſſarias,quæ undiq; ĩportabantur.Ná cũ repentinũ id illi iter obueniſſet,nõ cuiuſq̃ prouidentia,ut conſueuerat,ſed tumultuario,ac feſtinato miniſterio,q̃ erát militibus neceſſaria colligebãtur.Igitur præmittere Pannoniorũ cohortes decreuit,quibus fretus maxime erat,quæq́; primæ ĩperatorẽ cõſalutauerát,atq; ultro ẽt pro illius ſalute omne periculũ depoſcebant. Iis igitur ĩperauit,ut cæteras copias præcederẽt,ac regiones occuparẽt Italiæ.Dũ in itinere Maximinus eſt,res interea Carthagini præter ſpẽ magnopere ſucceſſerunt. Erat enim Capellianus quidam Senatorii ordinis uir,procurator Mauritaniæ Romanis ſubiectæ,quæ ab ipſis Numidia apellatur.Ea gens munita exercitibus fuerat a' quibus Barbarorum incurſus,ac populationes cohercerentur.Quare haud contemnendam militum manum circa ſe habebat.Cum hoc igitur Capelliano ueteres Gordiano ſimultates ex forenſi quadam diſceptatione interceſſerant,quocirca nomen adeptus Imperatoris ſucceſſorem

illi

illi misit, atq; abscedere prouincia imparuit. Ille ea re indignatus, ac prĩcipi suo deuotus, a quo magistratum quoq; eum accepisset, oĩ coacto exercitu, cum quidem fidem tueri, ac iusiurandum psuasisset Carthaginem contendit, maximas, ualentissimasq; copias secum adducens, uirosq; cum ætate florentes, tum oĩ armorum genere instructos, peritosq; rei militaris, atq; ex cõsuetudine prælio p aduersus barbaros magno pe ad pugnandum paratos. Vt uero nunciatum Gordiano est, aduentare ad urbem Capellianum, & ipse affectus est extrema formidine, & pterriti Carthaginiẽses uniuersi, qui, sin turba potius, q̃ in exercitus aliquo ordine, collocata uictoriæ spe, cuncti pariter urbe effundũtur obuiam Capelliano. Cæterum senex Gordianus (ut quidam perhibent) simul atq; ille carthaginem attigit, desperatis rebus, quod Maximino uires in gentes, nullas in Africa copias esse uidebat, laqueo se suspendit. Sed occultata illius nece, filium sibi ducem multitudo elegit. Ita uentũ ad manus est. Erant aũt numero quidem plures Carthaginienses, sed inordinati, ac rerum bellica p impiti, quippe in altissima pace educati, festisque, & deliciis emolliti, nudiq; armis, omniq; bellico instrumento. Nã domo quisq; pugionem, aut securem, aut uenabulũ aut item præustas sudes, ut quisq; poterat acuminatas, ad tuendum corpus extulerant. Cõtra, numidæ iaculatores optimi, atq; equitandi peritissimi, sic ut equos etiam infrenos uirga tantum currentes moderẽtur. quocirca facile carthaginiensium plebs in fugam uersa. Siquidem haud ferentes illorum impetum, oẽs abiectis armis confertim effugerunt, trudentesq; inter se, & proculcantes, multo sane plures ipsi inuicẽ affligebantur, q̃ cedebantur ab hostibus. Hic & Gordiani filius cecidit, & quicunq; eum secuti, sic ut præ multitudine interfecto p, neq; discerni ad sepulturam funera potuerint, neq; adulescentis Gordiani cadauer inueniretur. Et ex tanta copia fugientium pauci dũtaxat urbem ingressi, coniectiq; ĩ latebras euaserant, cæteri ad portas conferti, ac pro se quisque intrare primi urbem festinabundi, ab iaculatoribus numidis, cæterisque armatis militibus contrucidabantur, maximo fœminarum puerorumq; eiulatu, quorum ante oculos carissima pignora occidebãtur. Sunt qui phibeant, ut primum Gordiano, qui pp senium domi se cõtinuerat, nũciatum sit Capellianum iam in urbem peruenisse, deplorata salute intra cubiculũ se q̃si dormiturũ recepisse, colloq; Zõæ inserto, qua pcinctus fuerat, sibi mortem consciuisse. Hæc finis Gordiani fuit, felicis antea ctæ uitæ, atq; in quadam principatus imagine extincti. Sed enim Capellianus carthaginem ingressus, præcipuum quenq; ex iis q̃ e pugna

fu pauerant, neci dedidit, ac neq; a templis despoliandis, neq; a publicis priuatisq; pecuniis diripiédis abstinuit, aditisq; urbibus reliquis, quæcunq; honores Maximini substulissent, in his præstantissimum quéq; morte, cæteros supplicio afficiebat. agros auté, uicosq; concremandos militibus tradebat, ptexto quidé ulciscédi Maximinũ. Cæterũ clanculum militũ sibi animos conciliãs, ut sicubi res a Maximino titubasset Ipse ad occupãdũ principatũ beniuolis militibus uteretur. Ita se uide licet res in Africa habebant. Postea uero q̃ Romæ audita senis Gordiani mors est, ingens pturbatio. S. P. Q. R. ingénsq; terror inuasit excitõ, in quem unum spes oés suas collocauerant. Neq; nullos prætéribat nemini iam parsurũ Maximinũ, cum sponte alienum ab ipsis, atq; hostili aío, tum iustis ẽt causis & professo quasi odio succenseuté. Itaq; sæquentes in unum cõuenere, ac de toto negocio deliberãtes, q̃n semel in periculum uenerãt, bellum cõparare decreuerunt duobus electis iperatoribus, qui rem p. pari potestate administrarent, ne rursus principatus auctoritas in Tyrannidé pueheretur. Cõuenerunt igitur non qdé in curiam, quo antea cõsueuerãt. Sed in templũ capitolini Iouis, quod in arce summa pcipuæ uenerationis Ro habét, ibi clausis foribus soli quasi teste, & cõsessore, atq; adeo rerum oĩum inspectore deo, selectis, q ætate ac dignitate cæteros anteirent, de quibus suffragia ferrentur, duo ex oĩ numero Maximus, atq; Albinus plurimis suffragantibus impera tores creati. Horum maximus cum sæpe exercitibus pfuerat, tum pfectura urbi egregie gesta, maximã ingenii pudentiæq;, præterea uitæ continentis opinioné uulgo de se pbuerat, Albinus aũt patricii generis homo, cõsulatu iterũ gesto, multisq; puinciis sine ulla quærela administratis, morũ simplicior habebatur. Ita creati principes, Augustiq; appellati, ac Senatuscõsulto oĩbus impatoriis honoribus affecti sũt. Dum hæc aguntur in capitolio, interea Po. Ro. incertum subicientibus Gordiani amicis, ac necessariis, an tm̃ rumoribus exciti, facto ad portas cõcursu, uiam qua itur in capitoliũ totam cõferta multitudine occupauerant, lapidésq; & fustes ingerentes, rebus in Capitolio actis aduersabantur, ac Maximũ in primis recusantes, seueriorem. ſ. q̃ ut eũ leuis multitudo facile pateretur. Quapropter eo maxime offendebantur, clamantes identidé, ac minitantes utrunq; se confestim occisuros. Nam ipsi ex Gordiani genere principem sibi deposcebant, Ut in familia nominéque eo nomen Impatorium remaneret. Albinus ãt, ac maximus equestris ordinis iuuentute, atq; urbanis militibus cum gladiis undiq; stipati egredi Capitolio conabantur, sed lapidibus, ac fustibus cohereiti, do

nec ſubiciente neſcio quo ad hunc modum populo ip oſuerunt. Erat puer quidã infans adhuc ex Gordiani filia natus, nomen aui referens. Hunc igitur ſubmiſſis quibuſdã afferri ad ſe iuſſerunt, qui cum domi eum ludibundum offendiſſent, īpoſitum in humeros p mediã ferebãt multitudinem, plebi oſtentantes, ac nepotulum Gordiani dictitantes, uocanteſq; eum noīatim, quoad in Capitolium pertulerunt, populo ſubinde acclamante, & cōſpgente puer̃ frōdibus. Cum itaq; Senatus Cæſarē illum declaraſſet, quando adhuc p ætatē rem.p. gerere nō poterat, & iræ multitudinis reſederãt, paſſi uidelicet ſunt in aulã palatinam ſenes īperatores cōmigrare. Sed incidit p eos dies ciuitati Ro. funeſta calamitas, orta de nimia duor̃ ſenator̃ audacia. Nã cum Senatus haberetur de publicis negociis, duo ex militibus maximini, quos in caſtris reliquerat emeritæ iã ætatis, ad fores curiæ acceſſerunt exploratũ, quæ gererentur, inermes uidelicet, tantūmq; ſubarmalibus & ſagis induti. Conſtiterant ãt pariter cum reliqua multitudine, ſed cæteris ante fores præſtolantibus, duo, trēſue ad ſummã curioſiores audiendi, curiam ingreſſi, ſic ut ultra aram quoq; uictoriæ penetrarent. Hic Senator quidã depoſito nup conſulatu Gallicanus noīe, ac genere Carthaginienſis, alterq; item p̄torius Mecenas, nihil tale expectantes milites, manūſq; ad huc ſub ſagulis habentes, repente adactis in corda pugionibus interfi-ciunt. Etenim oīs Senatus ob recentē ſeditiōem, tumultūmq; ſupiorem alii propalam, pars clanculum gladios gerebant, quibus ſuã quiſq; ſalutem ab inimicor̃ inſidiis tuerentur. Ita cæſi milites, quod ſe de ipro uiſo defendere haud quiuerãt, proſtrati ante altaria iacebant. Quo uiſo cæteri, confeſtim expauefacti cōmilitonũ interitu, ſimul populi cōcurſum formidantes, qđ erant inermes, fugã arripuere. Cæter̃ gallicanus raptim ſe curia in mediã multitudinē prripiens, gladiūmq;, & manum ſtillantem ſanguine oſtentans, ad pſequendos, occidendoſque, Senatus Populiq; Romani hoſtes, amicos, ſocioſq; Maximini uulgus adhortabatur. Quibus rebus inducta plebs gallicanum fauſtis excipit acclamationibus, militeſq; lapidibus inceſſit, quatenus licuit pſecuta. Cæterum cum ſe illi in caſtra recepiſſent, paucis tantummodo uulneratis, clauſis portis, armiſq; arreptis caſtrorum mœnia defenſabãt. Verum gallican⁹ (quando ſemel tñ facinus auſus fuerat) bellum prinus ciuile, atq; oīb⁹ pernicioſum ſuſcitauit. Quippe iuſſis effringi publicis armamentariis in quibus pompæ magis inſtrumenta, q̃ belli aſſeruabantur, unde ſibi quiſq; munimentũ corporis accōmodaret, aptiſq; itē gladiatorũ ludis, atq; uno quoq; ppriis armis ornato, p̄terea cunctis, quæcunq; intra do

mos, aut officinas essent hastis, gladiis, ac securibus direptis, cũ q̃dq̃d oc currerat furor in arma cõuerteret, statim oẽs conferti, cõglobatiq; ad ca stra cõtẽderũt, ac uelut urbẽ aliq̃ expugnaturi muꝛ ipsum, portaſq; cir cumsederunt. Cæterũ milites utpote pugnãdi ꝑitissimi, pinnis sese mu rorum clypeisq; ꝓtegentes, sagittarũ iactu crebro, ac ꝓlongis cõtis mul titudinem repellebãt. Postremo cum iã defatigato populo sauciisq; ma gna ex parte gladiatoribus, atq; in uesperã uergente die, regredi in urbẽ decreuissent, cõspicati milites securitatẽ abeũtium (quippe minime au suros putabãt Romani, adeo paucos aduersus tantã multitudinem, ca stris eruptiõem facere) cõfestim uniuersi sese portis patẽtibus in uulgus illud hoĩum concitauere. Ibi gladiatores ad unum cæsi, magnaq; pars populi collisa, quo facto, cum haud ꝓcul castris recessissent rursum sese intra munimenta receperunt. Hinc igitur maior Senatui, Populoq; Ro mano indignatio oborta, quare duces ex Italia oĩ ꝓbatissimum quẽq; delegerunt, iuuentutẽmq; oẽm collectã in unum subitariis armis, ac tu multuariis adornarunt. Horum potissimum partem secum maximus eduxit, ut aduersus Maximinum præliaretur, reliqui ad urbis custodiã tutelamq; relicti. Interea cottidie ad muros castrorum dimicabatur, sed profectu nullo defensantibus sup̃ne militibus, ictaq; & sauciã multitu dinem sede repellentibus. At Balbinus domi se cõtinens populo ꝑ edi ctum supplicabat, ut in gratiã cum militibus rediret, quibus ẽt oĩum, quæ patrauerant obliuiõem, atq; ĩpunitatem pollicebatur. Sed neutris id ꝑsuasum, gliscente in dies malo, ac populo indignante, ꝙ tanta mul titudo tam paucis cõtemptui foret, cõtra militibus egerrime ferentibus ea se à Romanis passos, quæ uix unq̃ à barbaris expectassent. Postremo quãdo oppugnatio parum ꝓcedebat, uisum ducibus interuertere oĩs riuos, qui in castra peruenirent, ut milites aquarum penuria sitiq; con ficerent. Igitur abscindendo, obstruendoq; cunctos è castris aquarum riuos auertebant. Sed n. intellecto periculo milites, ac rebus desperatis, erumpunt uniuersi patentibus portis, cõgressiq; multitudinem fugiẽ tem in urbem usq; persequuntur. Sed ubi iam statario illo certamine plebs inferior intra domos se recepat, ac tegularum, lapiduq;, & testa rum iactibus desuper urgere cœperat milites, haud ausi illi ignota ædi ficia subire, clausis ẽt domibus, & tabernis, ignem ianuis, ac ligneis ædi ficiorum proiecturis, quales in urbe plurimæ sunt, illico admouerunt. Quo factum est, ut partim crebritate insularum, partim lignea materia bona pars urbis conflagrauerit, multiq; ex opulentis pauperes facti, ma ximis, atq; egregiis amissis possessionibus, uel prouentu uberrimis, uel

splendore

splendore ipso,& uarietate pretiosis. Neq; uero pauci extincti mortales ꝙ ianuis igne occupatis prorũpere se domo copia non fuerat, bonaque diuitum direpta penitus immiscente se militibus studio rapiendi facinorosissimo quoq; & tenui plebecula. Sed adeo peruagatum longe, lateq; incendium est, ut plus multo consumpserit, ꝗ quãtum spatii maxima quæq; urbs ædificiis occupet. Dum hæc Romæ geruntur, interea Maximinus cõfecto itinere Italiam attigerat, ac sacrificato ad aras, quæ in finibus ipsis erectæ sunt, pgit iter facere, iussis arma tenere, atq; instructa acie progredi militibus. Sed cum & Africæ defectionem, & Romæ bellum ciuile, ꝑterea q; res à Maximino gestas, iterq; eius Hactenus conscripserimus, reliqua deinceps explicabuntur.

LIBER OCTAVVS.

q VE post interitum Gordiani gesserit Maximinus, itér queeius in Italiam, prætereaq; Africæ defectionem, & in urbe ipsa populi, ac militum seditiones, superiore uolumine recensuimus. Enimuero Maximinus posteaꝗ ad Italiæ fines peruenit, præmissis exploratoribus, qui specularentur, an ullæ in alpium conuallibus, & densissimis siluis insidiæ delitescerent, ipse in planum deductis militibus, iubet armatorum acies quadrato agmine incedere, ut ab iis ꝗ plurimum campi occuparetur, cunctisq; in medium coactis impedimentis, ipse cum suis stipatoribus ueluti subsidio sequebatur, aliis utrinq; discurrentibus cataphractorum equitum, Maurisq; iaculatoribus, sagittariisq; ex oriente, & eqtatu Germãorum, quos auxiliares asciuerat, quodq; etiam præcipue opponere hostibus consueuerat, ut primos uidelicet impetus exciperent, feroces, audacesq; initio pugnæ uiri, simul (ut si in discrimẽ ueniretur) uilis potissimum barbaria illa periclitaretur. Sed ubi totam planiciem seruatis ordinibus transmiserunt, ad Italiæ urbem peruentum est, quæ Ema à cultoribus uocatur. Ea sita est in extrema planicie ad alpium radices, Vbi speculatores, atq; exploratores exercitus narrant Maximino uacuam relictam urbem, aufugisse omnis incolas. Templorum etiam, ac domorum ianuis incendio consumptis, atq; omnibus, quæ uel in urbe, uel in agris fuerant exportatis, aut igni corruptis, nihil aut iumentis, aut hoibus alimentorum relictum. Quæ res grata in primis Maximino fuit, ꝙ idem cæteros quoq; populos suo queq; metu factu ros arbitrabatur. Cõtra milites idigne tulerunt, ꝙ ab initio statim fame

laborarent. Cũq; noctem exegissent, partim intra patentes, cõmunes̃ que oĩbus domos, partim in planicie ipsa, statim sole oriente, ad Alpes accesserunt. Hi sunt longissimi quidã montes, uice muro℞ Italiæ circundati, adeo in altũ editi, ut ẽt superare nubes uideantur, itaq; in longum porrecti, ut uniuersam Italiam comprehendãt, leua ad Tyrrhenum pelagus, dextra ad Ionium usq; ꝑtingentes, densis ubiq; nemoribus ĩsessi, atq; angustissimis callibus, & rupiũ prærupta altitudine, scopulorũmq; asperitate uix peruii, nõnullis tamen quasi semitis magno ueterum Italo℞ labore manu factis. Quapropter ĩgens transiturum illac exercitũ formido tenebat, sperãtem sũma iuga teneri iã ab hoste, nullósq; non obstructos exitus ad se prohibendos. Neq; is metus de nihilo erat, loco℞ naturam cõtem plantibus. Postea uero q̃ sine ullo ĩpedimento superatis alpibus in castra descenderãt, læti. s. oẽs instauratis animis uitulabãtur, nihi'lq; non sibi ex sententia cessurũ Maximinus arbitrabatur, ne locorum quidẽ difficultati fidentibus Italis, ĩtra quas latitare ipsi, & saluti suæ cõsulere, prætereáq; insidiari hostibus, ac locis superne ĩminẽtibus pugnã capessere potuissent. Sed ubi planiciẽ attigerunt, nunciãt exploratores maximã Italiæ urbẽ Aquileiã portas occlusisse, pannoniorum acies, quæ præiuetãt acriter murũ oppugnasse. Cæterũ tentata re sæpe oẽs incassũ conatus euasisse. Itaq; iã defatigatos recedere, lapidibus. s. et hastis, magnáq; sagitta℞ ui desuper ĩgruẽtibus. At Maximinus iratus Pannoniis, quasi parũ ĩpigre præliatis, ipse cũ exercitu reliquo accelerabat, sperans nullo negocio se illius urbis potiturũ. Sed Aquileia prius quoq; (ut erat ingens urbis eius magnitudo) populo abundabat, & uelut Italiæ quoddã Emporiũ ad mare sita, q̃si que terminus Illyriæ, copiã rerũ e continenti per terrã, fluuiósq; cõuectã nauigãtibus suggerebat, & ab ipso mari res ad usũ eorũ, q continentem colũt necessarias, uidelicet superioribus terris ꝓpter hyemis asperitatẽ minus feracibus, maxime tñ uinũ, cuius in ipsa regiõe maximus prouentus est, uicinis gentibus ne uitẽ quidẽ habentibus affatĩ suppeditibat. Ex quo factũ uti super ciuiũ ingentẽ numerum, etiam magna uis hospitũ, ac mercatorũ eam urbẽ frequentaret. Enĩuero tunc ẽt aucta multitudo confluentibus illuc ex agris quicunq; oppidulis, uicísq; circa relictis, fidebant urbis magnitudini, ac uetustis mœnibus dirutis quidẽ antea magna ex parte, quippe in tanta Romanorum potentia neq; murorũ, neq; armorũ Italiæ ciuitates indigebant, pacẽ altissimã agitantes, atque in participatũ reipu. ascitæ, sed tunc urgente uidelicet necessitate renouatis, instauratísque mœnibus, præterea turribus,

ac pro

ac propugnaculis excitatis,totaq; urbe ad eum modũ cõmunita, clausisq; portis,noctẽ diẽmq; uniuersi pro muro stantes,hostẽ fortissime propulsabant. Duces erant summa potestate duo consulares uiri lecti à Senatu Crispinus,ac Menephilus. Hi maxima diligentia procurauerant,uti necessaria quæq; in urbẽ ĩportarentur. Sic ut diuturnior quoque sustineri oppugnatio potuerit. Erat item in urbe magna aquarũ abundantia, partim ex puteis sane frequentibus,partim è fluuio muros præterfluente,ac pariter fossæ obiectus,& aquarũ præbente copiã. His ita intra urbẽ cõparatis,ut primũ defendi muros diligenter, clausisq; portas Maximinus audiuit,decreuit mittere legatorũ speciẽ, qui illos alloquerẽtur,ac si possent,reserari sibi portas persuaderent. Habebat aũt in exercitu tribunũ quẽdam Aquileiæ ciuẽ, cuius nati, atque uxor, præterea familia oĩs in urbe erãt conclusi. quare eum, centurionesq; nonnullos, quasi oratores mittit, sperans facile illius auctoritate municipes secuturos, qui ubi muro appropinquarunt, in hanc sententiam uerba faciunt. Iubere cõmunem Imperatorẽ pacem depositis armis colere,seq; amicum pro hoste accipere, sacrisq; faciundis uacare, q̃ cædibus, miserari patriã paulo post (si obstinati perstiterint) ruiturã, licere ipsis (si uelint) una opera sibi quenq;,& saluti patriæ consulere, quippe obliuionẽ, ueniãmq; oĩum, quæ fecerint o primum Principẽ polliceri, quando nihil ipsorũ, sed oĩa forent aliena culpa contracta. Talia quædam sub muro legati magna uoce pronunciabant, sic ut facile exaudiri, si non plane ab oĩbus, certe ab ea multitudine possent, quæcunque supra muros, turrisq; constiterat. Etenim taciti oẽs legatorũ dictis aures dediderant. Quare metuens Crispinus, ne pollicitationibus illis, quæ uulgi ĩconstãtia est, ad mutandũ pace bellũ, referendasq; hosti portas ĩpellerẽtur, discursis ipse per muros rogare, obtestariq; singulos uti audacter manerẽt, fortiterq; resisterẽt, neq; fidẽ proderẽt Senatui debitã. P. Q. R. ne ue titulũ seruatæ, ac propugnatæ italiæ totius aspernarẽtur, neu promissis crederẽt piuri, fraudulẽtiq; Tyrãni, ne ue itẽ benigna oratiõe inescati ruerẽt ĩ manifestã perniciẽ, sed considerẽt belli fortunæ, ita plerũq; dubiæ, atq; ãcipiti, ut magnus interĩ numerus à paucissimis, & q̃ potẽtiores credũtur, ab iis, q̃ ĩbecilliores habeãtur uicti, superatique sint, nẽ ue utique expauescerent exercitus illius magnitudinem. Nam qui pro altero dimicant, cum suæ uictoriæ felicitatem, ad alios uideant migraturam, minus profecto acriter decertatit, quippe qui intellegant se quidem in periculi participatum admitti, cæterum extremos uictoriæ fructus ad alium peruenturos. Qui

autem pro patria pugnãt, præter quam, ꝙ spe meliore esse debent (Neque n. aliena occupare, sed tueri sua contendunt) étaio suntmaiore, ut quos nõ alienum Imperium, sed sua quenq; necessitas adigat. Quoniam .s. uictoriæ fructus ipsis potissimũ debeantur. Talia quædã nunc singulis, nunc uniuersis ingerés Crispinus, homo suapte natura uenerabilis, ac Romana facundia pollés. Præterea gratus oĩbus, miti, modestoq; imperio ꝑsuasit multitudini, ut in officio, fideq; ꝑmanerent, iussitq; legatos rebus infectis ad Maximinũ reuerti. Dicebaturãt Crispinus ad bellum sic audacter sustinendũ, ét haruspicũ responso, qui læta exta nunciarét, animatus, etenim magnope fidé huiuscemodi signis habere Itali cõsuerunt. Cæterum nõnulla quoq; oracula ferebantur, patrii cuiusdam numinis uictoriam ꝓmittentia. Belem uocant indigenæ, magnaque eum religione colunt. Apolliné interpretantes, cuius ét speciem pro urbe ipsa pugnãtem, quidã è militibus Maximini uisam sibi in cælo offirmabant, qđ utrum sic esse nonnulli putauerint, an id commentum placuerit, ad leuandam infamiam tãti exercitus, qui bello impar foret aduersus minorem multo numerum oppidanorum, ut scilicet uicti potius à diis, q̃ ab hominibus uiderentur, haud sane satis exploratum habeo. Cæterum nouitas euentus cuncta credibiliora facit, Postea uero q̃ infecto negocio legati reuerterunt, ira & furore instinctus Maximinus, magis, magisq; accelerabat, Vt autem ad fluuium peruenit, qui ad lapidem duodecimum procul est ab urbe, inuenit ipsum maxima a luei profunditate, ac latitudine defluentem. Etenim anni tempore solutæ uicinorum montium niues, quas longa hyems durauerat, maximum torrentem effecerant. Sic ut nullo pacto transire exercitus posset, nam pontem quod opus magnum, atq; pulcherrimum ueteres Imperatores lapide quadrato construxerant, pylis ueluti quibusdam paruis sensim crescentibus ruperant, ac resoluerant Aquileienses. Ita cũ neq; ponte, neq; nauigiis (quippe nulla suppeditabãtur) transire exercitus posset, substitit incertus consilii Sed enim germani aliquor ignari, q̃ rapido, abruptoq; impetu Italiæ flumina deferantur, ratiq; sensim influere campos, quemadmodum apud ipsos consueuerunt (unde etiam qa minimum seconcitant, perfacile congelascunt) ausi seq;, & equos natãdi peritos alueo credere, ui fluminis ablati perierunt. Igitur cum biduum, aut triduum in tentoriis fuisset Maximinus ducta circum exercitum fossa, ne qui de ĩprouiso in castra ruerent, stabat in sua ripa deliberabundus, quonam tandem pacto fluuium ponte iungeret. Sed magna lignorum, ac nauigiorũ penuria, q̃bus íter se iũctis ponté fabricaretur,

nuncia-

nunciarūt quidam è fabris, esse permultas in agris illis desertis inanes cupas forma rotunda, quibus uidelicet incolæ quōdā ad uinū impor tandum utebantur, ea cum essent ad nauium similitudinem concaua, deuincta mox inter sese scafaꝝ more, innatatura uidebantur, etenim ire pessum uinculis inter se constricta, ac uiminibus desuper iniectis, & puluere multo saburrata nō poterant. Quod ubi factū est, facile milites in ulteriorem ripā trangressi, suburbanis ædificiis, quæ deserta inuenerunt, igni corepris, uites, arboresq; exciderūt, omnemq; eius regionis ornatū fœdauerūt. Siquidē arboꝝ comparibus ordinibus, ac uitibus iter se iunctis, & ī sublime euectis, ad festæ celebritatis speciē, quasi coronis quibusdā redimita oīs regio uidebatur, quibus radicitus excisis, exercitus ad ipsos urbis muros contendebat. Sed oibus defatigatis, non fuit Imperatoris consiliū urbē ipsam statim inuadere. Sed extra teli iactū constituto milite, diuisoq; in centurias, & cuneos, ac partibus muri totius, unicuiq; attributis, uno tantū die ad requiescendū indulto, statim deinde oppugnare urbē aggreditur. Igitur machinamentis omnifariā admotis, cū genus oppugnationis nullū prætermitteretur, plurima scilicet, ac propemodū cotidiana certamina edebātur, etenī circundatis uelut indagine quadā muris, magnaq; ui, atq; alacritate pugnā capessēte milite, resistebāt audacter Aquileienses, clausisq; tēplis, et domibus, uniuersi cū liberis & cōiugibus urbē desuper è turribus, ac propugnaculis defensabāt. Neq; erat ulla tā inutilis ætas, quæ pugnare pro patria recusaret. Cæterū suburbana oīa, & quidquid extra urbem ædificioꝝ fuerat, demolitus Maximinus, lignis, materiaq; oī ad machinas abutebatur, quibus muri saltē aliq̄ partē demoliretur, qua imissus exercitus deriperet urbē, ac dirueret, totaq; eā uastā mox desertāmq; relinqueret. Neq;. n. decoꝝ sibi, aut honorificū fore iter Romā arbitrabatur, nisi urbem deleuisset, quæ prima in italia obstinsset. Quocirca multa pollicētes, atq; obstentantes, ipse cū filio, quē Cæsarem fecerat, obequitabāt militibus, eosq; ad pugnādū acriter adhortabantur. Enin uero Aquileienses saxa desuper iaciebant, sulfureq; bitumine, ac pice mixtum doliis, quoꝝ manubria lōgiora, imittebant, atq; ut primum exercitus muris successerat, ignibus iniectis dispgebāt unanimiter im brium ritu. Quamobrē pix illa cum cæteris, quæ supra diximus partes nudas corporis subiens undiq; diffundebatur. Sic ut miles loricas, armaq; cætera ferro excandescente, coriisq;, ac lignis ardentibus contrahentibusq; se raptī abiiceret. Itaque cernere erat milites arma sibi ipsos detrahentes, quæ spolioꝝ speciē abiecta humi, commēto magis ar

tis,q̃ ui pugnantium præferebant,ex quo factum est, ut plerisq; militibus,aut oculi extinguerentur,aut summæ oris partes,manusq; item,& siqua præterea nuda in corpore patebant,ignibus labefactarentur. Sed & machinis,quæ muro admouebantur desup tædas iniciebát,pice,ac resina oblitas,quapropter extremitas mucroné ueluti sagittæ haberet,q̃ cum accensæ deferebátur, isixæ inhærentesq; machinis,facile illas concremabant. Sed primis sane diebus par utrinq; librata fuit pugnæ fortuna Dein mora iniecta mœstus,minusq; iam alacer Maximini erat exercitus. Sed quia spe falsus,tristiórq; indies. Nã quos ne unum quidem diẽ sperauerant suum laturos ipetum,eos non mó non cedentes,sed resistentes, ét audacissime aíaduertebant. Contra Aquileiensesmagis,magisq; indies,uirium,atq; aĩoȝ iplebantur, & assiduitate pugnandi peritiã pariter,audaciamq; consecuti. Sic despiciebant milites, ut ét iocarenturin eos,& cauillarentur,nihilq; nõ cõtumeliæ obeunti muros Maximino exprobarent,tum in ipsum iuxta filiumq; nulla non iacerent probra, quibus irritatus,ac furens,cum effundere in hostesiram nõ liceret,plurimos é suis ducibus quasi parum strenue,atq; acriter urbem oppugnarét,extremo supplicio affecit. Quo factum,utin festiorem sibi,atq; iratiorem militem reddiderit,& contemptibilior fieret aduersariis. Euenit præterea,ut Aquileienses commeatu,rebusque cæteris abundarent, quoniam magna diligentia,quæcunq; ad hoíes,aut equos substentandos desiderantur,in urbem fuerant cõportata. Contra exercitus,omnium rerum egenus,excisis feracibus arboribus,agróq; oĩ puastato, parti sub tumultuariis tentoriis agitabant,partim sub apto cælo tolerabant solem atq; imbres. Siqdem nihil alimenti,uel ipsis,uel iumentis ipportabatur,obsessis omnibus italiæ itineribus,Romáorum diligẽtia,murisq; & portis excitatis. Etenim uiros consulares cum lectissimis ac spectatissimis hominibus ex italia tota miserat Senatus qui litora,portusque tutarentur. Neq; cuiq̃ potestatem facerent nauigandi, sicut inaudita,incognitáque forent Maximino quæcunque Romæ agitabant. Quin uiæ quoque oẽs,& calles,ne quis transiret diligentissime seruabantur. Ita eueniebat,ut exercitus,qui urbem obsidebat,ipse inuicé obsideretur. Nam neque Aquileiam capere neque Romam proficisci poterat,nauigioȝ ac uehiculoȝ penuria,quæ oĩa prius occupata,& conclusa fuerant. rumores quoque suspitionibus in maius augebantur,cẽ uniuersum in armis Romanum populum cõsẽsisse italiã, gentesque oẽs illyricas,barbarasq; quasq̃cunq; aut oriens. aut meridies uidet ad exercitũ cõtrahendũ,cõiuratas ĩ Maximini odium. Quare desp̃ates milites

tes,oīum rerum penuria laborabant,uíxq; aquæ satis hébant,quam ét
pollutam sanguine,& cædibus de flumine auriebāt · Nā & aquileiēses
cadauera suorū,quæ humari nō poterant,in flumina ꝑcipitabāt,& qui
ferro,morbóq; in exercitu ꝑierant,itidem alueo demergebantur, inter
quos ét,qui inopia ciborum cōfecti,uix adhuc spiritum retentabāt.cū
igitur ad hunc modum mœstus,atq; inops exercitus esset,repente dum
sub tentorio quiescit Maximinus uacuo die à pugna,cum pleriq;,aut ī
tabernacula,aut in suas quisq; statiões cōcessissent, uisum est militibus
iis,quorum ad urbē Romam sub monte Albano castra erāt,atq; in hís
liberi eorum,cōiugésq; relictæ,neci dedere Maximinum, ut aliqñā à di
uturna,& inexplicabili obsidione requiescerent·Neque Italiæ bellum
inferrent in Tyranni gratiam ,damnati omnibus & inuisi, quocir-
ca occupata audacia,sub medium ferme diem ad illius tentorium cō-
tendunt,cōspirantibus unà corporis custodibus · Ibiq; postq̄ de signis
militaribus illius imagines detraxerunt,ꝓdeuntē mox tentorio,cum
filio,ut ad eos loquerétur,cōtinuo obtruncant, unàq; præfectum præ
torio,& quoscunq; carissimos ille habuerat,ꝓiectáq; ad ludibrium ca-
dauera,canibus dein,uolucribúsq; lanianda reliq̄rūt, missis tm̄ Romā
Impatorum capitibus·Hunc habuit finem Maximinus cum filio· Ita
male gesti impii dedere ambo supplicium · Cæterū exercitus hærebat
nec eaudita principum·Neq;.n.ꝑinde oībus grata, præsertímq; Panno
niis, Thracibúsq; barbaris,qui.s.impium tradiderāt · Sed qñ infectum
fieri iā nequibat,ferebant,quanq̄ inuiti,& se gaudere cum cæteris simu
labant·Quare depositis armis pacato tum habitu,ad Aquileiæ muros
accesserunt,nunciatáq; cæde Maximini,petebant,uti sibi portæ apiren
tur amicis iā,qui pridie hostes fuissent·Enimuero Aquileiensium Du-
ces,haud passi,ꝓponunt Maximi,& Balbini,ac Gordiani Cæsaris ima
gines,coronis & lauro redimitas·Quibus ipsi acclamantes ét hortaban
tur exercitum,ut agnoscerent,salutaréntq;,& lætis exciperent uocibus
quos Senatus,Populúsque Romanus Imperatores elegisset.Nam gor-
dianos illos superiores,eum Dis agere æuum Sed & forum rerum ue-
nalium supra muros exposuerunt,magna ciborum,uiníq; copia· Præ
tereáq; uestium & calceorum,rerúmque adeo omnium, quas præbere
hoībus posset ciuitas beata,& florens.Igitur magis,magísq; ea res exerci
tum obstupefecit,cogitantem fuisse illis abunde oīa,ét ad lōgiorē obsi
dionem suffectura,cōtráq;,se magna egestate omnium,ꝓ tius aliquan-
to perituros,q̄ urbe omnibus circunfluente copiis potirentur·Ita ma-
nente sub muris exercitu,& quæ cuique usui forēt inde sumētibus,col

loquentibusq; inter se, pacis erant, amicitiæq; uelut habitus, manente adhuc obsidionis specie, cum scilicet clausa mœnia Romanus circũsideret exercitus. Dum hæc ad Aquileiã geruntur, interea equites, qui Maximini caput Romam ferebant, magno studio accelerantes, patentibus ubiq; portis, ac laureata populo & frequentia excepti, stagnis, paludibusq; inter Altinũ, ac Rauennam enauigatis, Maximum in urbe Rauẽna inuenerũt, delectos ex urbe, & Italia cõtrahentẽ milites, ac germano & auxiliares, q beneuolẽtiæ noĩe publice à popularibus missi fuerant, qbus olim Maximus cum ĩperio diligẽtissime pfuerat. Ergo parãti copias aduersus Maximinũ repẽte occurrũt eqtes, capita ferẽtes Principũ, uictoriãq; nuntiãtes, & rerũ pſperos successus, cõsensũmq; exercitus, & populi, ad eosdẽ colẽdos Principes, quos Senatus elegisset. His igitur præter spẽ nũciatis, statĩ ad aras sacrificatũ discurrit, uictoriam canẽtibus uniuersis, quã citra puluerisiactũ sibi pepererãt. Enĩuero Maximus pacto sacrificio Romã dimittit eqtes, ut rẽ gestã populo narrẽt, & capita illa pferant. Qui postq̃ puenere in urbẽ, atq; ĩfixa cõtis hostilia capita oĩbus cõspicienda ptulerũt, nemo utiq; uerbis ullis cõsequi posset, festũ, lætitiãmq; eius diei. Nulla q̃ppe fuit ætas, quæ nõ ad aras, & tẽpla festinaret, nemo q domi se cõtinuerit, sed ibãt ceu lymphati gratantes inuicẽ, atq; incircũ, ueluti futura cõtione frequẽtes cõcurrebant. Ipseq; Balbinus hecatõbas ĩmolabat, nulliq; non magistratus, nulli nõ Senatorio ordĩe lætabũdi supra q̃ dici posset agitabãt, quasi securi ceruicibus ĩminentẽ excussissent. Igitur nũcii, legatiq; per oẽs prouĩcias laureati dimittebãtur, dũmq; ad hũc modũ tanta Romanũ Po. lætitia tenebat, interea Maximus Rauenna profectus, Aqleiã peruenit, trãsmissis paludibus, ĩ quas fluuius Eridanus, ac uicina ex undãt stagna, sic ut p ora septẽ in mare pcipitetur. Itaq; ĩdigenæ patria lingua paludẽ illã, septẽ maria appellãt. Stati igit̃ Aqleiẽses Maximũ reseratis portis excepere, nullaeq; nõ Italiæ ciuitates legatos mittebãt Prĩcipes uiros cãdidatos, ac laureatos, & deo & patriorũ simulachra, aureasq; coronas, siquæ ĩ donariis fuerãt cõportãtes, q fausta oĩa Maxĩo acclamarẽt, & frõdibus cũ cõspergerẽt. Qui exercitus ẽt, q Aqleiã circũsederat, pacato habitu pdibat laureatus, nõ tã uero, cõcordiq; affectu uniuersorũ, q̃ ficta beneuolẽtia, & honore tẽporario, ad pſẽtẽ fortunã principis accõmodato, plerisq; tñ ĩdignãtibus, ac dolẽtibus clãculũ, quẽ ipsi elegerãt cecidisse, re& potiri, quẽ Senatus creauerat. Enĩuero Maximus uno, alteroq; die sacrificiis absũpto, tertio dein exercitum omnẽ in planiciẽ conuocauit, atq; ex tribunali ad hunc modũ uerba fecit.

Quam

Vam fuerit ex usu uobis pœnitentia,& reconciliata cum Ro
q manisgratia,re ipsa didicistis,pacē uidelicet pro bello agitan
tes,seruato ēt militari iureiurādo,q̄d est unū Romani prīci-
patus mysteriū sanctissimū.Quare debetis ēt deīceps huiscemodi cō-
modis frui,fidē populo seruātes,Senatuīq; Ro.& nobis impatoribus,
quos à nobilitate,&reb⁹ gestis,lōgáq; seriegeneris,quasi p gradus quos
dā,puectos pari iudicio.S.P.Q.R.elegerunt.Neq; n.unius tm̄ hoīs
peculiaris possessio prīcipatus ē,sed coīs antiquitus totius Romāi Po.
siquidē in illa urbe sita ē īpii fortuna , nobisaūt dispēsatio tm̄,atq; admi-
nistratio prīcipatus una uobiscū demādata ē.Qui si ordinē,quē decet,
ac modestiā retinebitis Si debitū principibus honorē,ac reuerētiā exhi
bebitis,cū ipsi beatā uitā, bonisq; oībusaffluentē adipiscemini, tū na
tiones,ac ciuitates uniuersæ pacē colētes ī officio pmanebūt.Viueris āt
cuncti ex aī uestri snīa domi suæ qsq;, neq; ī externis regiōibus cōflicta
bimini.Vt āt Barbaræ gentes pacē,quietēq; tueant̄,nobiscū erit hic la-
bor.Nā cū duo sint impatores,facilius urbanæ res administrabūt̄,atq;
externæ,p̄sto ī futuro alterutro,quocūq; usus uocauerit.Neq; uero su-
spicemini reꝝ supioꝝ memoriā ullā supfor,aut ī nobis,quippe nihil
nōiussi fecistis)aut in Ro.Po,nationibusq; aliis,q̄cūq; ob acceptas in-
iurias desciuerūt.Sit oīum obliuio.Sit fœdus cōstātis amicitiæ.Fideīq;
beniuolētiæ,ac moderatiōis sēpiterna.Hæc locutus Maxius,ac pecuni
as magna copia pollicitus,paucos aquileiæ cōmoratus dies,Romā re-
uerti cōstituit.Igitur dimisso exercitu reliquo in ,puincias,castráq; pro
pria,Romā reuertitur,ipse cumstipatoribus iis, quibus īpatorū custo
dia īcumbebat.Quiq; delecti ab Albino fuerāt,neq; non auxiliaribus
Germanis,quorū potissimū fidei cōfidebat,utpote quibus olī nōdum
adepto īpio cū ptāte pfuerat.Ingredīēti urbē ēt Albinus occurrit.Gor
dianum Cæsarē secum adducēs.Senatus āt populusq; uniuersus lætis
acclamatiōibus ueluti triumphātes excepunt.Post id āt,cum publice,
priuatiq; magna modestia,& grauitate īpium gubernaret̄,oēsq; oīa bo
na dicerēt,lætareturq; populus,& gloriaretur p̄ritiis, īpioq; dignis prī
cipibus,militum tm̄ ulcerosi animi populares illas acclamatiōes haud
æquis auribus accipiebāt,ipsáq; illā nobilitatē grauabātur īdigne ferē
tes,datos sibi à Senatu prīcipes.Angebāt p̄terea eos Germāi,quos in ur
be secum Maxius retīuerat.Nā futuros uidices spabāt,siquid ipsi mai⁹
ausi forēt,& iāq; insidias suspectabāt,ne forte ab illis p fraudē exarma-
rentur,mēores Seueri principis,qui ēt ptinacis īterfectores exauctora-
uerat.Cū itaq; ludi Capitolini celebrarētur deditis festo,ac spectaculis
oīum mentibus repēte dissimulatum diu sensum milites indicarunt.

Nāq; ira iſtincti,ac ueſano quodā motu unanimiter ad regiā cōcurrētes,ſenes pricipes ad necē depoſcebāt.Forte accidit,ut ne ipſi qdē īter ſe ſatis cōgruerēt.Sed(ut ē regnādi īexauſta auiditas, atq; īcōmunicabilis natura poteſtatis) uterq; ad ſe ſummā impii trahebat. Etenim Albino claritudo natalium,atq; iterum geſtus conſulatus,Maximo aūt præfectura urbi,& quod reg: peritus habebatur,animos faciebant , utrunq; tamen patricia nobilitas,& quantū ſatis eſſet,illuſtre genus,ad ſum mū Imperium ſtimulabant.Quæ res in primis ambos perdidit Nā audito Maximus ueniſſe ad ſe occidendum milites,qui prætoriani appellantur,arceſſere ſtatim Germanos auxiliares ſtatuerat , qui ſcilicet in urbe ipſa erāt,ac poſſe reſiſtere ꝑtorianis uidebāt̄.At Albinus dolū cōtia ſe, compoſitāmq; aliquam ſuſpectās fraudem,ꝗ ſtudere Maximino Germanos cognouerat,prohibuit acciri illos,negans ad prohibeudos repellendóſq; prætorianos conuocari,Sed id agi,ut ſumma rerum ſolus Maximus potiatur,ac dum inter ſe adhuc modum diſceptant,Ecce tibi unanimiter milites impetu in aulam facto,turbatis ianuarum cuſtodibus,Senem corripiunt utrunq;,laceratíſq; ueſtibus,quas gerebant,uilioribus ſane,utpote domi ſe cōtinentium,nudos ipſos ex aula abſtrahunt,ac per oēm ignominiam , contumeliāmq; cedentes, irridentéſq; Senatorios imperatores,barbāmq;,& ſupercilia uellentes,neq; ulli,parcentes corporis totius ludibrio,per mediā urbem ad caſtra deducebant ne occidere quidem illos in regia decreti,ſed lento mortis genere,prius excarnificare,quo dolorem diutius perpeterentur. Sed ubi germanos rede inde cognita raptis armis in auxilium concurrere,nuntiatum prætorianis eſt,Statim illos nullo non ludibrio prius affectos contrucidant.Relictíſq; in ipſa uia cadaueribus,tollentes in altum manibus Gordianum Cæſarē,quando aliud nihil occurrit,Imperatorem conſalutabant.Identidē ad populum uociferantes,iacere ipſorum manu, quos populus ab initio recuſauerat.Electūmq; Gordianum,Gordiani nepotem,quem ipſe.Ro. Po.ad imperium compuliſſet. Hunc igitur ſecum deducentes coiere in caſtra,clauſíſq; portis quieti agitabant At Germani,ubi occiſos,proiectóſq; audierunt,quorum cauſa propè rauerant,cum nollent irritum bellum pro uiris uita defunctis ſuſcipere,in ſua diuerſoria reuertuntur.Hunc finem uitæ habuerunt,indignū uidelicet,ac nefarium ſācti,& uenerabiles ſenes,claritudine generis,atq; egregiis meritis, ad imperii faſtigium prouecti. Cæterum Gordianus cum annorum eſſet ferme tredecim, Princeps ab uniuerſis declaratus, Romanū ſuſcepit Imperium.

FINIS

Angeli Politiani in epicteti stoici enchiridion è græco à se interpreta-
tum ad Laurentium Medicem epistola,

c Aenea lapithã, eum qui cum centauris pugnauerit, Lauré
ti Medices adeo uulneribus inuiolabilem, telísq; im perui-
um fuisse scribit Pindarus, ut cum in eum centauri ingen
tem quandam syluarum molem facto unanimiter im pe-
tu congessissent, recto (ut idem inquit) pede terram sciderit. At uero epi
ctetus hic noster, ea non à uulcano ut Achilles, atq; Aeneas, sed à natura
ipsa, ac ratione arma accepit. Quæ non modo se à telis, & ferro, sed à me
tu quoq;, & dolore, cæterísq; animi perturbationibus tutum inuiola-
bilémq; præstiterint. Bellum quidem hic uir, non cum centauris, ut il-
le, sed cum fortuna, cúmq; opinione acerrimum gessit. Quas ita am-
bas fudit, atq; fugauit, ut eas ex uniuersa quoq; hominum uita extermi
nauerit. Qui cum & seruus esset, & claudus, & homerico Iro pauperior,
haud tamé dubitauit, diis sese amicum notissimo apud græcos disticho
asseuerare. Legerat enim apud Platonem in eo dialogo, qui Alcibiades
primus, aut de natura hominis inscribitur. Eum proprie, ueróq; homi
nem esse, cuius omnis in rationali aĩo substantia existeret. Quapropter
quicquid extra hunc hominem foret, id ad se minime pertinere arbi-
tratus est, neq; id uerbis tantum, aut libris, sed uita quoq; ipsa præ se tu-
lit, ita enim sese ab externorum cura auocauit, ut Romæ eius domus,
ne ianuam quidem ullam habuerit. Quippe in qua præter uilissimũ
cubile nihil omnino esset. Huius de uita, ac moribus ingens uolumen,
quod tamen olim culpa temporum interit, Arrianus uir clarissimus
conscripsit, é q; eius libris, quasi florem quendam, qui hunc Platonicũ
hoc est uerum hominem in libertatem uendicaret, excerpsit, atq; in uo
lumen redegit, quem quia librum ad manum semper habere oporte-
at, Enchiridion, quo nomine militaris pugiunculus significatur, inscri
psit. Sermo auté in eo omnino efficax est, atq; energiæ plenus, & in quo
mira sit ad permouendum uis. Suos enim quiuis affectus in eo agno-
scit. Adq; eos emendandos, ceu quodam aculeo excitatur. Omnia ue-
ro ordinem íter sese mirum habent, omnibúsq; ueluti lineis, quamuis
in plura id opus capita sit distinctum, ad excitandum rationalem ani-
mum, quasi ad ipsum centrum contendunt, ut is, & suæ dignitatis curã
habeat, & propriis actionibus secundum naturam utatur. Stilus autem
qualem res postularet, concisus est, dilucidus, quiq; omnem respuat or
natum. Pythagoreorúmq; præceptis, quas illi Diathecas uocãt, q̃ simil
limus. Hoc ego opus cũ latinũ facere eggrederer, ut indulti à te nobis

huius tam suauis ocii rationé aliquã redderé, in duo omnino mendosissima exéplaria incidi, pluribúsque locis magna ex parte mutilara. Quapropter cú & cætera quæcunq; usq̃ exemplaria extarent. Nó dissimilia his esse audiré. Permisi mihi ut sicubi aliqua capita, aut deessent, aut dimidiata superforent, ea ego de simplicii uerbis, qui id opus interpretatus est, maxima (quantú in me esset) fide supplerem. Quod si non uerba ad ungué (id nullo modo fieri poterat) at sensum certe ipsú purú, sincerúmq; latinú à nobis redditú arbitror. Quod ne quépiam fortasse perturbet, quéadmodú Aristarchus Homeri uersus, quos ipse non probaret, ita nos singula ipsa capita, quæ nostris quidé uerbis explicétur, obelo hoc é ueru iugulauimus. Suffurare igitur Laurenti tuis occupationibus ociolú aliquod, si potes, quod libelli huius lectioni ípertias. Id.n. disciplinæ genus in eo est. quod si recte perpédas, non cuiq̃ magis alioꝝ, q̃ ingentis fortunæ uiris conueniat. Sed quod in toto hoc libello pluribus explicatur, id oé Epictetus duobus his uerbis, quæ ét frequentissime usurpabat, cóprehendere est solitus. sustine & abstine. Patriá hic uir Hieropolim phrygiæ urbé habuit, Romæ epaphrodito cuidá Neronis familiari seruiit. Atq; ad Marci. usq; Antonini tpa peruenit. Domitiano aút imperante eius dominatu offensus Roma Hieropolí migrauit, ratus uerú esse, qd é apud Tragicú. Patriá éé cuiusq;, ubi quis recte ageret. Tãta uero apud omneis homines eius uitæ admiratio exstitit, Vt Lucianus syrus epicteti lucerná fictilé tribus drachmaꝝ millibus ob eius auctoritaté uenisse tradat. nos ad te nunc nó lucerná Epicteti, sed eius imaginem animi, quæ multo plus lucis habeat Laurenti mittimus. Nam cú uniuersá tuæ pulcherrimæ bibliothecæ supellectilé, quam tute nobis utendam concessisti, nuperrime scrutarer, hoc unú merito opusculú, quasi ex horto flosculú, qd tibi offerré, delibaui. Hic n. unus é liber, nisi me opinio fallit, qui & naturæ isti tuæ ad magna q̃dá sép, atq; ardua excitatæ, & his tá duris tpib⁹, qb⁹ te undiq; fortúa, exercédú accepit, maxíe oíum cóuéiat. Va.

EPICTETI STOICI ENCHIRIDION.

Quæ in nobis sint, quæue non, qualiáue, quæq; sint. Cap. i.

e Orum, quæ sunt, partim in nobis é, partí nó é. In nobis é opinio, cóatus, appetitus, declinatio, & ut uno dicá uerbo q̃cunq; nřa sunt opera, nó sút í nobis corpus, possessio, gloria, pricipatus, & uno uerbo quæcunq; nřa opera nó sunt. Quæ igitur in nobis sunt, natura sunt libera, nec quæ prohiberi ípedíriue possit. Quæ in nobis nó sút, ea íbecilla, serua, & quæ prohiberi possint, atq; aliena.

Quid

Quid ex eo℞ q̃ nr̃a,q̃q; aliena sint,ignoratiõe notitiaq; eueniat cap.ii
SI q̃ natura sunt libera, serua putabis, &aliena quæ sunt,propria,impedieris,dolebis,turbaberis,incusabis deos,atq; homines.Si uero quod tuum est id solum tuum esse putabis,& alienum,quod re uera est alienũ nemo te coget unq̃.nemo prohibebit, neminem culpabis, neminem accusabis,inuitus nihil ages,nemo te lædet,inimicum non habebis

Quod aliena omittẽda,nr̃a curãda,qđq; utraq; asseq non ẽ. cap.iii.
SI ergo talia expetis,memento non oportere modice commotum ea attingere,sed partim oĩo dimittere,partim in præsentia reiicere, ac primo tui ipsius curam agere.Si autem & hæc ipsa uelis,regnare & diues eẽ, & domesticos dirigere,fortasse neq; hæc ipsa consequeris, quia priora quoq; expetis.Illa uero nullo modo consequeris,quæ sola homini fœlicitatem pariunt.

Quo nos pacto in aspa quauis imaginatiõe gerere oporteat ca.iiii.
COntinuo igitur in quauis aspera imaginatione disce cõsiderare, imaginatiõem esse illam,neq; id oĩo esse,quod uidetur. Deinde scrutare id & examina his regulis,quas habes.Primaq; hac,& maxime,utrum circa ea sit,quæ sunt in nobis,an quæ non sunt. Quod si circa aliquod eorũ sit,quæ in nobis non sunt.Promptum hoc esto,nihil ad me.

Quomodo tractanda sunt,quæ in nobis sunt. cap.v.
MEmento appetitus promissionem esse,ut consequaris,quod appetis. declinationis autem promissionem,ut ĩ id non incidas,quod declinas. qui ergo appetitus promissione excidit,infortunatus est, qui autem in id quod declinat,incidit,male est fortunatus.Si ergo sola declines,quæ præter eorum naturam sunt,quæ in te sunt,nunq̃ in id incides,q̃d declinabis.Morbum autem si declines,aut mortem,aut paupertatem male fortunatus eris.Aufer igitur declinationem ab oĩbus, quæ non sunt in nobis,eáq; transfer in ea,quæ præter eorum naturam sunt,quæ in nobis sunt.Appetitum uero penitus in præsentia aufer.Si.n.appetis,quæ in nobis non sunt,ab aliquo eorum excidas,necesse est.quantum uero eorum,quæ sunt in nobis appetere expediat,nondum tibi constat. Solo animi cõatu,aut auocatiõe utere leuiter,& cũ supputatiõe & remisse.

Quomodo tractãda ,quæ in nobis non sunt. cap,vi.
IN uno quoq; eorum,quæ aut delectãt,aut utilitatem præbent,aut diliguntur,memento considerare,quale id quicq; est.Incipiens,a minimis.Si ollam diligis,dic ollam diligo.Ea enim fracta, non pertubaberis.Si filium tuum amas,aut uxorem,dic te hoĩem diligere,mortuo enim non perturbaberis.

Quomodo præparari in actionibus oporteat, ut perturbatiõe uacemus, ac primo per meditationem. cap. vii.

CVm rem quampiam aggressurus es, redige tibi in memoriã, qualis nã ea res sit, si lotum abis, præpone tibi quæcunq; in balneo fiunt, irrorantis, inquietos, conuitiantis, furantis, atq; ita tutius rem aggredieris. si aũt continuo dices, lauari uolo. Propositumq; meum, quod secundum naturam est, seruare, & in quacunq; re similiter, nõ peccabis. Hoc. n. pacto si quid inter lauandum impedimenti accidat, in promptu hoc tibi erit Non hoc uolebam solum, sed & meum propositum, quod est secũdũ naturam seruare. Non seruabo autem si moleste feram, quæ fiunt.

De perturbatione declinanda, per eorum naturæ considerationem, quæ nos perturbant. cap. viii.

PErturbant hoĩes non res ipse, sed rerum opiniones, ut mors nihil terribile. Alioquin & Socrati uisa foret, sed quia opinio de morte terribilis, ideo illa terribilis. Igitur cum aut impediamur, aut perturbemur, aut doleamus, nunquam alium accusemus. sed nos ipsos, hoc est opiniones nostras.

Ratio superioris præcepti, triplicis'q; hoĩum gradus assignatio. cap. ix

INeruditi est alios culpare, cum quid male agat. Eius qui iam cæpit eruditi, seipsum. Eruditi, neq; alium, neq; seipsum.

Quomodo tractanda, quæ de externis uidentur eligenda. cap. x.

OB nullam alienam excellentiam te efferas. si equus superbiens dicat. pulcher sum ferẽdum esset. Tu uero cum dicis superbiens, pulchrum habeo equum, memento te ob pulchrum equum superbire. quid ergo est tuum? præter usum imaginationum, ergo cum in usu opinionum secundum naturam te habebis. Tum uero superbias ob aliquod. n. tuum bonum superbies.

Quæ nobis ex externis concedantur, quoq; iis pacto sit utendum per similitudinem. cap. xi

QVemadmodum in nauigatione, ubi in portum est uentum, si exeas aquatum, Incidit ut cochleas i itinere, aut bulbulos colligas, animum tamen ad nauigium intentum habere cõuenit, & sæpe respicere, an gubernator uocet, Et si uocet, omnia illa abiicere, ne uinctus eo cõiiciaris instar pecudum, sic in uita, si pro bulbulo, aut cochleola uxorcula nobis, aut filiolus p̃beatur, nihil sit ꝓhibendum, si ãt gubernator uocet, curre ad nauigium relinquens hæc neq; respiciens. si aũt sis senex, nũq̃ procul a nauigio discede, ne forte uocatus desis, inq; id uĩctus coniiciaris. Qui enim nolens non sequitur, necessitate hoc patietur.

Quo pacto sine perturbatione, & noxia externis acquiescere possimus. cap. xii.

NE uelis, quæ fiũt, fieri, ut uelis, sed uelis, quæ fiunt, ut fiunt, & ꝓspereris. Morbus corporis est impedimentum. Propositi uero minime, nisi ipsum uelit. Claudicatio cruris impedimentum est, propositi uero minime. Atq; hoc in quocunque incidentium considera. Inueniésq; id alterius esse impedimentum non tuum.

Quod ĩpossibilia non sunt, quæ præcipiuntur quando uires animo aduersus omnia insunt. cap. xiii

IN quocunque incidentium memento tecum ipse quærere, quam rui uim habeas ad eius usum. Si malũ habeas, uim bonã inuenies, ut ad uoluptates continentiã. Si labor offeratur, inuenies robur. Si conuicium paciẽtiã. Atq; hoc pacto assuetus ab imaginatiõibus nõ ꝑturbaberis.

Quales præbere nos oporteat, cum externa amittamus. cap. xiiii.

NVnquam ĩ re quapiam dicas, perdidi hoc? Sed reddidi. Puer obiit, redditus est. Ager ereptus, nonne & hic redditus est? Sed malus est uir, q ab stulit, quid ad te per quem repetierit, qui dedit. Quuousq; autem tibi præbeãtur, uelut alienorum curam habe, ut hospitii uiatores.

Responsio ad obiecta, quæ de superiori præcepto emergũt, ac regula, qua talia eligere, ac ærumnis exerceamur. cap. xv.

SI proficere uis, dimitte has considerationes. Si rem meam neglexero, nutrimentis carebo. Nisi puerum puniam, malus erit. Præstat enim fame obire sine dolore, & metu. q̃ in affluentia uiuere cum perturbatione. Præstat & puerum malũ esse, q̃ te infœlicem dominari. Igitur a minimis incipias, oportet, effusum est oleum, ablatum uinum. Considera tanti abs te emi quietem, securitatémq; animi. Gratis aũt nihil acquiritur. Si aũt uoces puerũ, Cogita posse illũ nõ audire, aut audientẽ nihil coꝝ agere, quæ uelis. Sed nõ tãti is est, ut ꝓpter eũ tute ꝑturberis.

Contra uulgi de nobis existimationem. cap. xvi.

SI proficere uis, ne moleste feras, si propter ea, quæ extrinsecus sunt, demens, aut stultus uidearis.

Aduersus inanem gloriam. cap. xvii

NE uelis rei cuiusquam gnarus uideri. Et si quibus esse aliquis uideare ne crede tibi ipsi. Scis enim non facile esse, & propositum tuum secũdum naturam seruare. Et iis, qui sint extrinsecus placere, sed necesse est, ut qui alterum curet, alterum negligat.

Quibus studendum sit, quibus non sit. cap. xviii.

SI uelis liberos, uxorémq; tuam, & amicos uiuere. Stultus es. Quæ

enim in te non sunt, uis in te esse, & quæ aliena, tua. Atq; ita si puerꝝ peccare non uis, stultus es. Vis. n. ut uitium non sit uitium. Si aũt uelis appetens aliquid eo non excidere, hoc potes, hoc igitur exercete potes.

Quæ nos seruos faciant, quæue liberos. cap xix.

DOminus cuiusq; est is, qui, quæ ille uult, aut nõ uult, põt aut date, aut auferre. qui ergo liber esse uult, neq; uelit quicq̃, neq; fugiat, eorum quæ sunt in aliis. Alioquin ut seruiat necesse est.

Regula electiõis pñtiũ, præteritoꝝ, & futuroꝝ p similitudiné. ca. xx

MEmento oportere te in conuiuio uersari. In quo si fercula ad te peruenniunt extenta manu modeste carpe. Si transit, qui fert, ne eum detine, si nondum peruenit, ne procul appetitum extende. Sed expecta, dum ad te ueniat, sic erga filios, sic erga uxorem, sic erga principatus, sic erga diuitias. Erisq; aliquando dignus deorum conuiuio, si uero quæ apposita fuerint, non capies, sed contemnes, Tunc, uero non modo deorum conuiua, sed collega eris. Id. n. cum facerẽt Diogenes, & Heraclitus, atq; his similes, merito & diuini erant, & uocabantur.

Quo pacto imaginationi moderandum circa ea, quæ fugienda uidentur. cap. xxi.

CVm flẽté uideas in luctu, q̃a eius filius, aut pegre absit, aut obierit, aut bona dilapidauerit, caue ne te imaginatio corripiat, tanq̃ in malis sit ille, cum sit in externis. Sed statim in promptu habeto. Non hũc casus hic torquet, quia aliũ non torquet, sed opinio. quantum igitur ad sermonem pertinet uersare audacter cum illo, quimo & si inciderit, simul geme. Caue tamen ne & intrinsecus gemas.

Quid ad nos atineat, quid ue supra nos sit aptissima similitudine. cap. xxii.

MEmento actorem te esse fabulæ, quãcunq; is uelit, qui docet. Si breuem breuis. Si longum longæ. Si medicum agere te uelit, & tunc ingeniose age. si claudum, si principem, si priuatum, ad te enim petinet, datam tibi psonam bene agere. Eligere ad alium.

Quo pacto & in diuersorum expectatione imaginationi moderandum sit. cap. xxiii.

SI coruus aduersum crocitabit, ne te imaginatio corripiat, sed statim tecũ ipse diiudica, & dic nihil mihi hæc significant. sed uel corpori meo uel gloriolæ, uel natis, uel uxori. Mihi uero oĩa prospa significant, si uoluero. quicquid. n. horum incidat, in me est, ut ex iis utilitatem capiam

Causa superioris sensus, & quasi conclusio. ca. xxiiii

INuictus eẽ poteris, si ĩ nullũ certamẽ descẽdes, qđ ut uĩcas in te nõ est.

quæ

Quæ uia ad libertatem expeditissima sit. cap.xxv.

VIde ne quenq̃,quem tu,aut honore,aut potentia,aut fama præstantem uideas,beatum dicas,ab imaginatione uidelicet correptus. Nam si substantia boni in iis est,quæ sunt in nobis,ibi neq; inuidia,neq; æmulatio locum habet. Tu autem non imperator, aut consul esse uis, sed liber. Vna autem uia ad hoc est,contemptus eorum, quæ in nobis non sunt.

Solutio eoꝝ,quæ superioribus obstare uidentur. cap.xxvi.

MEmento,non qui conuiciatur,aut uerberat,iniuriam facere, sed opinionem de hoc,uelut iniuriam facere. Cum te igitur quis irritet, tua te opinione scito irritari. Quamobrem à principio enitere,ne te imaginatio corripiat. si enim semel per aliquod tempus eam continebis,facilius tui ipsius compos eris. Mors & exilium,& omnia,quæ terribilia uidentur,ante oculos tibi cõtinuo sunto. Maxime uero oĩum mors,neq; quicq̃ unq̃ humile cogitabis,neq; quicq̃ cupies nimis.

Secunda pars,qua eum,qui iam profecerit,instituit. Eaq; primo dissoluit,quæ philosophari incipientibus occurrunt. cap.xxvii

SI philosophiam cupis,præpara te continuo, ut irridearis, ut subsanneris à multis,ut dicant,repẽte nobis philosophus emersit. Et unde nobis hoc supercilium? Tu uero supercilium quidem ne habe,quæ uero tibi optima uidentur,ita retine,tanq̃ sis à deo in hac acie collocatus,q̃d si persistes in iisdem. Et qui te prius deridebant,iidem postea admirabũtur, si uero iis terga dederis,dupla irrisione afficieris.

Quod à seipso ad externos conuersio philosophi statum destruit. cap.xxviii

SI quando euenerit,ut ad ea,quæ extra sunt,te conuertas,uelisq; cuipiã placere,scito te de statu decidisse,satis igitur tibi in omnibus sit,philosophum te esse. si autem uideri etiam uis,tibi ipsi uideare,& satis erit.

Solutio emergẽtium in eius animo cogitationum,qui philosophiam aggrediatur. cap.xxviiii.

HAe te cogitationes ne crucient,honore carebo, neque usquam ullus ero. si enim carere honore in malis est(ut certe est) non potest in malo esse propter aliud.non magis q̃ in turpi. Nunqd igit̃ tuũ opus est.principatu potiri,conuiuio accipi,minime. quomodo igitur hoc est,hono re carere? quomodo uero,neq; usquam ullus eris, quem in iis solis esse oportet,quæ sunt in te, in quibus tibi ipsi maxime esse licet. sed amicis prodesse non potero. quid tu ais prodesse? non habebunt abs te argentum, neque eos ciues Romanos facies. quis tibi ergo dixit, esse hæc in

nobis, & nō aliēa opa. quis āt potest dare alteri, q̄d ipse nō habet? Possi-
de igit' inqt, ut & nos habeamus. si possū possidere seruans memet uere
cundū, fidum, & magnanimū, ostēde uiā, & possidebo. Si uero æquū
ducitis, mea me bona perdere, ut uos, quæ bona non sunt acquiratis,
uos ipsi uidete, q̄ iniqui sitis, quamq; ingrati. Quod si fidum, uerecun-
dūmq; amicum argento præponitis, i hoc uos mihi opitulamini. ne-
que ea me agere, æquum ducite. quibus hoc perdam. Sed patria, quātū
in me erit adiumento carebit, rursus quod tu hoc ais, adiumentū? por-
ticus non habebit per te, neq; balneas. Quid tum? neq; enim calceos ha
bet per cerdonem, neq; arma per fabrum. Satis est autem si suum quis-
que opus expleat. Quod si ei quépiam alium compares, ciuem fidū,
& uerecundum nihil ne ei prodesse? utiq;, neq; tu igitur inutilis illi eris.
Quo igitur ordine inciuitate ero? Quo poteris seruans simul te fidū,
& uerecundum. Quod si dum illi prodesse uelis, hæc perdas, quem tu
illi usum afferes, qui imprudens, infidusq; euaseris.

Continuatio eorum solutiōis, quæ philosophari incipientem im-
pediunt. cap. xxx.

PRæpositus tibi est quispiā in conuiuio, aut in salutatione, aut in con
silio. Si hæc bona sunt, gaudere te oportet, quia is potitus sit ille. Si ma
la ne ægre fer. Quia tibi non acciderunt. Memento autem nō posse te
hæc solummodo facientem paria cum cæteris consequi in iis, quæ
in nobis non sunt. Quomodo ergo paria habere potest, alicnius
fores non frequentans cum eo, qui frequentat, non deducens cum de
ducente. Non laudans, cum laudante. Iustus igitur eris, atq; inexplebi-
lis. Si is nequaq̄ relictis, quibus illa emūtur, ea gratis, uolueris, sed quāti
emuntur lactucæ? obolo. Si ita contingat, ut igitur cum quis obolum
præbens accipiat lactucas. Tu non præbens, non accipias. haud minus
habere te censes eo, qui accipit. Vt enim ille habet lactucas, sic tu obo-
lum non dedisti. Eodem modo hic euenit. Non uocaris ad cuiusquā
cōuiuium. Non enim quanti conuiuium emitur dedisti. Laude id uē
dit, ministerio uendit. Da igitur si tibi conducit, quanti emitur. quod
si & illa amittere non uis, & hæc accipere, inexplebilis es. & stolidus. ni
hil igitur habes pro cœna, nempe habes, q̄ non laudas, quem non uis.
Quod non ea perfers, quæ ad eius limen perferuntur.

Quæ sunt communia etiam ex naturæ uoluntate. cap. xxxi.

VOluntas naturæ perpendi ex his potest, in quibus alteri ab alteris
non differimus, uelut cum alienus puer fregerit poculum in promptu
statim est esse id ex iis, quæ fiūt. Scito igitur cum tuum fuerit fractum
talem

talē te esse oportere, qualis fueris, cū alienū frāgeretur. Idē ad maiora quoque transfer. Alienus obiit filius, aut uxor, nemo est, qui nō dicat humanū id ēē. Sed cū suus cuiusq; obiit statī, hei mihi, & me miserū. Oportebat āt meminisse qd nobis accidat, cū de aliis idem audimus,

Mali naturam in mundo non esse. cap. xxxii.

QVemadmodum non ideo sagittarii signum figitur, ut non attingatur. Sic neq; mali natura in mundo fit.

Quam putanda sit animi perturbatio, quidue agendum, ne in eam incidamus. cap. xxxiii.

SI quis tuum corpus imperium habenti traderet, ægre ferres, quod autem tu tuam mentem cui uis tradis, ut cum tibi conuitia dicuntur, perturbatur illa, & confunditur, nō ne te pudet? Quicquid igitur aggressurus es, eius initium primo, tum quid deinceps sequatur, considera. Atque ita rem aggrediare. Id si non feceris, nunquam ipsam promptè aggredieris, nihil eorum cogitans, quæ futura sunt. Postmodum uero cum quædam apparebunt turpia pudore afficieris.

Efficax considerandi exemplum, quod quaque in re, quam simus aggressuri accidere possit. cap. xxxiiii.

VIs olympia uincere? & ego per deos. Magnificum enim est, sed considera, & initia, & cōsequentia, atq; ita rem aggredere. Oportet bene se se instituere, necessariis uesci, abstinere condimentis. exerceri ad necessitatem ad præscriptam horam, in æstu, in frigore. frigidam non bibere, nō uinum. Si ita ferat res, totum te deniq; præfecto ipsi ceu medico tradere. Tum in certamen prodire. Et interdum manum uulnerari, talum distorqueri. Multam aphen de glutire. Interdū uero et flagellari. Postq; hæc omnia superari. His animaduersis, si adhuc uis, abi certatum. Sin minus, istar puerorum deges, qui nūc palestritæ ludunt, nunc gladiatores, nunc tuba canunt. Mox tragœdū agunt. ita & tu nūc athleta, nunc gladiator, nunc orator, nunc philosophus. Toto uero animo nihil, sed uelut simius, quicquid cernis, imitaris. Aliudq; ex alio tibi placet. Non enim cum animaduersione rem aggressus es, neq; circumspectans, sed temere, & per frigidam cupiditatem. Sic non nulli cum philosophum intuentur, aut cum a quopiam audiunt. Bene, Socrates dicit, & qui potest dicere ut ille: uolunt & ipsi statim philosophari. Homo considera primo quænam, aut qualis sit ea res, quam aggrederis. Deinde naturam tuam consule. utrum id tollerare possis. Vis esse luctator, aut panthalus, aspice brachia tua, aspice lumbos, aspice femora. Aliud enim aliis aptum rebus natura parens largita est.

An te censes huiusmodi rebus studētem, eodem modo uesci posse, eodem modo potum sumere, eodem modo irasci, eodem modo mœrere. Vigilare oportet, laborare, sedere à propriis bonis, à pueris cōtemni, derideri ab omnibus. Vniuersis in rebus minus auctoritatis habere, in honore, in magistratu, in iudicio, in cæteris omnibus. Hæc inquam omnia considera, & utrum pro his indolentiam, libertatem, quietem malis animaduerte, quod ni malis, caue ea aggrediaris, ne instar puerorum modo philosophus, modo publicanus, paulo post rhetor, postremo cæsaris procurator fias. Hæc inuicem nequaq̄ conueniunt. Illud oportet hominem esse te, uel bonum, uel malum, aut ad interiora te uertas, necesse est, aut ad exteriora, uel philosophi locum teneas, uel idiothæ.

Quod officia à natura ducūtur, q̄ dq̄ ut sese quisq; aduersus quépiā habeat, considerantur, tum de officiis erga hoīes. cap. xxxv.

Officia habitibus pensantur, Pater appellatur, curandus est, cædēdum ei in omnibus. Ferendus cum aut obiurgat, aut uerberat. Sed malus pater est. At natura te non bono patri, sed patri conciliauit. Frater iniurius est, uide quo tu loco sis, non quid ille faciat. Propositum tibi est, ut secundum naturam tu facias. Nemo enim te lædit nisi uolentem. Tum læsus eris, cum te lædi opinaberis. Sic ergo à ciue ad ciuem, à uicino ad uicinum, ad imperatorem, ab imperatore, officium inuenies, si considerare habitus assuesces.

Officia aduersus deos. cap. xxxvi

Pietatis erga deos id maximum esse scito, ut de ipsis bene sentias, putésq; & eos esse, benéq; ac rectè gubernare. Tum ut ita te compares, pareas eis, atq; omnibus cædere, quæ fiant, neq; inuitum sequi, quasi omnia ex optimo consilio efficiantur. Hoc. n. pacto neq; deos unq̄ culpabis, neq; incusabis, quasi neglectus. Id uero aliter efficere non potes, nisi ab his te auoces, quæ in nobis non sunt. Inq; iis tantum, quæ sunt in nobis bonum, ac malum ponas. quod si eoꝝ aliquid bonum esse, aut malum opineris, necesse ē, ut cū ea non consequaris, quæ uelis, aut in ea īcidas, quæ nobis, cōqueraris, atq; oderis eius rei cām. Oē ad hoc aīal natum est, ut quæ noxia uidentur, eorūq; causas fugiant, atq; ab his auertatur. Vtilia uero, & eoꝝ causas quærāt, atq; admirentur. Non pōt igitur, qui se lædi putat, eo quod lædere uidetur gaudere, unde & ipsa læsione gaudere impossibile est. Vnde & patri filius conuiciat, cū his quæ bōa uidentur, filium non impartit. Et Polynicem, atq; Eteoclem hoc īter se discordare cōpulit, quod tyrannidem bonū esse putabant, pp̄ hoc agricola cōuitiatur diis, propter hoc nauta, propter hoc mercator, propter

hoc

hoc ipsum,quibus aut uxores,aut liberi interiere. Vbi enim utilitas,ibi pietas. Quamobrem qui ea curat,appetere,atq; euitare quæ oportet, Is eo tempore etiam pietatem curat. Libare aūt & sacrificare secundum patrios mores, unumquéq; decet pure absq; lasciuia, absq; negligentia nō parce,non supra facultatem.

Qualem se ad diuinationem adhibere, de quibus uatem consulere quomodo diuinationibus uti oporteat. In quo simul & officium erga deos,& erga nos ipsos existit. cap.xxxvii

CVm ad diuinationem accedis,memento ignorare te, qd̄ sit euentu℞ atque ideo uatem adire,ut ex eo id audias. Quale autem quidquid sit, si philosophus es,non ignoras. Si enim ex iis est, quæ in no bis nō sunt Necessarium profecto est, neq; bonum id esse,neq; malum, Tolle igitur abs te cum uatem adis,appetitum ac declinatiōem. Aliter enim tremens uatem adibis. Sed cum noris quicquid euenturum sit. Sušq; deq; esse,& nihil ad te,licebit quodcunq; id sit,eo bene uti,neq; te quisquam prohibebit. Fidens igitur deos tanquam consultos adi. Mox ubi quid tibi consuluerint,memento quos in consilium acceperis,quibu'sq; sit obaudire,nisi parueris. De his autem (ut & Socrates dictitabat) consulé dus est uates, quorum omnis consideratio relationem ad exitum habet. Cuius cognoscendi occasio,neq; ex ratione no bis,neq; ex arte aliqua sit præbita. Quamobrem cum tantum periclitandum tibi fuerit, cum amico,aut cum patria,ne consule an periclitaturus sis. Nam si tibi uates dixerit aduersa apparuisse exta,manifestum est,aut mortem significari,aut corporis impedimentum,aut exilium. Sed dictitabit ratio, téq; confirmabit,ut cum amico & patria pericliteris. Maximum igitur uati hoc esti ipsi pythio intende,qui eum de templo expulit,qui amico opem non tulerit.

Officia erga nos ipsos,ac de iis prīo q̄ ad mo℞ cōstātiā faciunt,quæue eam īpediunt,& de sermone in primis ac silentio. cap.xxxviii.

STatue tibi ipsi formulam quandam,ac regulam,quam deinceps serues,& cum tecum ipse es,& cum in homines incidis. Silentium sit plurimum. Loquere necessaria & paucis,& raro,aut quādoq; cum te ad aliquid dicendum tempus uocat,dic quidem , sed non de quauis re. Nō de gladiatorum pugna,non de cursu equorum,non de athletis , nō de epulis,uel poculis singulatim. Maxime uero omnium non de hoībus uituperans,aut laudans,aut cum cæteris iudicans. Si igitur possis demu ta eorum sermones,qui tecum sint,in id quod deceat. Quod si inter extraneos te deprensum uideas. Tace.

De risu. cap. xxxix.

RIsus neq; multus sit, neq; ob multa, neq; solutus.

De iureiurando. cap. xl.

IVsiurandum refuge, si possis, si minus, cum licet.

Aduersus cupiditatem, ac primo de conuiuiis. cap. xli.

COnuiuia cum extraneis, ac uulgaribus respue. Quod si quãdo tempus incidat. Intentum habe animum, ne in uulgarem statum defluas. Scias enim necessarium esse, qui cum inquinato conflictetur, & ipsum inquinari.

De eorum, quæ ad corpus pertineant, usu. cap. xlii.

QVod ad corpus attinet, ad purũ usq; usum sume, uelut cibum, potum, uestem, domum. Quod autem ad gulam, aut delitias pertinet, penitus circumscribe.

De re uenerea. cap. xliii.

CIrca rem uenereã quantum in nobis sit, ante nuptias pure agendum est. Quod si cogimur, quæ tamen sunt legitima assumenda, Ne sis tamen molestus utentibus, neque redargutor, neue sæpius obiice te non uti.

Aduersus iracũdiã & q̃les nos erga detractores ꝑbeamus. cap. xliiii

SI quis ad te deferat, ille de te male dicit, ne excusa, quæ dicantur, sed responde. Ignorat ille, & alia, quæ mihi adsunt mala. Alioquin non sola hæc diceret.

De spectaculorum cupiditate. cap. xlv.

AD theatra sæpe accedere, necessarium non est. Quod si quando tempus incidat. Caue ne cuiquam magis studere uidearis, quam tibi. uelis, quæ fiunt, ita fieri, ut fiunt. eum tantũmodo uincere, qui uictor fuit. Sarus autem ne sit grauis, sed constans cum quadam lætitia. Egressus spectaculo multa de iis, quæ facta sint, ne dispura, Quando ad recorrigendum non faciunt, neq; de omnibus sermonibus, qui dicti sint.

De auscultationum cupiditate. cap. xlvi.

AD recitantes ne accede, neq; his uel raro itersis, quod si interfis grauitatem, constantiamq; ita serua, ut molestia uaces.

De congressu cum potentioribus. cap. xlvii.

COngressurus cũ aliquo, & eorum præsertim, qui potentiores uidentur. Præpone tibi, quid in hoc fecisset Socrates, aut Zeno, neq; dubitabis, quo te pacto gerere oporteat.

Quomodo præparare nos debeamus potẽtiorẽ adituri cap. xlviii.

CVm aditurus quempiam eorum es, qui magna possunt. Præponeri

bi ipsi

bi ipsi fore, ut non admittaris intro ad eum, ut excludaris, ut tibi fores non pateant, ut te ille negligat. Tum cogita, an cum iis eum adire expediat, ubi adieris, fer quæ fiunt. Neq; tu tecum dicas unq̃, Talia nõ me rebar. Vulgare enim est, quæ extrinsecus sunt calumniari.

Decongressibus cum plurimis. cap. il.

IN congressibus absit, ut de tuis, aut operibus, aut periculis nimiũ, atq; immodice memineris. Non. n. queádmodum tibi de tuis periculis meminisse, ita & aliis, quæ tibi acciderint, audire est iucundum. Absit etiã ut risum moueas, est enim res uulgaris, & nescio quo modo ducit ad utilitatem, & hæc una ueneratione, qua te prosequatur qui adsint, remittere potest. Non nunq̃ uero & in sermonis obscœnitatem trahit. q̃d si quando incidat, tum si res & tempus fert, obscœnitate utentem increpa. Sin minus, at saltem taciturnitate. & rubore ostende, eum te sermonem ferre iniquo animo.

Quomodo resistendum uoluptati. cap. l.

CVm uoluptatis cuiuspiam imaginationem capis, quemadmodũ in cæteris serua te ipsum, ne ab ea corripiaris. Sed excipiat te res ipsa, atque aliquod tute spacium cape. Tum utrunq; tẽpus animo uoluta. Et qua uoluptate potieris, & qua iam potitus pœnitentia afficieris. Teq; ipsum tute increpa, his uero oppone, quantopere si abstinueris gaudebis. Teq; ipsum tute laudabis. Quod si res postulare uidetur, ut rem aggrediaris. Caue ne suis te blandimentis, atq; illecebris superet. Tũ oppone, q̃ melius sit, huius certaminis uictoriam tibi ipsi conscire.

Agendũ bonũ pp seipsũ reliquis neglectis, ac prĩo de iustitia. cap. li.

CVm iudicaris faciendam tibi rem, idq; facias, ne da opam, quominus te facientem alii uideant, ét si aliud quippiam ea de re multi sint opinaturi. Si enim non recte facis, ipsum opus fugiendum est. Si recte, ne me tue increpaturos non recte. Vt. n. hoc aut dies, aut nox est, aduersus disiunctum magnam habet dignitatem, aduersus aũt coniugatum indignitatem. Sic & maiorem partẽ eligere magnam, erga corpus dignitatem habet. Ad seruandam aũt quam in conuiuio cõmunionem oportet, Indignitatem habet. Si quando igitur cum aliquo conuiuaris, memento ne ad eorum, quæ opposita sunt, dignitatem aduersus corpus aspicias. Sed aduersus quoq; animum, qualem decet conuiuam, te serua.

Quod non bonum simpliciter, sed q̃d nobis faciat eligendũ. ca. lii.

SI personam induisti supra tuas uires, neq; eam substines, & quod implere potueras omisisti.

Quomodo animum uel ab irrationalibus affectibus, uel a suo per

uerſo iudicio ſeruemus. cap.liii.

INter deambulandum, quemadmodum caues, ne clauum calces, aut pedem diſtorqueas, Ita caue, ne quod in te ipſo dominatur, offendas, & hoc ſi in quauis re ſeruemus, tutius illam aggrediemur.

De eorum, quæ ad corpus pertineant, poſſeſſione. cap.liiii.

MOdus poſſeſſionis unicuique corpus eſt, Velut pes calcei. Si in hoc ergo conſiſtas, modum ſeruabis. Si excedas in præceps feraris, neceſſe eſt, uelut in calceo, ſi ſupra pedem extendas, fit aureus calceus. Deinde purpureus. deinde pũctabũdus. Nullus.n. terminus é, ubi modum ſemel exceſſeris.

De officio & cura erga uxorem. cap.lv.

MVlieres ſtatim a.xiiii. anno dñæ uocantur. His.n. uiri ob cõcubitum blandiuntur. Virorum ergo culpa ſibi deinceps nimis placent. Monẽdæ igitur ſunt, fore ut apud nos in honore ſint, nihil ob aliud, niſi ſi modeſtæ ſint, & uirum revereantur.

De generis ſignum, déq; nimio corporis cultu. cap.lvi.

DEgeneris ſignum eſt, inſiſtere iis, quæ corporis ſunt, ut plurimo exercitio, plurimo corporis cultui. Sed & conſenſus cuiuſdam ſuperuacanei ſignum eſt. Quibus.n. gaudemus, cum iiſdem conſentimus, oportet igitur nimiam corporis curam, uelut ab re eſſe arbitrari. Maxime uero curam eius habere, quod ipſo utitur corpore.

Præceptum ad patientiam, ac manſuetudinem. cap.lvii.

CVm quiſquam tibi malefacit, aut dicit, memento illum ſuum ſe officium facere arbitrantem, aut dicere. Eſſe igitur non poteſt, ut is quod tibi uidetur, ſequatur. Sed quod ſibi ipſi. Quod ſi male ſibi uidetur, ipſe læditur, qui & deceptus eſt. Verum enim coniugatum, ſi quiſquam falſum arbitretur, non coniugatum ipſum læditur, Sed q decipitur. Si ab his igitur mouearis, mitem te aduerſus conuiciantem præbebis. Loquere igitur, ſic in qua uis re, ipſi eſt uiſum.

Quod res oés parti alteræ alteris cõſentiũt, parti diſſident. Cap.lviii

Oís res duas habet anſas, alterã q ferri poſſit, alterã, quæ non poſſit. Frater ſi iniurius ſit, ne eum inde capias, quod ſcilicet eſt iniurius. Hæc enim eius anſa eſt, quæ ferri non poſſit, Sed inde magis, quod frater eſt. Quod tecum educatus. Atq; ita inde eum capias unde ferri poſſit.

De ſeruorum congruentia. cap.lix.

HI ſermones nõ congruunt. Ego ſum ditior te, ego igitur melior ſum. Ego ſapientior te, ego igitur melior te. Hi autem magis congruunt. Ego te ditior ſum. mea igitur poſſeſſio, quam tua melior eſt. Ego te ſapiẽtior mea igitur orato, quã tua melior, tu uero, neq; poſſeſſio es, neq; oratio.

De iu-

De iudicio rerum exacto. cap.lx

LAuat quis cito. ne dicas male eũ lauari, sed cito. bibit quis multũ uini, ne dicas male, sed multũ. Nisi.n. ei⁹ cõsiliũ scias ũde scis an male. Sic.n. accidet, ut aliorũ apphẽsiuas imaginatiões accipiam⁹, aliis aũt assẽtiam⁹.

Aduersus gloriã, atq; ostentationẽ. Et primo circa scientiam. cap. lxi.

NVllo modo te ipsum dixeris philosophũ, neq; multum loquere inter ineruditos de speculationibus, Sed fac aliquid ex ipsis speculationibus, ueluti in conuiuio, ne dic quo pacto oporteat comesse, sed comede ut opertet. Memento.n. & Socratem undecunq; abstulisse ostẽtationem, q̃ si de aliqua speculatione sermo inter ineruditos incidat, tace ut plurimũ. Magnũ.n. periculũ est euomere, quæ nõ cõcoxeris. Et cũquis dixerit te nihil scire Idq; te nõ remordeat. Tu scito initiũ ẽẽ operis. Nã & oues non herbã euomẽtes pastoribus ostẽdunt, quantũ, comederit, sed cibũ intus cõcoquentes. uellera extra feruntur, & lac. & tu igitur ne speculatiões ineruditis ostenta. Sed ex his concoctis opa.

Aduersus sobrietatis, tolerantiæq; ostentationem. cap. lxii.

CVm attenuato sis corpusculo, ne tibi ob id place. Neq; si aquã bibas ex quauis occasione, dic aquam bibo. Sed cogita, quæ sint medici abstinentiores nobis. Quámque tolerantiores. Tum quod alia non habeamus bona, quæ alii habent. Quod si exerceri uelis ad laborem, ac patientiam. Tecum ipse hoc fac, neq; ab externis uideri uelis, ut qui uim patiẽtes à potentioribus, quo populũ conuocent. statuas ĩscendunt, & se uim pati clamant. Ostẽtator.n. totus extrauergit, & patiẽtiæ, atq; abstinẽtiæ bona destruit. Cum eorum finẽ statuit esse multorũ opinionẽ.

Descriptio triplicis habitus ĩeruditi philosophi, & pficiẽtis. cap.lxiii.

INeruditi status, & formula ẽ, nunq̃ à se ipso expectare utilitatẽ, aut nocumentum, sed ab externis. Philosophi status ẽ, & formula, omnẽ utilitatem, ac nocumentum à seipso expectare. Signum proficientis hoc est. Neminem uituperat, neminẽ laudat, de nemine queritur. Neminẽ accusat, nihil de seipso dicit. ceu si sit aliquis, aut aliquid sciat, cũ in re quapiam, aut impeditur, aut prohibetur. Seipsum accusat. Et si quis ipsum laudet, uidet laudantem ipse secum. Et si uituperet, non se expurgat. Degit autem instar ualitudinarii, cauẽs aliquid eorum, quæ sunt ĩ se commouere priusquam ad soliditatem perueniat. Appetitũ omnem à seipso substulit. Declinationem uero in ea tantũ, quæ sũt contra naturam, eorum uidelicet, quæ sunt in nobis transtulit. Conatu ad oĩa remisse utitur. An stultus, an rudis dicatur, miniẽ curat, utq; uno explicẽ uerbo, quasi aduersariũ se ipsũ obseruat, & q̃si ĩsidiatorẽ.

Quod uerba propter opera. cap.lxiiii.

Cum quis ideo gloriatur, ꝙ Chryssippi sentẽtias interpretetur, dicat ipse secum. Nisi opte Chrysippus scripsisset, nequaꝗ haberem, uñ gloriarer. Sed scripsit Chrysippus, non ut quis eum interpretaretur, sed ut secundum se oparetur. Si ergo scriptis utar, tũ eoꝝ bonum fuero consecutus, si aũt interpretantem admirer, aut ẽt ipse interpretari possim grãmaticum, non philosophum admirer, aut agam. Quid aũt prodest medicamenta quædam inuenisse descripta, eaq; intelligere, atq; aliis tradere, ip summet ægrotantem minime eis uti

Quod in his perseuerandum. cap.lxv.

In proposito ꝑseuerandũ uelut in lege est. Persta igitur, uelut si hæc trãscendas, impius sis futurus. Quod si quis de te dixerit, ne cura. Id enim tuum non est.

Quod supsedendũ nõ est, sed ꝗ primum ad hæc ĩcũbendũ. ca.lxvi.

Quo te usq; differs, ut iã te aliquando dignũ his, quæ optima sũt, putes, neq; usꝗ transgredi hæc statuas, quod si diẽ de die termino adiicias, non ꝓficis, sed deficis. Iã nunc igitur assuesce, ut tanꝗ ꝑfectus uiuas, oĩbusq; ꝗ accidant, recte utaris. Et quacunq; ĩ re arbitrare ꝓpositũ tibi certamen, neq; ullũ diẽ negligas, quo.n. die non ꝓficis, deficis. Hoc igit᷑ pacto Socrates uiroꝝ oĩum sapientissimus euasit, quod si ipse nondũ es Socrates, at uiuere debes, ut qui Socrates uelis esse.

Tres loci in philosophia, eorúmq; inter se ordo. cap.lxvii.

Primus ac maxime necessarius locus est in philosophia, qui ad usum speculationum pertinet, uelut est non mentiri. Secundus, qui ad demõstrationes uelut est, cum mentiri non oporteat. Tertius, qui ad eas cõfirmandas, & prospiciendas spectat. Hoc est, quo pacto, & unde demõstrare id possimus, ueꝝ eẽ, aut falsum. Igitur tertius quidem locus necessarius est ob secundum. Secundus ob primum. Maxime oĩum necessarius, & in quo quiescere oporteat, primus ẽ. Nos uero cõtra facimus, Tertio.n. loco immoramur. Inq; eo omne nostrum studium conterimus.

Tres antiquoꝝ sententiæ in promptu habendæ, quarum pría. Cleantis. Euripidis secunda. Tertia platonis est. cap.lxviii.

Semper hæc in prõptu habenda. Primũ si renitar, malus ero, geméśq; ac plorans sequar. Secundũ. Necessitas oĩa sursũ uersus ad diuinã causã ducit uolentia, & inuita. Eam qui lætus sequitur. Is uere est sapiens. Sed & tertium. o Critõ (Si ita diis placet) ita fiat. Me uero Anytus, & Melit᷑ interimere quidem possunt, lædere autem non possunt.

EPICTETI STOICI ENCHIRIDION EXPLICITVM

Angeli Politiani pro Epicteto stoico ad Bartholomeū scalā Epistola.

Ngelus Politianus Bartholomeo Scalæ salutem. Tu quidē mi Scala non contentus, & strenui militis, & fortissimi imperatoris officio defungi, etiam tyrunculos tuos (quæ tua in omni re diligentia est) ocio situq; languescere non finis. Sed uel de tabernaculi umbraculis, ad campi puluerem, ad sudorem, ad palum uocas quippe qui omnis militaris numeros ad te unum pertinere iure intelligas. Putabā equidē factū à me satis, qđ Epictetū essē de græco interpretatus. Tu me ad eum quoq; tuendum, quasi tuba nunc, classicó que excitas. Igitur, quod Horatius inquit, libēter hoc, & omne militabitur bellum in tuæ spem gratiæ. Arcem tu quidem ipsam ueræq; totius urbis caput oppugnas, qui primum Epicteti caput quasi totiꝰ circuli, aut globi potius, quæ perfectissima figura sit punctum aboleas. Tria autē sunt, quæ obiicis, sed q̄ uel maxime à præcipiendi ratione abhorreant. quod obscura, quod supra hominis uires, quod falsa præceperit. Obscura, ut cum negas explicatum ab eo, quænam tandem nostra sint opera. Supra hominis uires, ut cum nos naturæ imperio gemere asseuéras. Id quod plus posse, pollereq; affirmas, q̄ ullam hominis facultatem falsa, ut cum corpus contra Epicteti sententiam, in nobis esse contendis, qñ ex animo, ut ais constemus & corpore, Ea mihi nunc quādo id tibi placet resellenda, dicendáq; nō nulla. non quidem, ut te doceam. Id enim esset, quod græce dicitur, sus Mineruam. neq; ut me legitimum Epicteti propugnatorem contra te putē. Non enim uel ego tanto me dignor honore, uel Epicteto tam faueo q̄ te illi fauere certo scio. Sed ut impositam à te nobis personam quantum in nobis sit substineamus. Proferam tamen in primis non nulla in medium, & quasi semina iaciam, ē quibus quemadmodum fabulæ terrigenas uiros Thebis aut Colchis satu dentium enatos dicunt, Ita omnes Epicteti nostri pugnacissimæ ī structissimæq; copiæ exoriantur. Sed ut Homerus irruenti in græcoꝝ castra hectori Salaminium Aiacem, Ita nos tibi Atheniensem Platonē obiiciemus. Is igitur Plato in eo libro, qui de hominis natura inscribitur Socratem cum Alcibiade illo, cui pulchro cognomen fuerit, disputantem inducit, quo in libro nihil esse aliud hominem quem dicimus probat, nisi rationis participem animum. Nam ut cerdo inquit, subula, ita homo ad agendum manu utitur. hoc sumpto, & secundum assumit. Aliud autem est (inquit) quod re utitur quapiam, atque ea res qua utitur. Nam illa instrumētum est. Tum inducit, homo uero

T

is est, qui suopte corpore quasi instrumēto utitur. Corpore autem ipso quasi instrumento, uel in artificiis, uel in actionibus reliquis, nihil oio aliud utitur, q̄ rationis particeps animus. Mox & aliud sibi ex his uindicat, ꝙ corpore utatur, idem & corpori dominari. Tum diuidit ad hūc modum. Necesse est hominem, aut animum esse, aut corpus, aut utrūq; simul. Si uero homo quidem corpori, sibi uero ipsi corpus non dominetur, minime ipsum corpus homo est, At neq; utrunq; simul. Si enim qui corpori dominetur homo est, corpusq; ipsum minime dominat⁹. haud profecto utrūq; simul est, quod dominatur. Præter hæc si suapte corpus natura immobile est. Animus uero is est, qui moueat. Hos autē re ipsa in artibus uidemus. Artificem esse, q̄ moueat instrumenta, quæ moueantur. Nihil est dubium, quin corpus instrumenti uicem aduersus animum habeat. Ipse igitur homo est, quique hominis curæ studet animum curet, qui uero aut pecuniā, aut eiusmodi alia curat, is nō modo hominem non curat, sed ne hominis quidem instrumentum. Iam ergo uel Platonis auctoritate, quæ tanta quidem est, ut quasi illa Virgilii fama caput inter nubila condat, uel ferreis illis suis, atq; adamantinis rationibus, constare nimirum arbitror, non esse in nobis corpus. Vt iam mendacii crimine, si uidetur Epictetum absoluas, sed pergamus. Triplex apud Platonem uirtutum est gradus. Sunt enim supremæ omnium, quas uocant exemplares, qualis in sapiente requirimus, in deo statuimus, quæ sequuntur purgati animi dicuntur, qualis in eo esse philosopho uolumus, qui se ab omni corporis labe contagioneq; auocarit. Vnde & in Protagora Plato idem, cuius mihi dulcissimū in ore uersatur nomen, emoriendum ei esse dicit, qui sit philosophus euasurus. Tertium est uirtutum genus, quas purgatorias uocant, qualis in continente esse statuimus, negamus intemperante has sibi uirtutes, is iure uindicet, qui rationis participem animum uere hominem esse sibi persuaserit, quique neque corpus animæ esse parem iudicet, neque ad hominem perficiendum concurrere ipsum arbitretur. Sed eo quasi instrumento utendum animum induxerit. Nam qui, aut paria, aut superiora corpori tribuat, eum non magis esse hominem putandum est, q̄ bruta illa, quæ uocemus animantia, quæ natura, ut egregie Salustius inquit prona, ac uentri obedientia finxit. Ai ergo (ut idem inquit) imperio, corporis seruitio magis utimur, ut quo uno a belluis differam⁹, quoq; uno substātia hoīs costet, id nobis liberꝝ seruemus, Corpore autem ipso non quidem ut parte aliqua aīo adiuncta, sed ut instrumento utamur. Hunc epictetus hominem instituendum accepit. Neq; enim, uel ille sapiens

piens his præceptis indigebat, qui se iam pridem in libertatem uindicauit. Quiq; metus oīs, & inexorabile fatū. Subiecit pedibus, strepitūq; Acheronns auari neq; cum eo sibi esse negocium putat, qui a sua tanto pere natura degenerauit, ut sit in brutorum numerum referendus. Hunc si hominem accipias. Iam ut arbitror, quæ sint hominis opera non ignores. Qui autem dixerat conatum, quam & appetitionem dicere possis, cum græce sit horme. item appetitum opinionem, ac declinationem in nobis esse. Is proculdubio cum statim subiiciat, & quæcunq; nostra opa sunt, ea nostra esse definit, quæ ex iis, quæ sint ī nobis deducātur. Vtrum uero corporis an animi ne sint, qui a nostris affectus, seu perturbationes, pathe a græcis uocentur. Maior profecto est quæstio, q̄ quæ hoc tempore explicanda sit. Pertinere tamen ad animum eos omnis affectus, nemo ferè est quin fateatur. Sed ita pertinere quemadmodum prospera, aduersaq; ualitudo ad corpus. Neq; enim minus bi animo, q̄ illa corpori, uel prosint, uel officiāt. Quicqd igitur hi peccant affectus, quicquid agunt, nostrum est opus. Vt igitur in corpore temperamentum illud habitudinis, quā symmetriam uocanr, bonam corpori ualitudinem præstat. Excessus uero defectusque auferunt. Item profecto, & in affectibus accidit, effrenati eni illi, & uiolenti miserum hominem, moderati uero, & compositi fœlicem constituūt. Sed cum sit animus id, quod & Plato idem diuine scribit, uelur auriga quidam, & rector. Is si & stimulis parcat, & loris fortius utatˀ, facile ad calcē secundo cursu perueniat. Si uero aut lora nimis remittat, aut acrius q̄ par est, stimulis citet, Is ceu Phaethō, aut Bellerophon aliquis præceps feratur necesse est. Hac igitur ratione miseri, fœlicēs ne euadamus i nobis est. Quæ uero nostra sint opera facile colligas, cum quæ ad nos pertineanr ratiocineris. Quidqd ergo toto præcipit libro i nobis est. stulte enim, quod non foret, præcepisset. Obscurus igitur, aut perplexus noster Epictetus, quo neq; planius quicquam, neq; enucleatius, neq; etiam lucidius ne optare quidem ausis. Vt in eum ne dum tui isti lyncei oculi, sed uel hebetissimi quiq; inspicere possint. At sunt in quis ardua nimis, supraq; hominis uires, quæ præcipit. Quid nam? id tādem, si filium, si uxorem amas, dic te hominem amare, mortuo eni non perturbaberis. Vtrū ne igitur, quod præcipit, an quod pollicetur, ut difficile factu reprehēdis, si qđ pcipit, iā tu quæ incōmuni uita quottidie, q̄ i foro, quæ i triuiis iactentur, factu difficilia putes. Quis. n. nō aliquādo, quæ sint euentura cogitat. At terentianus ille seruulus o in-

T ii

quit, Demea istuc ẽ sape, nõ quod ante pedes mõ ẽ uidere, sed etiam illa quæ futura sint, ꝓspicere. Et ut scenæ ĩmoremur, audi senẽ apud eundẽ. Incertum est quid agam, quia præter spem, atq; ĩcredibile hoc mihi optigit. Ita sum irritatus animum, ut nequeam ad cogitandum instituere. Quamobrem omnes cum secundæ res sunt maxime, tum maxĩe meditari secum oportet, quo pacto aduersam erumnam ferant, pericula, damna, exilia, peregre ueniens semper cogites, aut filii peccatũ, aut uxoris mortem, aut morbum filiæ communia esse hæc fieri posse, ut neq̃d animo sit nouum. Quicquid præter spem eueniat, omne id deputare esse in lucro, quam uero & illud Virgilianum graue est.

Nescia mens hominum fati sortisq; futuræ.
Et seruate modum rebus sublata secundis.

Vides ut hæc non sunt obruta, ut passim exposita, uides q̃ uterq; poeta hanc euentorum anticipationem ad cœlum tollat, quod ei cõtrarium sit, ad manes deprimat. Sed ne in re manifesta, minime necessariis argumentis ambitiosius utar. Pergam quo tendis, neq; enim tam quod præceperit, reprehendi à te intelligo, q̃ quod ille deinde nimis magnifice polliceatur. Nõ uidelicet perturbatum iri nos (si hæc præmeditata, nobis fuerint) Liberorum, aut uxoris morte, huic tu præcepto naturæ augustum nomen quod maximum (ut physici dicũt) ad omnis affectus momentum habeat, quasi Aiacis illum clypeum obiectas. Naturæ enĩ inquis imperio gemimus an uero hic noster lacbrymas arcet, qui etiã præcipiat, ut uel in alienis luctibus, si opus sit conferamus gemitus pariterq; fleamus. Neq; tamen sibi Iuuenalis (cuiꝰ id dictũ est) cõcedi ãno bis postulet. Cogi nos in liberorum funere ad lachrymas, naturæ imperio. Naturæ enim nemo resistit, cui qui aduersetur, is gigantum more, quod dicitur, cum diis bellum gerat. Multos autem legimus in carissimorum sibi pignorũ obitu, lachrymis fletuq; abstinuisse. Vt atheniẽsem illum Solonem, ut Censorium Catonem, qui ambo sapientes, & fuerint, & sint habiti. Non sunt quidem hæc factu facilia, non supra hominis tamen sunt uires. Si das in uno hoc, aut altero, dabis profecto & in multis, utarq; eo demonstrationis genere, quam inductionem dialectici uocent, qua plurima apud Platonem philosophorum prĩcipem Socrates utitur. Vt necesse sit, cum quidem in uno, aut altero homine actu id extitisse concesseris idem in uniuersa quoq; specie uirtute saltẽ facultateq; inesse non diffiteare. Vides igitur ut Stoico huic nostro sua ratio constet, uides, ut dilucide, ut expresse loquatur, uel quod ꝑ uniuersũ

uersum librũ,quæ sint nostra opera dissemiat,ex iis enim solis præce pta ducit,uel quod affectus illos animi enumerarit, a' quibus quasi fontibus nostra omnia opera deducãtur,tum quanto pere ad eius ue- stigandum sensum Platonis illa sagaciter comprehensa disputario faci at. Vides ut non est i nobis corpus. Quanto uero dii boni, quo Pugna tore,quibus se rationibus tuetur:ut si falsa loquutum peruicacius con tenderimus,ipsam in nos platonicam maiestatem, omnémque aca- demiam cõcitemus. Tantum uero abest,ut magis ardua sint eius præ- cepta,quam quæ natura hominis efficere possit,ut etiam indulgentis- simus uideatur Epictetus noster,qui ne ea quidem sibi præcipienda p- miserit,quorum non modo uirtus,aut facultas,sed actus quoq; exem plaq; passim extiterint. Cætera,que in tua epistola sis machinatus,nul lo negocio si hæc dederis demoliemur. Cur enim ut aridam succóq; carentem diuisionem illam uexes,qua ille paucissimis uerbis scienter, circumspectéq; omnia, quæ sunt suas in partis tribuit,non intellego. Nam & quod tute non is inficias,nihil eorum,quæ sunt eam diuisio- nem effugiat,& secunda diuisione minime indiget,cum utraque pars uniformis superstit,ut iam si diuidere itex tentes, comminuas potius, aut dilaceres,quam distribuas. Nõ ergo aridum hoc est,sed uere corp° solidum,& succi plenum,neq; enim quicquam ei diuisioni superest, neq; deest,nulla inest nugacitas,uerbis uitur pro priis comprehensiõe aptissima,nihil ut excogitari circumspectius possit. At dixerit fortasse hic aliquis,cur autem non a' principio Epictetus iste ostendit, qualis nã is homo foret, quem instituendum acciperet,ostendit ille id qui- dem,sed paucis. Quid enim non ille hoc ostenderit,qui uel corpus ip sum,aliáq; id genus negarit esse in nobis. At id planius oportuit,& plu ribus,at non in abdito hoc erat,sed in prõptuario ad manũ uolẽti id sumere,ac præsto erat,quid enim Platone ipso illustrius:potuit tamẽ (inquis) Platonis illa argumenta i pauca conferre,potuit,sed non tam decuit. præcepta enim hoc libello tradit,& quasi leges promulgat,non contentionibus pugnat,suus cuiq; professioni finitus est terminus. ul tra si progrediare,ex iure manu consertum in iudicium sis uocandus. Vides ut Mathematici demostrationum suarum principia non pro- bent,sed eax patrocinium ei,quem primum philosophum dicimus commendent. Ad eum enim illa pertinent,quæ uniuersalia nuncupã tur. punctum inquit Euclides,idest cuius pars nulla est, negato id ob mutescet mathematicus,sed adest periclitanti philosophus, quid ille tandem:Quod rẽ inquit quampiam finit. ideo quod a' se finitur uno

iteruallo minus ẽ. Extorserit id, iã perget. Tria corpus iterualla habet. Id ã superficie clauditur, cui duo tantum adsint, longitudo, & latitudo profunditaté enim minime illa quidem nacta est, ea uidelicet una ã corpore deficit, superficies aũt, quæ duo interualla habeat, linea terminatur, cui unum tantum interuallum adsit, quæ longitudo sit, linea postremo ã puncto finitur. quod. n. procul dubio carebit iteruallo, quoniam id uerissimum est, quod dictum sit, omnem terminum uno interuallo ab eo, quod terminetur deficere. Ergo & Epictetus hunc ita libellum orditur, ut quod ã Platone probatum sit, pro cõcesso accipiat, æque eo omnem præceptorum seriẽ intertexat. Igitur ut apud Homerũ Aiacis sed clypeo Teucer defendit, ita & Stoicus hic noster sub Platonis rationibus, quasi sub clypeo audacter pugnat. Non ergo limites, quibus se circumscripserat trasngredi decreuit, ne (quod aiunt) extra chorum saltare cogeretur. Hæc, quæ pro Epicteto dicerem in præsentia succurerunt, eaq; plura nimium fuisse intelligo, q̃ epistolæ ratio postularet. Non plura tamen, neq; pluribus (ut arbitror) explicata, q̃ oportuerit. Quæ si accipis mi Scala, coheant iam in fœdera dextræ, sin respuis age iam, qualem oppugnatorem prebueris, talem te Epicteto propugnatorem præsta. At qui eum quidem, & fuisse magnum uirũ omnes tradunt, & mihi centies repetitus perpetuo placet. Verendum tamen est, ne meus mihi labor, tanq̃ scitus filiolus subblandiatur, idq; uel auctori ip si a pud me gratiam conciliet, tibi uero, quod me ad hãc ueluti pugnam prouocaris gratiam habeo. pertinet enim id, q d & Aristoteles ait ad ĩgenii profectum, cõtentiosa disceptatio. Vt iam diuine homerus pugnam ipsam, quod homines reddat illustris κυδιάνειραν uocet, nec minus egregie noster ignobile ociũ dixerit. Quare ut me sæpe uel irrites etiam, atq; etiam te rogo. Est enim mi Scala reluctã dum hís temporum turbinibus literarum, & philosophiæ studiis, ut iam nos ip sos nobis, quantum liceat asseramus. Tua uero opera, quam tu quidem liberalissime, ut soles pollicere, non minus fidenter, cũ usus uenerit utar, atq; ad hanc diem sum usus. Vale Kalendis sextilibus Millesimo quadrigentesimo septuagesimo nono. Fesulis.

Alexandri Aphrodisei, Super nonnullis physicis dubitationibus, Solutionum, Liber ab Angelo Politiano in latinum conuersus.

P

Roblematum, alia suapte natura credibilia sunt, & nota, omnisque ambiguitatis, & quæstiōis expertia. Quis enim quæso mentis compos dubitet, cur uolatilibus pennas natura sit elargita. Quiuis enim prudēs dixerit fomenti gratia, quasi uestimentis primo circūdata, tum ob speciem, quemadmodum gressilibus quoq; animantibus dati sunt ulli. Serpentibus cortices, squāmæ aquatilibus, aut testæ, uelut iis, quæ testacea nuncupantur, cur præterea aliis quidem cornua, aliis autem aculeos, aliis acutos unguis, aut rostra, aut eiusceemodi quippiam tribuerit. hæc enim omnia uelut agnatis quibusdam hastilibus, quo sese ipsa ab iniuria tuerentur, armauit. Cumq; omnes natura fructus, omniaque semina, tum ad generandum, tum ad genus excipiendum fabricata foret, corticibus ea, aut corporibus quibusdam mollibus, aut lignū, aut cutem imitantibus communiuit, & quasi intra scriniolum occuluit, ut rigoris, aut caloris, aut animantium etiam quorundam iniuriam deuitarent. In plerisque autem, ne ipsum quidem inuolucrum reliquit inutile. Sed idoneum cibatui parauit. Plantas uero ipsas frondibus, cortice, cæterisq; similibus, pinnarum, uillorumq; uicem conuestiuit, ut quas præuiderat immodico frigore, aut æstu offendi posse labefactari. quin & earum quasdam, etiam spinis quasi spiculis armauit, qbus animantium iniuriam propulsarent. Florumq; uarietate, partim ad speciem, atq; ornatum coronauit, partim uti uice præconum instantem fructuum paritudinem præmonstrarent. Igitur qui nota hæc, dilucidaq; sibi postulant explicari, sunt proculdubio mente capti. Qui autem ambigunt, an sit igni insitus calor, ii tangendi non habent sensum. qui dubitant utrum natura, ac prouida ratio consulat iis rebus, quæ oriuntur, & occidunt, quiq; ordinem, motum, positum, ductum. colores, cæteraq; his similia non credunt, supplicio digni sunt. Hæc itaque suapte natura nota sunt. Alia rursus inexplicabilia, penitus soli cognita deo, scilicet illorum essentiæ auctori. Nam & artifex, qui sit opus aliquod solertius machiatus, omnis illius actuū tenet causas. Qui uero eius operis sit imperitus, causas quoq; ipsas penitus ignorat. Inexplicabiles autem quæstiones huiuscemodi sūt, cur qbus alæ, aut plantæ, aut latera titillantur, ridēt: cur ne nōnullis, cū marmora atterūtur, aut secāt

cũ ſtridet ferrũ, aut limat, ipſo cõſeſtĩ auditu dẽtes obtorpeſcũt, Cur dentiũ ſtuporẽ, q̃ e frigidis pomis proueniat, portulaca tñ, quæ & ipſa frigida eſt, ſanat: Neq; ſunt contrariorum contraria medicamenta, ſed ſimilia, aut cur magnetis lapis ferrum tantum attrahit, deq; eius ſco be uiuificatur: Succinum uero tãtum folia arida, ac feſtucas aggregat, eiſq; agglutinatur. Et leo ſolum galinaceum pauet. Villaris autem gallina ediro ouo, feſtucis undequaq; corpus purificat. Coturnices ueratro, quod toxicum homini, ueſcuntur. Sturni cicuta. Aſcamonia flauam bilem trahit. Colocyntha uero, & Agaricũ, & album Veratrum, Epholbionq;, & Coccus cnidius pituitam. Nigrũ autem Veratrum, & Epithymum nigram bilem. Quibuſdã uero ſedatur uenter iiſ, quæ per purgant, contra uero iis, quæ ſedant, perpurgatur. Tum alio alius cibatu magis delectatur, eumq; facilius concoquit. Quis autem ignorat, marinam torpedinem, uel per ipſam lineam torporem in corpus adigere: Mulum autem ſi manu contineatur, contra torpedinem ualere: Infinita deniq; huiuſcemodi enumerare poſſim, quæ ſola experientia cognoſcuntur. Quapropter, & a medicis proprietates arcanæ appellantur. Quod enim de horum proprietate affertur, arcanum prope modum eſt ad cauſam afferendam. Praueenim quidã ſolutiones horum proponuut quam plurimas, quæ inutiles penitus, improbabileſque ſunt. Dicunt enim purgatoria, quæ calidiſſima ſunt, humores trahere, quod proculdubio falſum eſt. Oporteret enim, quodcũq; eſſet calidum, idem & purgatorium eſſe. Nunc autem Piper, cum ſit calidũ, nõ trahit, ſed concoquitq;, ſolidatq;. Eodẽq; modo & Maſtichæ, & Aloe. Dicimus itaq; non reciprocari ſermonẽ. Nam ſi quocunq; aluus ducatur, id habitum quidem calidum, uim autem uacuefaciendi habet. Non continuo tamen, quicquid eſt calidum uim quoq; habet ducendæ alui. Dicunt autem, & Sthrutochamelum ferrum concoquere, nõ proprietate quidem aliqua, ſed caliditate, quod profecto abſurdũ. leo nanq;, qui hoc animanti calidior eſt, ferrum tamẽ non cõcoquit. neq; uero apud medicos tantum proprietates quædam ſunt, Sed apud philoſophos item, ac grammaticos, ut ea, quæ pathæ, hoc eſt affectus appellantur uſibus adnotata, quo circa de iis dũntaxat quærẽdum, quæ medium quendam locum obtinent, neq; ad cognoſcẽdum ancipitia ſunt, & ſub explicationem cadere poſſunt. Quæ enim falſa dicuntur, ea ſunt omnibus nota, quæ ueritatem præſeferunt, horum nota ſunt alia, & conſpicua, alia obſcura, & inexplicabilia, partim uero mediæ cuiuſdam ſunt naturæ, quorum nunc expoſitiõem aggredimur.

omne autem problema, aut ex habitu ipſo ſoluendum, aut ex coagmentatione, aut exactione, aut è cõſenſu erga aliquod ſimile, aut è colore, aut per ſenſus deceptionem, aut per nominis participatum, aut qua eius rei uires magis, minuſue agant, aut qua durius quicque, rariuſue ſit, aut maius, aut minus, aut a tempore, & ætate, & conſuetudie, aut eſſentiæ ratione, aut ex accidenti, aut ſimilium rerum conditione, qualia, quæ in problematis dicuntur. Inuenies igitur, ſi has tibi præpo nas formulas, quacunq; de re ambigatur, uocare in diſputationẽ poſſis. Quoniã uero, haud iis tantũmodo acquieſcendum eſt, quæ ad uniuerſum feruntur, ſed tanquam manu ducendus, qui eruditur, age iam ſolutiones ipſas aggrediamur I.

Cur Homerus homines à canitie temporum πολιοκροτάφους appellauit? Quoniam plurimum inde cani incipiunt, quia priora capitis humiditatis, pituitæq; plus habent, quam poſteriora. ii.

Cur tantum priora capitis calueſcunt? quia mollia, laxáq; ſũt. Cũ igitur capillus, ob naturalem ſiccitatem careat alimento, facile iis partibus defluit, haud enĩ facile hæret, uelut in occipitio, quippe quod, & ſiccius ſit, & conſpiſſatius. iii.

Caluitium autem à ſiccitate ortum habet. hinc fit, ut q criſpo ſũt capillo, quod ſiccius caput habeãt, citius calueſcãt, ſerius caneſcãt. ſiccitate conſumente excrementa pituitatis. Sunt & uigiles præter cæteros. Somnus enim ex humiditate oritur. Argumento ſunt infantes humidi pariter, ſõniculoſi, atq; excremẽtoſi. Et humidi affectus, & ebrioſi, & qui crebrius lauantur. Minus quoq; excernunt per meatus, ut per nares, per os, per oculos. Qui uero molliore ſunt capillo, ut quibus eſt humidum caput, eis contra euenit, rarius enim, aut nunquam calueſcunt, ſed & uitio generis, caluitium accidit, ut & podagra, & alii qdam affectus cognatione generis excipiuntur. Citius autem caneſcunt, ſomnolentiq; ſunt, atq; excrementoſi. Cani autem albi imitantur enĩ pituitæ colorem, unde ipſi ortum habent. Sunt interdum propemodũ aureoli, cum uitellina bilis pituitæ ſit immixta. iiii.

Cur ſenes excrementoſi, & uigiles? Excrementoſi quiden ſunt, quoniam ætate frigidiores, imbecillioreſq; cũ ſint, minus cõcoquunt, multáque per meatus excrementa contrahunt. Cũ uero ſolidis ipſis corporibus ſicci ſint, uigiles quoq; ob id ipſum ſunt. Infantes enim & foraminum contextu, & ſolidis ipſis corporibus, humidi ſunt. v

Cur pueri, qui & humidi natura ſunt, & excrementoſi, canos tamẽ minime producunt? quoniam humidi, calidiq; ſunt. Pituita aũt humi

da est,ac frigida.sinciput quoque habent quasi cuteum , & rarum,quo superflua excernantur.Id ætate durescit,fitq; osseum,ac densescit.Vnde & futuras ei,natura postmodũ tribuit,per quas superuacui uapores efflarentur.Solutio ex habitu,& coagmentatione corporis. vi

Cur fœminæ,ac Spadones ocyus canescunt?Fœminæ quidem,ꝙ & natura sunt frigidæ,& minus exercentur,pluráq; ob id excrementa cõtrahunt,ac tum præcipue,cum earum iam menses quieuerint. Spadones uero,ꝙ semen iam non edunt , sed excremẽtum,quo semen gigni debuit per uniuersum corpus,unà cum sanguine diffundunt.Id autẽ pituitatis naturam habet. vii.

Sed cur pilis carent?Fœminæ quidem,quia frigidæ sunt,densóſque habent corporis meatus.Frigus enim condensat . hinc fit, ut qua pili erumpant uia nulla sit.Spadones autem,quia & humidi sunt,& supra modum excrementosi . hac enim ratione fit , ne locis humidioribus herbæ pullulent . Neque item siccis, & lapidosis , ut quæ caluitium imitentur. viii.

Cur spadonibus,ut plurimum pedes distorquentur?quoniam ob eam,de qua diximus, superuacaneam humiditatem , partes corporis uuidas ,molleśq; habent,atq; ob id imbecilles.quapropter cum totius corporis onus crura non ferant,torquentur.ut si pondus harundini iniicias flectatur.Nam quod durum siccúmq; est,idem & ualidum est,& actioni renititur.quod autem humidum,ac molle, id actioni resistere nequit.Est enim imbecillum.argumento sunt & ligna,& coria,& uimina,atq; item homines.balneis enim & poculis debilitantur , uictus norma modice desiccantur , ualidioreśq; ad agendum euadunt. quo efficitur ut spadones muliebres quodammodo sint,atq; imbecilli, similiter que uinolenti,ut quibus pituitatis plurimum insit. Nam cum frigidi sint,contrarium inducere affectant. Vinum autem suapte natura calidum est.Ethiopes uero ut pote naturæ siccioris capillo sunt crispo, macilenti,musculosi,ualidi ad opus. ix

Sed cur uoce acuta sunt?Rursus enim humiditatis copia implens asperam arteriam,eam coarctat,hinc spiritus per angustum means, uocis acuitatem efficit per latum,ut in uiris granditatem. Argumento esse possunt. foramina tibiarum. Abundare autem illos humiditate manifestum est,quod leues sunt,quódque iis in muliebrem modum mammæ increscunt,palpebrásque habent turgidiores,súntque tenui capillo,& incano. x

Cur nonnulli ſpadones rem uenereã modo aliquo affectant,atq;
interdum amant?quia multis circa pubertatem execti teſtes,confracti
ue fuerant,ſu'ntq; ueluti imperfecti ſpadones . quidam uero calidiori
ſunt iecore,ac ſeminalia uaſa magna habent.Imaginantur itaq; uſum,
quod uero cupiunt,minime peragunt. Verenda enim ipſa marcent.
Nam qui ea inflat ſpiritus,perpetuo deſecit.Is à ſemine ortus ꝑ femina
les meatus,iis de partibus ferebatur,quæ circa lumbos ſunt.At in pue-
ris ſeminales meatus occæcati. xi.

Quare cũ tres humores ſimplices,uniforméſq; ſint,non tamen tres
uniformes ægritudines,ſimplicéſque progenerant,ſed plures:duplices
enim in uno quoq;accidunt,perpetuæ ſcilicet,& interciſæ.quia non ex
ipſis tantum humoribus morborum differentiæ proueniũt,ſed & à lo
cis.calidus enim & tenuis humor,acutam,breuem, atq; ardenté gignit
febrim.Frigidus autem,& craſſus obtuſam,& longam.Sic & lignorum
quæ quidem ſunt calida,& aridiſſima,ueluti tedæ,& lauri ingétem ex-
citant flammam,citiuſq; exuruntur.uiridia uero,& humida humilem
& fumidum ignem edunt,ſeriuſq; exuruntur.Rurſus ſi locus quidem
ipſe ſpacioſus ſit,atq; amplus,citius,ac maxime accendit humoré,quo
niam cum ſimul ſit coaceruatus,unà omnis penitus putrefactus accen
ditur.Si uero téuis ſit,& anguſtus,cũ uniuerſũ minime capiat humoré
ſed particulatim.quia non ſimul omnis ſit, putreſcat, febrim quidem
exilem excitabit,ſed quæ diutius ardeat.Admiſce igitur humoris natu
ram,ac locum,omnémq; earum febrium differentiam inuenies , quæ
ex humorum putrefactione proueniant.ſi enim in magnis cóceptacu
lis,ut inuenis puta,& in arteriis flaua bilis putreſcat,cum calida ſit,ardé
tiſſimam,acutam,& breuem accédet febrim,qualis eſt,qui ardor appel
latur At ſi in paruis uenis & arteriis,quæ circa cutem ſunt,putreſcat pi
tuita frigida,languidam & diuturnam efficiet febrim ut quam quoti-
dianam dicunt.Præterea extrema quoq; ipſa permutantur.Quod ſi in
paruis conceptaculis flaua putruerit bilis , febrim faciet , minoré,bre-
uémq; ,ſed longiorem tamen aliquanto,q̃ eſt ardor,ut tertianam , aut
ſimpliciter acutam.At ſi in magnis conceptaculis pituita putruerit,bre
uiorem aliquanto faciet.q̃ eſt quotidiana,ſimiliter & nigra bilis , ſi in
magnis putreſcat uenis,quoniam uno tempore uniuerſa quodammo
do exuritur,breuem faciet febrim per quartos,ſi autem in paruis,diu-
turniorem quartanam . cócurrunt enim frigidus humor, & craſſus,&
alterationi minime idoneus,atq; anguſtus locus,qui uniuerſam ſimul
bilem exuri,conſumiq; non ſinit. xii

Cur nonnullis,ubi pudore afficiuntur sudant alæ:quia maxime ra ris sunt meatibus. Natura autem auocās ab eo sese,quod sit honore,aut reuerentia dignum,modice unà cum sanguine maxi mas in uenas arte rias'q; fugit. eæq; repletæ destillāt. At gaudētibus id euenit, q̄m remitti tur,rarescit'q; corpus,maxime uero alæ. xiii

Cur timentes pallent:quoniam natura nostra,eaq; uis,cui corpus ē curæ,nihil ab externis pati uult. Atq; ut nos intra domos confugimus. Ita & ipsa securitatis satagens,in corporis intima, quo ad eius fieri po test,se coniicit. Atqui & sanguinem,quem pro cibo uehiculo'q; habet, eum scilicet,qui optimus sit,secum trahit. Is autē est sanguis,qui roseo cutem,purpureo'q; colore inficit. xiiii

Sed cur eidem tremunt:quoniam animalis uirtus consensu naturæ neruos destituit,quos prius seruabat,ii uero corporis partes tremoris expertes ferunt,hinc fit,ut & uenter iis soluatur,& mingant de'proui so. Nam qui musculi excrementorꝝ meatus obstruunt,nunc imbecil les facti,superuacanea remittunt. xv

Cur quos pudet rubent:quia natura sua sponte,conscientia quadā quod honore sit dignū reuerita,quasi nobilis puella,modice sese,i cor poris intima contrahit. Mouetur autem unà secum sanguis, ac sundi tur.unde etiam cutis sanguinis colore inficitur. Alii sanguinem à natu ra obtendi, quasi uelamen dicunt. Quemadmodum & nos à natura uelut admoniti manum faciei prætendimus. xvi

Cur nonnulli metu extincti:Quoniam fugiens supramodum na turalis uirtus,seq; in corpus intimum unà cum sanguine recipiens in situm,uiuificum'q; calorem,eum qui propter cor gignitur, confestim suffocat,atq; extinguit,quare & corruptionem inducit,hac enim ipsa ratione & oleum,cum plurimum,ac subito in lucernæ flammam in ditur,eam extinguit,habet autem sanguis,qui est in corde, proportio nem ad lucernæ flammam. Quosdam & immodicus dolor ratione ea dem exanimauit. Resoluitur enim insiti caloris internus motus,ut op culo obtectus ignis extinguitur. xvii

Cur multi uinolentia exanimati? Quia rursum uini copia natu ralem,uiuificam'q; uirtutem caliditate suffocat. Præcipue uero hoc iis accidit,qui insitum calorem exiguum,atque imbecillum possident. Quod enim & plurimum ē,& ualidum,reniti magis potest,spatio'que temporis copiam coquit.quemadmodum & flammæ copia maiorem quoq; olei infusionem tolerat. xviii

Cur senes tremunt:Quia rursū naturaliū uirtutū nerui,ac particula

rum musculi, cum sufficientem motiuam uirtutem minime capiant, haud quaquam pariter ad tolerandum corporis onus amittuntur. Fit autem tremor, quoniam corporis pondus particulam deorsum trahit. Aialis aūt uirtus sursum, hoc cum & fiat successiōe, & cōtinenter tremorem ciet, hinc etiam cernui ingrediuntur, atq; ad humum uergunt quorsum eos natura detrudit, hinc & bacillorū adminiculo pro tigillis substentantur, ob q; hanc ipsam uirtutum imbecillitatem stercus de improuiso, urinámq; deiiciunt. xviiii

Cur piper & sinapi integra si deuores uentrem minime excalfaciunt, si trita excalfaciunt? Quia quæ uirtute tantum, nō autem & actu suas habent qualitates, aliquo extrinsecus indigent adiumento, ut uirtutem in actum producant. Ipsa igitur tritura attenuata, atq; in intimū corpus per meatus penetrantia, tum à sua insita caliditate commota, agunt hoc pacto. Eadémq; ratio est & cæterarum qualitatum. Sunt autem ex iis, quæ per qualitatem agunt, nonnulla, q̄ actu ipso qualitatem habent, ut aqua potabilis, ptisana, lac humida enim, & frigida sūt, neq; ullo extrinsecus indigent ministerio, ad refrigerandum, atq; humectādum. Sed statim, propriéque agunt. similiter & sal, & terra, & eiusmodi, siccæ enim sunt naturæ, & uirtute, & aspectu, & actu. Mare enim, & sal sugo, & uiua aqua humida sunt, & imaginatione, & aspectu, sicca autē & uirtute, & actu. lini uero semen, & panis sicca imaginatione, & aspectu, humida uero sunt uirtute & actu. xx

Cur nonnulli noctu nihil uident die uident? Quoniam uidendi spiritum crassiorem habent, neq; qui aera pertransire usq; ad uisibile possit, noctu uero crassescit, quoniam solis absentia refrigeratur, uel (ut alii dicunt) quoniam interdiu à tenui, calidóq; aere attenuatur, noctu uero densatur. In fele autem, & hyæna, & noctua contra accidit. Interdiu enim nihil cernunt, noctu exacte cernunt. habent enim uidēdi uirtutem tenuissimam, maximéq; perspicuam, quæ cū noctu modice crassescat suscipiendo, obiectui idonea fit, interdiu autem, atq; in claro lumine uehementer attenuata resoluitur, atque dispergitur. unde & leones, qui eiusmodi ferè sunt, per solem ingredi nequeunt. Et ignem interdiu cernentes fugiunt. Est & eorum uidere pupulam uehementer splendidam, habéntque humida oculorum maxime perspicua xxi.

Cur repentinum, uehemen̄sq; gaudiū nonnunq̄ exanimat. Quia uitalis uirtus, & insitus calor, cum immodice extrinsecus fertur, egeritur, atq; resoluitur, unde & sudant, & rubent, q̄m sanguis adest. Insitus

enim calor,atq; ipse ignis,tum caliditate,tum quod loco suo demigrat,sur sum uersus mouetur. Rursum uero pabuli appetitu deorsum, utroli bet aũt horum motuum pereunte,ipse corrumpitur. xxii.

Cur dolentes,& amantes,& irascentes suspirant admodum, & fre quenter? quoniam dolentium anima ad ipsam doloris causam cōuer sa est,cupientium ad id quod cupiunt. Irascentium ad id,quod iram iis concitat. Igitur intenta anima ad id,quo mouetur negligit,& quodam modo obliuiscitur,motiuam pectoris musculis uirtuté præbere. Cor itaq; ipsum,neq; pectoris dilatatione aerem accipiens, ideoq; neq; perflatum,atq; refrigeratum, neq; item contractione excernens fuliginosa excrementa,quæ de sanguinis exustione gignuntur, dum suffocationem metuit,animam cogit,atq; admonet,ut quàm plurimum musculis motum præbeat,maioremq; inspirationem,atq; expirationem efficiat,ut maiorem quoq; uim frigidi aeris accipiat,maioremq; uim excrementorum effutiat,ut quod exiguæ,crebræq; respirationes facturæ fuerant,idem maior una efficiat. Vnde & græcum nomen suspirio ex angustia pectoris prisci dederunt. Suspirant autem diutius,& frequenter, quoniam in id semper,quo mouetur conuersa est. Natura autem cogit eam,ut aliquando plus motiuæ uirtutis musculis pectotis per cor immittat,quod autem in pectore respiratio,idem in corpore perspiratio est,quæ per arterias fit. Similis autem est inspirationi dilatatio. Expirationi autem contractio,sub pulsus uero nomine,dilatatio,contractioq; comprenditur. xxiii.

Cur isicium difficile concoquitur? quoniam leuitate sua humido pabulo intra aluum innatat,idq; per mediam, neq; sese ad eius corpus applicat,qua applicatione concoctio fit. Tum circa gulam redundat, cuius officium appetitus est,nō coctio. extra uero corpus, si in aquam indatur,innatat,neq; demergitur. quia dum carnes interuntur, leuem concipit spiritum,corpus in altum expuit,humidisq; innare cogit,hic & lentus est,quoniam spiritus est particeps. xxiiii.

Cur antequam balneum ingrediamur, calidum mingimus, cum diutius in balneo supersedimus frigidum? Fit hoc nimirum, quasi ad alterius cuiuspiam comparationem. Emissa enim urina tepidæ qualitatis est,ac modice calida. Extra igitur balneum, quoniam frigidum est corpus nostrum,quæ urina emissa est, uelut ad corporis comparationem,calida est. In calido autem, quoniam multo magis corpus quam urina calefit,frigida urina uidetur,quamuis aliquo modo calida sit,ue rum que id esse,uel ex eo apparet. Ei enim qui balneum ingreditur, ut

calfiat

calfiat. si calidum folium ingreditur, quæ calida est aqua, admodum feruida uidetur, si autem iam excalfactus ingrediatur, non itidem et feruida uidetur. xxv.

Cur loca maritima fodientes, dulcem aquam inuenimus? Nimirū quoniam in mari, quæ tenuior sit aqua, dulcis est, quæ crassior salsa, tenuis igitur aqua per terræ meatus influens, in ipsa occultitur terra. quā deinde fodientes inuenimus. Dulcis est autem, quoniam per brumam in aera attollitur. Crassa uero aqua exiccata emundataq; fit sal. At in litoribus, quæ meatus laxioris habeāt, salsa inuenitur aqua. Excolatur.n. eo etiam crassior maris aqua. xxvi.

Cur putealis aqua per brumam calida, per æstatem frigida est? Quoniam semper contrarium ut inimicum fugit. Frigidum uero, & cōtrarium calido esse, & eum corrumpere manifesto apparet. Igitur quoniam calor per æstatem aera occuparit, fugit frigus in intimam terrā, atq; ob id, aquam frigefacit. Per brumam uero, quoniam frigus in aere plus pollet, rursus calor in intimum defugit, aquámque excalfacit. Contraria enim eodem in loco, ac tempore simul manere, contra naturæ legem est. xxvii

Cur breui statura homines proceris ut plurimum sunt prudentiores? q̄m constipata, atque compacta illis est anima in uniuerso corpore. Proceris uero, in longitudinem distēta resoluitur quapropter Homerus ulyssem breuem, ac prudentem, aiacem uero procerum, ac stolidiorem describit. xxviii.

Cur minus prudentes, cū ingrediuntur sese ueluti suspendunt, quia ut inualidus gubernator haud in rectum nauim agit, Ita marcidior anima corpus. xxviiii

Cur stolidorum q̄ plurimi, prudentes gignunt liberos, ac robustos? quia stolidiores in coitu uoluptati magnope succūbentes, aīam habēt, corpori magnopere immersam. Quo efficitur, ut eorum semen, q̄plurimæ uirtutis, tum rationalis, tum naturalis particeps, prudentiores, qui nascantur, efficiat. Prudentioribus autem, atq; iis præsertim, qui sint eruditi, secus omnino accidit. Prudentiæ enim uis, aliquid eo⁊ semper, uel in re ipsa ueneria reputans, que sint extrinsecus necessaria, ideo'q; suspēsior efficit, ut qd' semen defluit, q̄ plurima careat naturali uirtute, hinc soluendum. Cur stolidi, atq; ineruditi liberos gignant corpore robustos, Eruditi contra imbecillos. xxx.

Cur fera⁊ stercus haud ita male olet? q̄a sicciori, minimeq; superuacaneo utūt' nutrimēto, maxiēq; exercēt' q̄n & dorcadū, & alio⁊ quorūdā

animalium stercus, uelut aromatum quodammodo imitetur odorē, Hominis igitur stercus pessime omnium olet. Quod ii & uario, & humido uescuntur nutrimento. Idq; etiam supra satiem, & intempestiue, & cum minime indigent, Tum minus exercentur, minusque q̄ cætera animantia caloris habent. quare cum neq; plane concoquatur, neq; ob copiam perfletur, Sed ueluti commarceat, mali est odoris. xxxi.

Cur sinapi, cæteraq; id genus acria cuti imposita ulcerant. Deglutita uero, aluum iam non ulcerant. quia prius demutantur ea, & concoquuntur q̄ agant. Præterea resoluitur a (credo) nimia corporis humiditate. Item cum supra cutem ponuntur, temporis ad agendum plus habeat, quoniam ea conspissatior est. Estq; præterea imbecilla. At quod intimum est, & laxioris meatus habet, & ualidius est. xxxii

Cur qui dolent, quiq; gaudent ridentes lachrymant. qui quidē dolent, meatuum qui sunt in oculis, spissitudine eorum exprimunt humiditatem, qui autem gaudent, raritate meatuum humidum effundūt Quibusdam uero in oculis, iis qui angustioris meatus habent, in neutro lachryma exprimitur. xxxiii

Cur hordeacea farina, cum sit frigida, resoluit pituitates, siquidem omne frigidum condensat, ac resolutionem impedit. Equidem puto non quia refrigeret, ideo resoluere, sed quia eiiciat. uim enim eiiciendi, atq; humores diuidendi possidet. Sūntq; plurimæ eiusmodi species sibi ipsis contraria agentes, non illæ quidem prima ratione, & sese ipsis, ac præcipue, Sed secunda, & ex accidenti. ut apium, quod quidem est calidum febrim diminuit. Non qua id quidem calidum est, simile enim similia auget. Sed qua ex ueris eiicit morbiferos humores, ui'mq; habet prouocandæ urinæ. Itémq; iris, & hyssopus lateris morbo, quæ pleuritis dicitur conferunt, quamuis enim calida sint, tamen eos humores incidunt, qui pituitatem intra eam membranulam gignunt, qua costę subcinguntur. Et aqua calida circunfusa rigorem soluit, qui tetanus dicitur. quisq; ex lentis, frigidisq; humoribus generatur. Soluit autem non proprie, sed ex accidenti per medium aliquod, hoc est per insidentem caliditatem. Si igitur sua sponte nullius medii interuentu agant, proprie dicuntur, primaq; ratione agere, sin medii agant interuentu, non autem sese ipsis, ex accidenti tum agere, perque secundam rationem dicuntur. xxxiiii.

Cur mingentibus accidit, ut & flatū edant, qm̄ cū uessica urinæ plena esse turget, Præmitq;, & coarctat, directum intestinum. Dū itaq; exinanitur, incluso intestinis spiritui, exeundi occasionē pbet. quidā uero

consensu

consensum quendam, harum inter se particularum esse ad deiectionē arbitrantur. xxxv.

Cur qui oscitantem uideat, & ipsi oscitant quia natura animantium, maximeque rationecarentium, similitudinum quendam consensum, itemque affectuum habet. Atque ita fit, ut meiente asello, cæteri item meiant, cum sint urina repleti. xxxvi

Cur lippus, sanum lippitudine afficit. Sanus uero lippum haud qua quam sanitate afficit. Quia oculi humecti sunt & molles, atq; affecti, bus expositi Tum quia sanitas, ex habitudine modica uitium ex imodica accidit. Quod igitur modicum est, facilius ab immodico mutatur ac uertitur, quam contra. Ergo & lippitudo, quæ immodica quædam habitudo est, facile sanitatem ur pote modicam demutat. Fit aūt mutatio naturali corporum inter se consensu. xxxvii

Cur numisma, & pomum in aqua maiora quam sint, uideri solent Quia affusa iis aqua, concolor fit. Aspectumque decipit, quasi maiora sint. Talem enim ratione, Et sol & luna, & quæ erraticæ stellæ dicūtur, cum iuxta ortus, aut occasus limitem spectantur, ampliori corpore uidentur. Sua.n. qualitate, circunfusū sibi aerem afficiunt. xxxviii

Cur triangula procul cernentibus, rotunda putantur. Quia cum aspectus procul angulos uidere nequeat, ut pote acutos, eos ignorat. q. bus ob aspectus deceptionem subductis, rotunda putantur. Idem in re mo accidit qui sub aqua perfractus apparet. xxxviiii.

Cur ligno procul uapulante, ictum continuo uidemus, sonum seri us exaudimus, quamuis unā cum ictu, & sonus fiat: quoniam uisum subtiliorem auditu, acutioremque habemus. Ictum igitur uisus, ut pote acutior anticipat. Auditus autem, ut qui crassior est, sonum tardius consequitur, hac ipsa ratione soluendum est, ꝙ in nubium inter se conflictu brumæ tempore, ubi ictus oritur eius, quem tonitrum dicimus eiusque ignitio, quam fulgetram uocamus, ut in iis quæ pyrecbola, hoc est igniuomad.cuntur, prius fulgetram cernimus, atque ita postmodum tonitrus exaudimus, licet conflictu ipso prior tonitrus, posterior fulgetra, aut una saltem ambo orientur. Et hic igitur uisus ut pote subtilior, auditum præuertitur, atq; ita fulgetram prius uidemus. Tum & auditus tonitrum sentit, ut qui crassior, atque ad consequendum tardior est. xl.

Cur fit ut cū nuda facie reliquo amicto corpore simus, in maximo tamen frigore reliquum quidem corporis rigeamus, faciem minime

cõsuetudine. assueuit.n.facies aeri tolerando, maxime uero nos cõsuetudo, aduersus omnis affectus communit. xli.

Cur flaua bilis, quæ per uniuersum uitæ tempus ea tunica, quæ bilis uessica dicitur continetur, cuiusque corpus maxime affectibus expositum est, minime ipsam corrodit. At si uel ad exiguum temporis, in dentem, cuius est corpus ad patiendum minime aptum, ingruerit, statim eũ exesũ reddit? Quoniã ita é à natura istitutũ, ut eo tantum in corpore inhabitet, ideoq; in ime ipsũ lædit. Magnũ.n remediũ contra dolorem naturæ nomen est. Milleq; alia possim tibi exẽpla afferre. Decẽ ĩ matrice mẽses ĩfans pmanet, nullũ põderis sensũ pgnãti pbẽs. Spũs aũt leuis ĩ eũ ĩcidẽs, dolorẽ cõtinuo acutũ citat, q & tẽsionem, & ĩtolerabile efficit põdus. Aspa Arteria unius ẽ spũs receptaculũ. In eã si mica, aut potiũcula decrret, suffocationẽ aut uehemẽtẽ efficit tussim. Id nisi natura ipsa pfinisset, haud quaq; fieri uł ad minimũ posset. xlii

Cur nonnulli cũ balneũ sitientes intrant, absq; siti exeunt. Nõ nullis uero cõtra accidit? Scciores quidẽ balneo uuescũt, statimq; sedant. sitis.n.siccitate prouenit. Præsertim si non penitus à siccitate resoluantur. Atqui uuidiores sunt, minimeq; sitibundi, si diutius imorentur. Sub calido præsertim aere, atq; intra aridam contignationem, resoluta per sudores humiditate, sitibundi efficiuntur. xliii.

Cur radicula comesa, alii fœtidũ eructãt, alii minime? Quo pe quidem aluus, ac stomachus supuacãtis malisq; humoribus, iisq; ad pituitatem uergẽtibus, minime exuberat, eo pe putus est ructus. At qb⁹ exuberat, fœtidus. Radicula.n.callida ẽ, humorũmq; crassitudĩe, ĩcidit, atq; attenuat. Ex humorib⁹ aũt spiritus excitat, eõq; p ructum effutit. Sic & cœnum quiescens, nihil olet, motum uero, & conturbatum, grauẽ alitum efflat. Qui uero radiculam ipsam grauis naturæ, ac fœtidæ qualitatis esse autumãt, qm ea cũ extra corpus sit, diutius q; feruetur grauiter oleat, proculdubio falluntur. omnes.n q ea uescerentur grauem ructum edere oporteret. xliiii.

Cur ĩ maximis rigoribus digiti. ac sũma corporis nigrescũt & decidunt, quoniã extremum frigus abigit, atq; retrudit insitum calorem sub intimũ corpus, atq; ita sũma corporis liuescunt quidẽ primo, tum nigrescunt, & quodamodo cadauerantur. Decidunt aũt, quoniã natura reliquo intenta corpori agglutinat sibi qd sanũ inest. quod uero iam periit, dimittit a se se, atq; extrudit, sũma aũt præcipue afficiũtur, quod neq; admodũ carnosa, & minus calida sunt, Nã & stirpiũ ea præcipue

cipue,folio℞ defluuiũ bruma patiũtur,quæ minus calida natura ſũt, atq; ob id ĩbecilliores,atq; rariores. Qui uero dicunt,Statim a' prĩcipio insitũ calorem,a' frigore quaſi ab aduerſario fugientem,ĩ intimũ corpus peruadere,tum ſeſe colligentẽ,& quaſi inſtaurantẽ,ceu reſum ptis uiribus,in eas rurſus particulas, magna repente copia, auxilio accurrere,atque ita,uel quia repẽte,uel quia maxima caloris ui,eo dem remi grarit,ſumma corporis exurere, quia in iis reſidens magis congregetur,ĩ proculdubio falſum autumant. xlv.

Cur qui ſumma corporis rigentia,igni admouent ut calfaciant,ue hementer dolent. Repentina uidelicet qualitatis mutatione. Plurimũ n. frigus,in plurimũ calorẽ demutant·quicquid.n. immodice,repẽteq́; fit,mala uidelicet habitudine,id naturæ cruciatũ affert·quicquid a'tbo na habitudine. Et modo,& ſecũdum naturã repente immutatur,id na turam magnopere delectat·conſiſtit aũt maxime ĩ habitudinis modo, humanum corpus,multoq́; magis,q̃ cæterorum animantium. xlvi.

Cur qui pip,aut magnum panem comederunt,ſingultiunt? Eſt uero proportio,& cũ iis quæ extrinſecus.aut ingrauant,aut dolorem ĩcu tiunt. Piper.n. flauaq; bilis,pportionem cum ſpinis habent·pituita aũt & panis,cũ grauiſſimo lapide·qui aluũ minime excrementoſã ſenſibi lem,calidámq; ſunt nacti,ĩi ocyſſime,piperis acrimonia mordicãtur, ſtomachũ excitãt,ad id quo dolent,excernẽdum,ac pſequendum,atq; ita quẽ ſingultũ dicimus effutiunt. qui uero frigidiorem nacti ſũt ſto machum,maioreq́; in eo pituitatis uim habẽt,minuſq; ſentiunt,ĩi tardius ſingultiunt. Ideq; iis accidit,qui magnũ repente panẽ deuorarint· Panis n. copia,ac magnitudine degrauantur. Neq;.n. ſuas partis ceſſare natura patitur,ubi quicq̃ adſit,quod ſe lædat Piper igitur qualitate acri id efficit ſecũdum pportionẽ pũgentis intrinſecus bilis Panis a'ũt q̃tita te põderis,uelut & pituitę co pia,ĩtrĩſecus degrauãs,ſingul tũ efficit. xl vii

Cur qui in unguibus,affectus exiſtũt,uehementer cruciant? quo ni am nerui,qui p digitos tẽduntur,peculiaribus excrementis, ungues gi gnunt·quẽadmodũ & dentes in gingiuis fiunt· Cũ itaq; ſenſibilis neruo℞ uirtus in extrema progreditur,inq; iis collecta,ueluti in conuallẽ profluens aqua congregatur,atq; copioſior exiſtit, pculdubio ubi ma gis affectum ſentit,magis etiam cruciatur. xlviii.

Cur deuorato repente magno pane,ſingultientibus, retentio ſpũs, ſingultũ reſoluit·q̃m ſtomachus adiacet aſp℞ arteriæ Ea uero ſtomachũ pmẽs,atq; in anguſtũ adurgẽs·id agit,ut & q in eo cibus conſtipatus ſit, exprimatur in uentrẽ,atq; ita exoneratus,ſingultum ſiſtat. xlviiii.

Cur deuorato pane, singultientes, ubi quid triste audiunt, non singultiunt. quoniam i id aiam intedunt, quod tristiciam afferat quo efficitur, ut mouendo pectori, minus sit intenta. Rursum igitur, cum non erum pat spiritus. Verum copiosior cogatur, singultum sistit, ut & ante didicimus. l.

Cur imagines prope quidem, planos colores, procul autem stantibus, parti concauos, partim deuexos ostendunt. quoniā uidendi uis, in lógo íteruallo extéditur, atq; resoluitur, quo fit, ut intía colorū, exacte, planeq; nō cernat. Sed cādidos quidē colores deuexos, nigros autem cōcauos uideat. Candidum enim, cum sese splendido admouit, extrinsecus spleudescit. Nigrum uero utpote tenebrosum intrinsecus. Artium uero aliæ materiā transformant. ut cum statuarius æneum equum, aut bouem, aut aliud eiusmodi animal fundens, aut cudens hominem fingit, aut aliud quippiam, mutata scilicet de specie in speciem materia æris. Aliæ additione agunt, ut ceræ, aut luti fictor. Aliæ demptione, ut qui sculpendo animal fabricantur. Aliæ coagmentatione & insertione & glutinatione, ut í domo, ut in nauigio ædificando, in tela, in fabrili opere. Aliæ habitudinis alteratione fiunt, & per profundum quodammodo. Quemadmodum natura ē semine animantia procreat. Aliæ habitudinis simul alteratione, & adiectione corporis, quemadmodū natura, particulas enutriendo auget. Aliæ uero, mixtione colorum, & corporum adiectione, ut pictura. li.

Cur si frigida aqua neruis inimica, calida amica non est, imo uero & ipsa inimica. Si enim tale quippiam noxium. Contrarium porro utile est. Contraria enim in id ipsum eodem modo agere nequeut. Prima igitur ratione, ac per se calidum, qua est calidum, infestum neruis simpliciter nō est. Sed qua calidum, & humidum est. qui autem neruos habent læsos, eorum nerui, quia plurimum sensus habēt, multæ intensionis, multæq; astrictionis indigent. Sunt enim suapte natura sicci. Humiditas autem, ut pote contraria emollit, remittitq; ipsos, ac putrefacit Calidum uero ipsum suapte natura minime noxium esse patet. Calidi. n. olei utilis haustus, quia astrictionis quoq; uim continet. lii.

Cur si poma nocent, quoniam frigida sint, atq; humida, aqua tamē quæ eiusdem sit habitudinis, minime nocet. quia subtilior est aqua pomis, citius q; excernitur, quo fit ut non adeo lædat. Immo uero corporis particulas modice intendit. liii.

Cur quæ difficilem habent concoctionem, crassoq; sunt humore, multo facilius concoquūtur. Vt bubulæ carnes, q̄ quæ & faciliori sūt coctione

coctione,& minus crasso humore,ut saxatiles pisses? Quidā id cōsuetudini tribuunt. Nōnulli habitum quendam naturalem,atq; arcanū, neq; explicabilem in causa esse putant. Quidam uero immodica alui caliditate,quæ cōcoctibiliora sint,quam par est,utpote mutabiliora summa īcendii ui concremari dicunt,atq; corrumpi. Quæ autem cō coctioni minime idonea sint,utpote difficilia mutatu,cum nō admodum mutentur,concoqui tantum. Sic enim & paleæ,ut quæ suscipiendis affectibus aptiores sunt plurimo igni,in cinetem obeunt. At quernis lignis non item accidit,ut quæ rite combutantur. liiii.

Cur dolentium superficies pallescit? Quia natura(ut diximus)ad ītimum corpus unà cum sanguine penetrat, Sanguis autem is est, qui ipsam calfacere superficiem,ac rarefacere sit solitus. lv

Cur in Aegipto,quæ calidissima est regio,frigidum uinū gignitur? Eadem ratione. Rursus enim aduitium tadices defugit frigus,eásque frigefacit,sunt enim uites multo quam cæteræ stirpes suscipiendis affectibus aptiores. lvi.

Cur calida aqua puteo īdita,frigidissimam reddit aquam? qm̄ qđ in puteo frigus est,calidæ repugnat. Cumq; eam frigoris abundātia supetet calorem ipsum,omni copia persequitur. Atq; ita multa cū frigiditate percalfacientem aquam influit, Eámque hoc pacto admodum refrigerat. lvii.

Cur ubi exiguū animal in oculos īuolat,statim altero clauso oculo extruditur? Quia uidendi spiritus iam per occlusum oculum exire non potest,ut iam didicimus,sed collectus in se se,magnáq; in aptū oculum copia contendens,implet ipsum,& tumefacit,& quasi extrinsecus promit,atq; ita pellitur,extruditúrq; infectum. lviii.

Cur colaphis icti ignem cernunt? Quia uidendi spiritus ictu attenuatus magnopere ignescit,atq; ī aera egressus talis cernitur, qualis iā euasit. Idem euenit,cum duos simul lapides,aut cum ferrum ferro atteras. Interceptus enim aet magnopere attenuatur,atq; ignis fit. Idē quoque in nubibus accidit. lviiii.

Cut non omnium atritu lapidum ignis excuditur? Quia pleriq; cedentes nimium sunt,nimiúmq; leues,& laxis meatibus. Neq; enim pariter percussus aer attenuatur,quippe, qui neq; uehementer ob leuitatem percutitur,& fugit,recedítq; ītra meatus. Nō egro pariter totus p̱cutitur,atq; ígnescit. Idem & lignorū euenit attritu. At uero à sole,atq; aqua ignis creatur. quoniam infracti ad uitrum solis radii uelut etiā ī speculis euenit magis ignescunt,rursúmq; ad supeta reflectūt. lx.

Cur prurientes feruida gaudent? quoniam pituita, cuius crassitudi ne, ac frigiditate pruritus oritur, cutis sensum obtundit. lxi

Cur iidem balneis gaudent? Quia calor pituitam fundit, eamque ungues resoluunt. lxii

Cur magis humeri pruriunt? Quoniam anticis partibus frigidiores sunt. Ideoq; plus habent pituitæ, quo fit, ut senes, qui frigidiores sunt, pruritu magis afficiantur. lxiii

Cur facilior scalarum descensus, q̃ ascensus est? Quoniam in descẽsu, corporis pondus deorsum uersus suapte ui fertur, & quodãmodo descendentem adiuuat. In ascensu uero laboratur, corporis pondus sursum uersus attollens. Sicenim & lapis facilius deorsum, quam sursum fertur. Quod enim graue est, deorsum fertur. lxiiii

Cur infantes, ut primum eduntur, flent? Quia sensus eorum, atque natura ueluti peregrinatur. Nam e calido, molliq; ipsius matricis corpore in aera frigidum exeunt. Fortasse tamen & a lumine exterrentũ. Non (ut quidam aiunt) quod anima cœlestium regionũ extorris, terrenum corpus inhabitet, atq; ideo flere infantes cogantur. lxv

Cur apes, & formicæ, & muscæ, omniaq; insecta oleo pereũt? Quia respiracula angusta habent. Oleum uero utpote lentum, eorum respiracula obstruit, atq; ob id pereunt. Idem & serpentibus ex iis contigit, quæ mali odoris sunt. lxvi

Cur flantes calida refrigeramus, frigida calfacimus? Quoniam respiratio calida fit, exiens autem spiritus eorum qualitatem resoluit: calida uero refrigeramus, quod eorum calidam qualitatem mouemus, ac resoluimus. lxvii

Cur, quæ carnes noctu subplenilunio fuerint, putrescunt? Quoniam tũc aer calidus ob eo, atq; humidus fit, quæ habitudo ad putrefaciẽdum maxime facit, unde efficitur, ut si modicus sit calor, atq; humor, concoctio fiat, si immodicus, extinctio, si calor præualuerit, exustio. luna quoq; quatuor nacta habitus uidetur. Media enim humida, & calida quodammodo est. Plena, calida quodammodo, & sicca. Quo tempore desinit, sicca, & frigida. Cum luminis omnino est expers, frigida est, & sicca. est enim & solis expers radiorum, qui tunc calidi sunt lxviii

Cur dolore affecti pallent? Quia rursum natura eius, quod se se angit reminiscens, paulatim ad intima defugit, unà cum sanguine eo, qui cutem depingat: minus tñ in iis, quam in metuentibus euenit. lxix

Cur gaudentes rubent? Quia natura sponte sua delectanti se se occurrit, qui extrinsecus sit, ut nos amico, liberisq; solemus. Eam uero &

sanguis affectatur, Is qui (ut supra diximus) cutem suo colore roseā reddit. Pallor autem à contrario accidit. lxx

Cur in sopore nocturno, cum subito oculos aperimus, lucem uidemus? quia uidendi spiritus collectus inter dormiendum, atq; adauctus, repentinus, plurimusq; per tenebras erumpit. Cumq; ipse sit lucidus, istar luminis cernit. lxxi.

Cur uerentes oculos deiiciunt? Quia animi speculum sunt oculi. Nam & animi affectus per oculos cernimus, ut dolorem, iram, pudorē. quoniam uero non sustinet animus, cōtra id, quod sit honore dignū intueri conscientia quadam, ideo aliquādiu oculorum musculos demitti cogit, Idq; uelut sese operiens efficit. lxxii.

Cur auris omne humidum tolerat, excepta aqua? Quoniam cum frigida sit, ad audiendi neruum cōtinuo fertur. Frigidum uero omne neruis infensum. lxxii

Cur antequam uehemens excitetur uentus, quædam ueluti stellæ excurrentes eum præmostrant, aut quasi fulgetræ, maximeq́ue per sudum? Nimirum quia cœperat quidem prius moueri, nobis autem, qui & crassa, & duri sensus corpora nacti sumus, nondum manifestus apparet. Supernum igitur aera, utpote magis tenuem, magisq́ue æthereum perflans, in ignem conuertit, atq; ita eius partis scintillantis uidemus. uehementior autem deinceps uirtus crassiorem hunc aera, q̄ sit circa terram, mouet, atq; ita sentitur. lxxiii

Cur qui uentus angusta loca inflat uehementior est, q̄ qui laxa, quia colligens sese unum in locum intenditur in seipso, sitq; maior, increscitq;, & uehementior euadit. In locis autem latioribus explicatur, atq; dispergit, fitq; languidior, imbecillior q;, hoc idem in calore accidit, in qualitatibus, & in aquis. lxxiiii

Cur aliqui longinqua, quamlibet magna minime uidentes, propinqua tamen, q̄libet minutissima cernunt, quos & myopas, hoc est luscinos uocant, quia conniuentes uideant? Equidem arbitror, uidendi spiritum tenuem hisesse, ac purum, qui cum ꝓcul abeat, resoluatur, neq; obiecta attingere possit. Vix autem propinqua cernit propter tenuitatem, ac puritatem. Sunt & qui minutissima procul cernunt, ut senes quidam. hi igitur contra, quia uidendi spiritum crassum, eundēmque multū nacti sunt, necesse habent, ut is per longiusculam quodammodo uiam moueatur, eoq; pacto attenuetur, atq; ad uisibilia suscipienda idoneus fiat. Sic ergo duo inter se opposita soluuntur. lxxv

Cur præter omnia animantia, soli canes post coitum uinciūtur? quia

angustos habet meatus colum matricis coles autem in re uenerea ista tur, neq; statim exit. Tum quia semen glutinosum est, utraq; enim iis, nimia siccitate accidunt. Siccum enim cogit, coartatq; particulas, atq; humida condensat. lxxvi.

Cur soli canes per æstatem rabie laborant? propter siccæ habitudinis præceptionem Natura enim sicci sunt, magisq; in æstibus, Excalfactæ igitur eorum humiditates, atq; exiccatæ inflammantur, tum uniuersa eorum habitudo, eoq; pacto insaniunt uel ut phrenetici, unde & eorum saliua ueneni est instar, atq; siccissima. Inflammari autem constat, uel frequenti hanelitu, uel igneis oculis, uel oris hiatu, quem ad protrahendum aera apertum semper habent, uel quod eorum cauda obsiccitatem incuruatur, atque macrescit. rabidi uero fiunt præcipue qui siccissimi sunt. Sunt & qui caniculæ sidus in fluxu quodam suo rabiem iis afferre dicant. lxxvii

Cur qui repente, atq; inuiti execantur, minus cruciantur, q̃ qui per electionem execantur? quoniam qui de improuiso, ii alio conuersum habent animum, sensusq; omnes inæqualiter suscipientem. At qui per electionem, ii cum sciant quid passuri sint, animum semper in ipsum, quod inciditur corpus intentum habēt, quare cum sensum æqualiter suscipiant, magis in ipsa sectione cruciantur. Solutio quæstionis, a' cō sensu qua magis. lxxviii

Cur qui onera baiulant, cantantes ambulant, eodēmq;, qui trahūt? quia modulatiōe rōnalis aīa oblectatur, quo fit, ut in eā cōuersa, minꝰ ipsū sensū suscipiat, uñ efficitur, ut nō tātope onus ipsū sētiat, hac rōne solue, cur i funeribꝰ tibiæ, ac tympana adhibeāt, cur ad dolētis, aut lugētis, aut ægrotātis mos obtiuit, ut hoīum cōueiat multitudo, diuersosq; inferant sermones uergens n ad uerba animus calamitates minus sentit, qua propter & Scenica oblectamenta, uariaq; eius genera ab antiqs excogitata sunt, ut animi distraherentur. lxxviiii.

Cur æthiopes febricitantes ut plurimum extinguntur, & lippientes ulcerantur? calidissimi sunt, atq; siccissimi, & quasi elementorum quædam iis resolutio accidit, & quod humidi exiguum iis inest, cōsūptū, atq; corruptum efficit, ut & cætera elementa resoluantur. Fugit enim calor cibi penuria. Exurgit frigus caloris absētia. Regnat & siccitas humiditatis interitu. Atq; ob id ipsum cadauera frigida, siccaq; sunt, unde & diuinus Homerus haud ignarus duo quidem elementa effugere ut pote tenuia, & leuissima, duo uero in extinctis corporibus ꝑmanere ait Sed uos o cūcti tellus fiatis, & unda, siccitatē ille nimiꝝ, ac frigiditatē i telli-

telligit,ulcerátur aũt in lippitudinibus eorum oculi,qm̃ ſãguis,ex inflamatiõe fit bilioſus,multaq; acredĩe oculos p fluctũ corrodit ·lxxx.

Cur in conuiuiis contra rationem poculis utatur. Incipiẽtes enim exiguis,expleti magnis poculis bibunt. Videtur id procul ubio ridiculum , ſed neq; præter rationem tamen fit : Vt enim frequentius ad menſam poſſint,perpetuoq́; bibere,incipiunt quidem à paruis poculis,deſinunt autem in maioribus. Parua enim pocula non tam queũt exatiare,q̃ abundantior potus. Si igitur à maioribus incipiant,frequẽter id facere,ut in iis deliciis aſſolet,non poſſunt. Natura præterea ipſa immẽſis illis,capaciſſimiſq; poculis,ueluti re quapiam peregrina turbatur,ſeq; ab iis auertit. Paruis autem paulatim aſſueſcens,copiá quoque ipſam poſtmodum feret. lxxxi.

Cur,qui aqua intercute laborant,cũ pleni aqua ſint,ſitiunt ſemp? quoniam & ipſum eis humidum ,ſalſum fit,quippe ,quod minime permeet, ſed putreſcat,atq; os alui exſiccet. Quin & febriculas tenues habent. Præter hæc autem,quanto uenter tumidius fit ,tanto reliquũ corpus,cum minime ſua ratione nutriatur,ſiccius euadit,unde etiam macreſcit. Plurimum enim nutrimentum in aquam abit,ip ſũm que adauget morbum lxxxii.

Cur in cõuiuiis priuſq̃ cibum capiamus,ac repleamur,anguſte accumbimus,poſt repletionem uero,atq; ante cõuiuii finem laxamur, neq; iam urgemur?Quoniam cum à principio uehementem cibo ꝝ appetitum accumbentes habeant,in ea,quæ intus hoc eſt in mẽſa ſũt, concurrunt ſimul uniuerſi,atq; repente. Poſt cibi uero ſatietatẽ ,alius deorſum uergit,alius in obliquũ ,alius item modo quo uis alio ſedet, neq; ſupra modum in ea,quæ intus ſunt uergunt. Atq; hoc pacto,ubi expleti cibo ſumus, relaxamur . Præter hoc autem & quia omnes à principio,cum comedunt,in pectus,atq; in latitudinem corporis cubant,euenit , ut anguſte accumbamus. lxxxiii.

Cur quocunq; loco pilos habemus,cani gignuntur præterquam in axillis ?Quia is locus calidus eſt,arteriis enim ſcatet,& uenis. Tum ratus,atq; ob id pituitatis excrementa perpetuo excernens. hinc fit,ut perpetuo ſudet. lxxxiiii.

Cur ſi pituita frigida eſt,& craſſa,& lenta,ſimiliterq; nigra bilis,frigida,&craſſa,ſed multo,q̃ pituita minor,quartana tamen diuturnior eſt,quam cottidiana ? Quia pituita tameſi frigida,copioſior eſt,humida tamen eſt.humidum uero facillime alteratur,atque immutatur. Nigra uero bilis,frigida,& ſicca,quo efficitur,ut difficillime alteretur,

aut immutetur. Decipiunt itaq; ipsa similitudine frigiditatis,& bilis redundantia. reliquam uero cõtrariam qualitatem occultãt. Præter hæc pituita magis naturæ cõsentanea est,q̃ nigra. Vnde & cum quis sanus fame extinguitur, natura pituitam ipsam in nutrimentum uertit. In febri igitur quotidiana, quicquid utilis pituitæ offendit, id omne in nutrimentum consumit. Quod autem inutile est putrescens febrim accendit. lxxxv.

Quare cum quatuor sint humores qui interdũ putrescunt, tres tantum febres, nõ autem quatuor existunt: quia sanguis secũdũ naturam est,& nutrimentum corporis. Is exuberãs repletionem tantũ facit corruptus aũt, non iã sanguis remanet. Mutatur.n. excalfactus in flauã bilem. Reliqui igitur humores exundantes quidẽ morbos pariunt, maximeq; circa cutem, ut serpentia ulcera,& cancros, duplexq; genus uitiliginis, alphos uidelicet,& leucas, Putrefacti aũt febres. lxxxvi.

Cur si in duobus aduersis parietibus geminæ sint ẽ regiõe fenestræ, quas uehementior perflet uentus, altera tantũ clausa, iam p alteram nõ intrat uehemens ille,& plurimus uẽtus, qui spiret, uelut utraq; apta accidebat? qa aer,q mouetur, hoc est uẽtus corpus ẽ, altera igitur clausa,q per alterã intrarat aer, locum domus replet. Cũmq; corpus sit, non iam reliquum aera, qui corpus quoque sit ingredi sinit. At si fenestra referetur, qui locũ occuparat, exitũ nactus, locum ingrediendi,& alteri dat. Idẽq; rursus per obiectã fenestrã erumpens, alium altera ingredi sinit. Idq; continenter fit. clausa uero aduersa fenestra, non iam id amplius accidit. lxxxvii.

Cur amantium extremæ partes, mõ frigidæ sunt, modo calidæ. quoniam ubi dolore affecti sunt erga amicã, eaq; se desperant potituros, insitus calor unã cum natura in intima penetrat, quo fit ut extremæ partes frigescant. obq; id ipsũ,& pallent,& tristes euadunt. Contra uero cũ aut bona spe ab amica sunt affecti, aut cũ uehementer irascuntur, tum innatus calor ad cutẽ uergit unã cũ natura, fiũtq; calidiores,& rubicũdiores. obq; hanc ipsã causam pictores amorem nunc tristẽ pingunt,& quiescentẽ, nunc uolantẽ,& ridentem. Puerũ uero mutabilem, quia cupido uehemens quidẽ est, nõ tamen diuturna,& ppetua dispositio eni perpetua est, ut in legitimis amicis, aut in patre erga filium, aut in uxore erga uirum. Amor aũt nõ ppetuus est, ut plurimum.n. circa ignotos accidit. Dispositio quoq; modica stabilisq; est. Amor ãt uehemẽs,& insanienti similis. Facem uero habere fingunt, atq; esse pinnatum. qa amãtium animi suspensi tolluntur, sũtq; mutabiles, ceu uolucres. Tũ cor-

di insitus calor semp ĩis exardescit, incessabili uidelicet, uehemẽtiq; cu
ra erga id, quod cupiunt. Tenet ãt dextra gladium, sinistra aũt pharetrã
& q̃plurimas sagittas, quoniam à principio quidem ex uno oculorum
radio amor oritur, unà.n.& uidit, & cupiit, ut uero primum cupiit, per
petuos emittit amãs radios, in id, quod à se cupitur. Is ãt radius sagittæ
similitudinẽ habet, quod eum amãs in corpus iaculatur. Sunt uero in-
tra pharetram sagittæ, quoniã occultos emittant radios, qui amant. ut
autem uentus ignem, sic cõsuetudo amorẽ accendit. Non.n. proprie ex
ipsa amor oritur. si.n. hoc esset proculdubio oporteret ex cõsuetudine
semp amorẽ gigni. Amoris ãt ortus repẽtinus est. Est uero nudus, quia
absq; medio desiderium id, manifestoq; euenit. Neq;.n. per alterum q̃p
piam amat quisq̃, sed neq; clam, neq; quã ignorat. Quapropter & sta-
tuarii honoris gratia nudos interdum deos, regesq; effingunt, ut qui in
dicare uelint, adapertum illud uirtutis eorũ, ac mentis, extra oẽ clancu
larium uitium existere. Nõ est ãt unus amor, sed plures, seu quia diuer-
si rerum sunt amores, aliter.n. atq; aliter amãt, quẽadmodum & diuin⁹
Plato ait, amorẽ multorum capitum belluã esse, seu quia sub multos
(ut idẽ ait) amores idẽ cadit. matrẽ uero habet ueneré, hoc ẽ cupiditatẽ.
ueneris.n. simulachro cupiditatẽ effingunt. Fertur itẽ amor erinnyn fu
riam amasse, uidelicet quia multi inique amarũt, Impiisq; sunt cupidi
tatibus affecti, quẽadmodũ & à me ipso in secũdo allegoriarum libro
ostentũ est, quẽ in confictas dedis historias cõposui. lxxxviii

Cur in pestilẽtia, alii peunt, alii minime: hoc nimirũ, ex habitudinis
cõuenientia accidit. Nã si quis malis humoribus plenũ corpus sit na-
ctus, ei pfecto inspirãs is aer, qui sit putredinis effector, & quod exiguũ
utilis humoris insit facile corrumpit. Quo fit, ut corrupto iis humore
uniuerso, & insanabiles affectus, & q̃plurimi exoriantur, eoq; pacto oc-
cidant, quod si neque multa quis habeat excrementa, & bonis abundet
humoribus, is aut nihil, aut parum omnino à pestilenti aere offendi-
tur. Attrahi uero ab ea quam diximus conuenientia, id quod agendi
sit causa, uel externæ materies ostẽdunt. quercus enim haud quaquam
affectibus idoneæ, neq; eiusmodi sunt, quæ facile ignem comprehen-
dant. Multo autem magis idoneæ harundines sunt, magisq; igni excipi
endo expositæ, sed & stuppa multo iis magis. At si quis Madidam ca-
piat stuppam, uiridesq; harundines, quercum uero aridissimam eligat,
uel eã sulphure spargat, quod minime idoneum erat comprehenden
dis ignibus, id maxime idoneum reddiderit, si igni admoueat. hoc itẽ
exemplo, & quæstionem aliam soluere potes, qua ratione eueniat, ut

lassitudo diurnam potius febrim gignat, q̃ aut eam, quæ ex putredie fit, aut eam, quæ habitualis dicitur. Dicimus enim euenire id ex dispositionis præceptione. Habebat enim naturales spiritus humoresq́ue minime superuacuos. Solida uero omnia siccissima sunt, & causa in ea incurrit. Et cur solis ardor aliis somnum excitat, aliis nõ item. Quoniam, cui multa ĩ capite pituita inerat, ea effusa caput humescit, atq; inde sopitur. Qui autem sicco sit capite, cum magis id, magis q; exiccetur, peruigilio afficitur. lxxxviii.

Cur sol nigrum quidem hominem, linum uero cãdidum reddit. Ceramq; emollit, limũ durat? Propter dispositionem rursum patientis materiæ. humores enim omnis excepta pituita, cum sint præter modum excalfacti circa ipsam cutem nigri apparent. linum uero, aut nitro, aut salsugine infectum, cum sol eius sordes absumat, albescit. Rursum uero, cũ ex eadem cera humiditatẽ eliciat, quæ in eius intimo sit, euenit ut emolliat. At uero in limo, omnẽ sol humiditatẽ, quæ & plurima sit, & in ipsa superficie redundet, depascitur, atq; ita eum deficcat, durumq; efficit. Si ergo circa id, quod patitur, & agens uertitur, magno nobis usui esse potest. Si enim pietate animum armemus, corpus ciborum modestia exornemus. Vita autem non pẽsidente. Sed iis contenta, quæ sint uictui opportuna, nosmet ipsos stabiliamus, tum, omnes uitæ molestias, quoad fieri possit, euitabimus. Neq; nos agenti malo idoneos præbebimus, ut id quod patitur, agat quicquam, si quis uidelicet ẽ, aut Dæmõ, aut stella, aut alia q̃piã extrisecus causa. lxxxx.

Cur icterici difficile deiiciunt, & deiectio iis alba est? Quia flaua bilis toto eorum corpore diffusa est, quod & oculi indicant, & cutis color, neq; ad intestina iam confluit, ut prima naturæ lex exigit, atq; ita stercus non colorat. Neq; sua acredine deiectiuam intestinorum uirtutem irritat, ad euacuãdum stercus, propterq; id ipsum medicina, quæ ut artes cæteræ naturam imitatur, ubi ĩ ægritudinis periculo corpus uersatur, ægrotanti uirtuti auxiliatrix adest. Nã quia stercus deiicit, bile irritãte, adq; eius expulsionẽ intestina prouocãte, & musculos. ipsa uero stercus molle, lubricũq; ẽ oblentos illos humores, q̃ ĩ itestinis sũt, eiq; adiacent. Merito etiam clyster pro bile mel habet, quod eiiciendi uim habet. item nitrum, quod & uim habet eiiciendi, & intestina, ac musculos ad expulsionem citat. hydreleũ uero, hoc est oleũ aqua dilutum ad humectãdũ, emolliendũq; stercus, q̃d sita ĩ febri desiccatũ. Scire autem oportet, nunc sua sponte naturam, ac sine medici ope agere, ut in ægritudinum iudiciis, ut in concoctionibus. Est.n. tunc medi

cus uelut ſpectator quidam,& arbiter, & iudex duorum aduerſariorũ morbi,& naturæ. Nunc uero per ſolũ agit medicum,ut in articulorum fractionibus,ĩnq; articulo℞ iniectione. Nunc uero per medicum ſimul agitur,& naturam,ut in ſordidis,concauiſq; ulceribus. medicus.n. ſordibus ulcus perpurgat,iis quæ ad eiuſcemodi purgationem pertinent,tum cæcis illis meatibus relaxationẽ præbet. reſecat enim quicquid iis eſt pro operculo,ut ſic dixerim,eoſq; obſtruit,ut purum ſãguinem acqrant. natura uero ꝑ ulceris meatus purũ ſãguinẽ ſuggerit:qui à nutrimentis ſit creatus,eũmq; ad carnis generationem trãſfert. Is rurſum à deſiccantibus uenenis condenſatus, idonea caro fit. lxxxxi

Cur ii, qui febri continua laborarunt, poſt iudicii tempus,quam criſin uocant,nigerrimam aliquandiu cutem habuerũt? quoniam ex flaua bili continua accidit. quæ in ipſo ægritudinis rigore peruſta in nigram demutata eſt. Atq; ita in ea quam diximus criſi , à natura ipſa ad cutem repulſa tinxit ipſam. quemadmodum etiam in uitiliginibus alba quoq; eſt cutis. Eius aũt humoris craſſitudine difficile eiuſmodi color reſoluitur lxxxxii

Cur nigra bilis ad mammam,aut ad crus accedens corroſionẽ operatur. In his uero qui melancholici uocantur,cũ in ipſũ confluat cerebrum,id tamen non agit?quia in mamma quidem multæ, magnæq; ĩ ſunt uenæ,ꝑꝑ lactis generationem,atq; ob id bilis copia eo cõfluit. Similiter & in crus multa bilis deducitur,quippe quæ ad inferna feratur. At uero in cereb℞,tũ quia ſuperne eſt,tũ quia minutas habet uenulas, exigua quædam bilis aſcendit,quæq; pũgendi tantũ,non autem corrodendi uim habeat. Frigidũ præterea , atq; humidũ eſt,quo efficitur , ut modo aliquo nigræ bilis habitudini aduerſet̃,ipſámq; emolliat , quæ igitur proprie nigra bilis eſt,ea corrodentem in mamma canc℞ gignit In crure uero chironiam ulcus,& quod nomades a depaſcendo uocãt In cerebro autem ferinam melancholican. quæ uero non proprie nigra bilis ſit,ſed melancholicus humor,& feculentus,fluctionem tantũ, & tumorem,qui cancrum imitetur,ſed minime corrodat, placidámq; melancholian gignit. lxxxxiii

Cur in iis,q inteſtinorũ difficultatibus laborãt,papyrũ cõglobãt,eáq; ĩ anũ iniecta,pſũt,qa cõcurrẽtibus muſculis ſedis,humectata papyrꝰ muſculos ſua relaxatiõe excitat. Idéq; ĩ hypophoris agit,q̃ in ulceribus cõcurrũt. Relaxatis igĩ muſculis,ſtercꝰ uelut deſtitutũ deiicit̃. lxxxxiiii

Cur quæ uaſa à græcis baucalia dicũtur, cũ aqua replẽtur,ſonum

quendam sibi proprium edunt, à quo & nomen uasis est factum, uelut alia sunt apud graecos nomina sonorum factitia. ut in aqua phloesbos, & in aluo botborygmos, & caetera. quia cũ uas eiusmodi inane est aquae aere impletur, corpore uidelicet tenuissimo. Cum ergo inditur repente in ipsum aqua, sua grauitate aerem persequitur, ut pote tenuem, atq; excludit. simul enim manere in baucalio, quoadusq; repleatur neque unt. Est enim à philosophis demonstratũ, non posse duo corpora eundem locum tenere eodem tempore. Cum ergo aer repẽte sursum p angustias extruditur, sonus necessario exoritur, neque is unus, sed plures. quaedam enim ueluti pugna inter ambos icidit. Aqua enim deorsum aerem premit. Aer uero sursum aquam. hoc cum successione fiat, accidit, ut frequenter sonus fiat. lxxxv

Cur in uasis, quae à graecis harpagia, quasi raptoria dicuntur, digitus eorum ori iniectus non sinit aquam fundo effluere, eleuatus autem sinit? quia cum ex ore digitus eleuatur, aer ingrediens trudit aquam deorsum, quo sua ptenatura ferrur, atq; ita per foramina fundi exit, propter hoc ipsum omnia mechanica instrumenta per aerem, & aquã conficiuntur, ut oronomia, clepsydrae, uocumq; imagines, quae de statuis resultant, atq; alia iis similia. lxxxvi

Cur, & uinum, & aqua alieno tempore febricitantibus data, phreniten efficiunt, hoc est duo inter se contraria. frigida enim est aqua, calidum uero uinum? dico igitur uinum ipsum cum sua ptenatura sursũ feratur, exurere cerebrum, unà cum febri perturbatur. itaq; uehemẽter à principio animae instrumentum aetherius quodam modo spiritus est, uimq; ipsam prudẽtiae idem agere compellit. Inde uero hoc patet, multi quippe etiam sani plurimo, perpetuoq; meri potu urentes, mentis ĩpotes fiũt. Aqua uero ipsa uelut obstruens corporis meatus, per quos uidelicet resoluuntur ii spiritus, qui à putrefactis humoribus oriuntur, eosq; crassiores reddens, id agit, ut plus ob id ipsum putredinis, febrisq; resultet, saepe uero & aqua ab ĩmodica febri deuicta, eius pabulum fit. Quemadmodum in furnis usu uenire uidemus. qui. n. ignẽ accendere nolunt, exigua quadam aquula ignem irrorant. lxxxvii

Cur mulieres acuta sunt uoce, Itẽmq; & spadones, & pueri? quia humiditatis abundantia, arteria eis in amplum minime protenditur. Caliditatis enim officium est, meatus in amplum relaxare, ut ergo angusta tibia acutum edit sonum, sic & aspera arteria. Dicunt autem nõnulli, mulieres acuta esse uoce, q̃a cõferat in paritudine clamare ad pariẽdi

facili

facilitatem, quod proculdubio falsum est. lxxxviii

Cur infantes æstate siderantur? quod uulgus æstu laborare eos dicit. Febricitant enim tenui quadam, profundaq; febricula, iisq; oculi excauantur, fiuntq; uigiles, & imbecilles Nonnulli uero & fluxu uentris laborant. quia infantes passibiles sunt, magnamq; uim pituitæ in capite habent, ut dictum est. Igitur in æstibus pituita supramodum excalfacta, ac putrefacta febrim accendit, unde & cartilagines cerebri ignescunt, atq; ob id uigiles sunt. Ignitio autem per arterias ad cor descendens, & uitificum spiritum reddens ignitum, febrim sine putredine accendit. Cum uero ex febri multa bilis procreetur, euenit ea ratione, quam superius explicauimus, ut bile aluum, atq; intestina mordicante uentris resultet fluxus. Esse autem eius causam, radicemque affectus in cerebro patet, quoniam capiti refrigerantia admouentur, eaq; utpote ignitionē extinguentia prosunt. Laborant tamen hoc ipso etiam adulti, quibus scilicet in capite pituita, aut exiguum flauæ bilis coaceruatū sit, & putrescat. per ipsam igitur inspirationem, perq; ignitum quodammodo aerem spiritus ignescunt. lxxxviiii.

Cur rotūda ulcera difficile curātur? quia ex bile acri, quæq; uim corrodendi habeat, oriuntur. Nam quia guttatim confluat, & corrodat, rotundum ulcus facit, propterq; id ipsum exurendo, desiccandoq; idōea reddunt medicamenta. Atq; hoc quidem pacto medici. Naturales autē & philosophi euenire id dicunt, quia nullum sit principium, unde uomica incipiat. In circulo enim, neq; principium, neq; finem accipere ē, atq; ob id dicunt, cum eius figuræ ulcera, ferro à medicis incidantur, in figuram aliam demutari. lxxxx

Cur aliquem ad locum uel necessario proficiscentes, cum tamē eo peruenerimus, ulterius aliquando progrediamur? Quia aium sæpe i rē quampiam habemus intentum, eoq; inclinatum, & conuersum, neque penitus sensibus imminentem, ut quæ iis propria sint cognoscat. Velut igitur locum uidentes, non uident. neq; enim præsto is est, qui sensibilia iudicet. lxxxxi.

Cur mel omnibus dulce, ictericis tamen gustantibus amarum uidetur? Quia bilem amaram habent, quæ per totum corpus, perq; ipsā linguam redundet. Mel igitur cum comedunt, fit ut quiescens humor commoueatur. Gustus deinde ipse, cum iam bilis amaritudinem sēsit, imaginationem parit, ut mel amarum putetur. lxxxxii.

Cur uehementer irascentibus oculi ignei fiunt? Quia ira feruor ē eius sanguinis, qui sit circa cor, calidiq; spūs hic igitur utpote subtilior

superne fertur, perq; oculos, qui perspicui sunt, transparet, habentq; uapores sanguineos ascendentis. Vnde & facies rubra iis apparet, huius rei non ignarus Homerus inquit. Instar erant ardentis lumina flammæ. lxxxxiii

Cur infusa serpentibus aqua eos expellit? Quia natura frigidi sunt, & sicci, & neruosi, & exigui sanguinis. fugiuntq; immodicam frigiditatem. Esse autem illos huiuscemodi habitudine, uel hinc colligitur. Latebras enim hyeme quærunt, terræq; intima utpote calidiora. Occidente autem sole, ut plurimum, rursus aer, aut frigidū fugiunt, rursumque æstate, quoniam terræ intima frigida sunt, inde fugiunt. Inq; locos calidos demigrant. lxxxxiui

Cur ouum si assetur rumpitur, si in aqua bulliat minime? Quia cū igni eius humiditas appropinquat immodice calefit, & exuritur, pluresq; ob id spiritus gignit, qui cum ob loci angustiam exitum quærant rupto putamine diffugiunt. Idem quoq; agunt in doliis, & in fictilibus cum mustum efferuet. Multa præterea flamma oui putamen assatione dirumpit. Id quod & fictilibus uasis supra modum adustis accidit. Vnde naturaliter uulgo ouum cum assandum est, aqua præmadidāt. aqua enim calida suapte mollitie humiditates paulatim effundit, ac praritudines resoluit. lxxxxv.

Cur in coitus uoluptate homines quodammodo oculis conniuēt, atq; huic aliquid simile, & in cæteris sensibus patiuntur? quia deuicti ab affectu uoluptatis, magis eam quodammodo conniuentibus oculis cō prehendunt. Non enim eleuantur, ipsūmq; extrinsecus animum uoacum sensibus ad aera protrahunt, quo efficiatur, ut corporeos illos affectus minus sentiat. lxxxxvi.

Cur nonnulla licet uniformia medicamenta uim tamen contrariā habent, quemadmodum experientia ipsa indicat, Mastiche enim eiicit resoluit, & intendit. Acetum autem & calfacit, & refrigerat? quia insunt iis indiuidua, minimaq; corpuscula per interpositionem, non confusionem, ut harena humectata conglobatur, unumq; corpus effici uidetur. re uera autem multa sunt minutissima in harena corpuscula. quod si hoc uerum est, haud est absurdum in aliis, aliisq; mastiches particulis contrarias uirtutes, & qualitates occultari, neq; inter se confundi, quia natura eis tantum corporibus legem illam inseruerit. lxxxxvii.

Cur cum pedis digitum offendimus inguen tumescit? quia semper natura, quæ ad corpus pertineant prouidens, solet accurrere uelut auxilio iis partibus, q̄ dolore laborēt, q̄m uero utilissimū oīum humorꝫ, & nutri

nutrientem,& cognatum,ipsum uidelicet sanguinem prouehiculo habet,necessarium est,ut cum ea ad pedis digitum,una cum sanguine descendat,impleantur eæ uenæ,quæ maxime in inguine sunt,eæq; partes q̃ circum uasa ipsa sint,atq; adenes a græcis appellentur, quippe quæ rotunda sint corpora. Immodica igitur constipatio, inflammationem eleuationemq; efficit,appellaturq; id iguen,ex ipso loco denominationem mutuatum. c.viii

Cur natura auibus,neq; uessicam urinæ receptaculum, neque renes elargita est?quia multa indigebant humiditate ut ortri pinnæ,atq; increscere possent. Eamq; ipsa uolandi exercitatione consumunt. Neq; omnino quidem mingunt. Cum uero bibunt,stercus immodice humidum deiiciunt c.viiii

Cur pueris in urinæ uessica calculi gignuntur,senibus uero intra renes?quia angustos in renibus meatus pueri habent. terrenus uero humor,& crassus uiolentia angustiarum ab urina extruditur,tum è renibus ipsis,tũ ex conceptaculis,quæ lunæ formam habent in ipsam urinæ uessicam. Ea cum latos habeat meatus exeundi locũ urinæ præbet. Humori uero ipsi,unde calculi gignuntur insidêdi,suoq; more cõspissandi. At uero in senibus cõtra euenit. Laxos enim reniũ meatus habêt, quo fit,ut urina exire,& terrenus humor insidere, congelariq; possit. Color autem calculi humore quoq; ostendit,à quo ortum habeat. solutio ex compositione,situq; membrorum. c.x

Cur si caliditate calculus congelascit. Calidi enim sunt pueri,similiq; ratione fit in senibus. Neq;.n.tanta concedenda est frigiditas, quan ta in glacie,niueq; fit. Extremo enim frigore renes demorerentur. Non contrariis tamen ad frigiditatis solutionem,uerum similibus urimur, hoc est calidis,ut petroselino,seniculo,& eiuscemodi. Dico igitur accidere,ut exustione,torrefactioneq; nimia calculus in harenulas exteratur,quemadmodum in testis, in fictilibusque uasis,cum supramodum terrefacta fuerint,harenæ proueniunt. Fitq; hoc pacto,ut exigui lapilli una cum harenulis facile inter meiêdum effluât. Euenit quoq; nõnũq; ut frigida epota,facile calculus extrudatur,renibus uidelicet protentis ipsum fluxu nimio per excemendi uirtutem deiicientibus. Euenitq; præter hoc,ut immodicus renium ardor,cuius causa calculi congelascunt,à frigida extinguantur. c.xi

Cur in renibus ĩnq; urinæ uessica ulcerum difficilis curatio? Quia urina cum sit acris,exulcerat cicatricem,quã opportuna medicaměta obducunt. Magis autem in uessica insanabilia sunt, quod intra eam

permanet urina. In renibus autem defluit. cxii.

Cur in soliis calida aqua cōmota, calidior nobis, nostrū'mque ferè adurens corpus uidetur? Quia descendentibus nobis a pellens aqua, & ipsa patitur, hoc est, cum nostrū ipsa excalfaciat corpus, & ipsa a' nobis quodammodo refrigeratur. Didicimus enim, quæcunque in generatione, corruptioneq́; agant, ea quoq; ipsa proculdubio pati. Quoniam igitur aliquo refrigerata pacto, non iam similiter excalfacit, manifestum est, assuesse iam nos, neq; ipsam iam caliditatem sentire, quemadmodum a' principio, quoniam immodica eius caliditas a' nobis diminuatur, si ergo calidā mouentes, eamq;, quæ cuti adhæserat, trāsmittamus, alia calida aqua sincerior accedat, nondum uidelicet, aut agens, aut a' cute ipsa patiens, suāmq; caliditatem immodicam seruans, meri to nobis calida, exurénsq; uidetur, quatenus, & ipsa agens patiatur, suāmq; remittat caliditatem, quemadmodū illa prior. Atq; hoc per successionem fieri potest, quandiu enim calidam mouemus, tandiu sem per ad nos accedens, re uera ipsa calida uidetur, propterq́ id, uulgus naturali motu, cum uult in solio corpus magis excalfieri, mouet continenter aquam, quoad uult. cxiii.

Qua ratione, si quicquid mouetur, se se ipso calidius fit, maximeq́; in calido aere, & loco. aer tamen cum uerberatur, atq; mouetur, frigidior nobis tactu uidetur, idq; uult maxime per æstatem, quo tempore solis calor, multo ardentior est, hoc uidetur contrarium superiori esse. Calida enim aqua, calidior nobis solicitata uidebatur. Hoc autem loco frigidior calidus uidetur aer, cum & mouetur, & solicitatur? Dico igitur usu hoc euenire, ut quod in re quapiam plus est, aut qualitate, aut uirtute, uincat quidem id, & uertat, quod minus est Modice uero & ipsum, quod fortius est, contra patiatur. Calida igitur aqua, cum calida uehementer est, calescenti adhærens corpori, & ipsa contra refrigeratur, neq; iam eandem qualitatem seruat. Qui nos igitur circūdat aer, æstate modica, cum sit calidus ad aquæ calidæ similitudinem, ingruens in corpora, a' nobis ardentibus, ob calidum anni tempus calfit quodammodo, atq; ipse nos contra calfacit. Quod & lineæ agunt uestes, quæ cum frigidæ priusessent, mox a' nobis calfactæ, nos ipsos postmodo calfaciunt. Cum igitur aerem solicitamus, transmittitur è corpore, qui a' nobis præcalfactus aer fuerat, alter autem nondum, excalfactus accedit, q̄ nobis frigidus uidetur. Idq; p successionē fit. cxiiii.

Cur, quæ i pupula oculi ulcera fiunt, cum exoleuere, alba uidētur, Quæ uero extra pupulam in nigro oculi non item? Quia per solam pupulam

pupulam uidendi spiritus exit, qui & perspicuus est, & lucidus. In albedinibus igitur iis, quæ leucomata dicunt, cum cicatrix meatus conspisset, eius tunicæ, quæ cornea specie est, non iam uidēdi spiritus exit, quo fit, ut magna deinceps copia contractus cicatricem illustret, eamq; calidam ostendat. quoniam uero ex uisus condensatione spiritus nō exit, euenit, ut non uideant. c.xv.

Cur paleæ, & calidā aquam, & frigidam niuem, hoc est aduersas inter se qualitates conseruant? Quia paleaꝝ natura manifesta qualitate caret, unde & à nonnullis ἄποια apoea hoc est qualitatis expertes appellantur. Cum igitur facile suapte natura confundi, commisceriq; possint, ocyssime quibus adhæserint conseruent, eorūq; ipsæ confusionem suscipiunt. Collato.n. sibi calido calfiunt, idq; ipse contra recalfaciunt, atq; conseruant, similiterq; frigefactæ àniue, eamq; ipsæ refrigerātes, frigiditatem eius cōseruant, quemadmodū, & cera, & oleū. quæ facile confundi possunt, suntq; item qualitatis expertia, conseruant eorum qualitati, quæ cum ipsis admiscentur, quippe, quæ & eorum fusionem accipiant. c.xvi.

Cur bruma p sudum clariora uidentur sidera? quia à uentis, & ab imbribus, uel qui nos circundet aer, uel qui altior sit, motu ipso extenuatus, & quodammodo expurgatus puriorē sydereorū corpoꝝ cōceptionem multoq; faciliorem, ulterioremq; progressum uisui præbet. quod & in puris, pspicuisq; folioꝝ aquis manifesto apparet. Multo enī puriora, clarioraq; uidentur, quæ in iis corpora insūt. At in crassis & cenosis, aut nullo mō, aut confusa transparent. c.xvii

Cur sæpe inter meiendum horremus? quia acris bilis defluens, atq; urinæ uesiicam mordicās uniuersum quoq; irritat corpus, atq; excitat ad eius particulæ cōsensum, ut deiiciendi uim modice offerat, atq; ita q horror dicitur, effici solet, hoc uero pueris maxīe accidit. Multo.n. plura ob nimiā saturitatem excrementa sunt nacti. c.xviii.

Cur noctu dolores magis intenduntur? quia aīa secum ipsa ociosa non iam, aut uisui, aut auditui, aut aliis huiuscemodi sensibus intēdit, neq; quicq; agit, neq; ad externas actiones prouocatur, quo efficitur, ut multo plus corporearū pturbationum, tangendi sensu suscipiant. paucæ etenim per noctem animales operatiōes existunt, quales sunt respiratio, & cogitatio. Animum uero cum ad externa per suas operationes protrahatur. Corporeas perturbationes minus experiri manifesto apparet, quando in luctibus, in aduersis ualitudinibus, in q; cæteris huiuscemodi accidentibus, amicorum congressiones, ac narratiunculæ coꝝ

qui sint affecti, perturbationes alleuant, atq; solantur. Animaduerte at, naturam quidem in suis operationibus minus interdiu agere, ut in ciborum concoctionibus, in humorum permutationibus, in sanguinis euocatione, in pulul ādi, nutriendi, concrescendi similitudinis, aliorū q; his similium operatione. Animam uero magis agere in suis actionibus, ut in quinq; sensibus, in motibus particularum corporis, in imaginatione, in cogitatione, & memoria. contra uero noctu, magis .n. agit natura, minus anima. c.xviiii.

Cur uitrum per brumam, cum quid uehementius calidum iniicitur disrūpi solet? quia plurima frigiditate ex circunneūte aere, toto suo corpore affectum est. Cum igitur repēte calidam, nō præcalfacto uitro indimus, tum caliditas contrariam sibi frigiditatem proculdubio persequitur. Illa autem unà cum spiritu ipso repente fugiens, confractionem eorum corporum efficit, quæ intra uitrum sunt. Dandum enim est, inesse & in uitro exiguos meatus, qui subtiliorem aera contineant, quos tametsi oculis, sensuq; non assequimur, natura tamen ipsa, req; uera inesse non diffiteamur. Alii uero dicunt, quod uehementer sit frigidum, id arefacere, atq; exasperare uitri corpus, unde efficiatur, ut quæ subtilior ī eo pars sit, siue is humor, siue aer sit, extrudatur, & uelut ignescat, unde etiam confractioni, corruptioniq; idoneum euadat, quēadmodum & aridissima ligna. Sic .n. & Hippocrates aiebat, uēas à frigido rumpi. quod igitur uehementer est calidum, id eiusmodi uitri corpus inueniēs, multo id magis arefaciens, ruptionemq; eius efficit, p̄fractionē si ergo p̄mollitū fuerit, tū modice p̄calfactū, nequaq̄ lædetur, quēadmodum & athletæ, cum sunt luctaturi. oleo à magistris, quos pædotribas uocant præmolliuntur. Et qui uocem exercent, ut respiratiōis partes emolliant, peanissant. Et enim cum frigiditas in patentis illos meatus incidit, facile unà cum spiritu profugit, et uitri mollitudo caliditati cedens, haud facile perfractionem subit. Esse autem in uitro meatus, uel è uasis testaceis patet. In quæ si aquā īdas, atq; hos picelinas, exudet tamen humor. Videre est autem & fumum de uitri corpore, per brumā erumpentem, cum in ipsum aquam infuderis. Et citrum cōfractū extrinsecusque applicitum ei, liquori, qui sit intus, qualitatem suam præbere. c.xx

Cur pueri, maximeq; infantes, haud ita facile luxātur ut uiri? quia ex mollitudine corporis, solo terræ cedentes, resoluunt eius tensionem ac duritiē, ut ulteri⁹ agere nō possit, uiri igitur cū duro sint corpore, q̄d aut terræ duritati, aut lapidi resistunt, intensionem p̄cussionis adaugēt, lapideq;

lapidémq; ipsum cogunt in sese, utpote durioris agere. hac eadem rõne & spongia cedens non frangitur. uitrum uero, aut testa, aut quod aliud eiusce modi durum corpus casu confringitur. hinc progrediens simi litudine, dicere possis, Cur uenti motus uehementior, quercum quidẽ deiicit, harundinem non deiicit? Quoniam quercus, utpote dura, robu staq;, & ingens uento resistens, eius uim intendit. harundo uero, ut quæ mollis lenisq; sit, & exigua, cum uenti flatibus huc, atq; illuc cedat, eius uim resoluit. Eodémq; pacto luctatur aduersario, renitens ui eius adau get. Cedens uero aliquando, cũmq; eo se una circũagens huc, atq; illuc citius eius tensionem soluit. c.xxi

Cur infantes nutricis canticum audientes uagitum sistunt, mox ue ro etiam dormiunt? quia substantia musicæ, quemadmodum & scien tiæ, artésq; cæteræ animo sit insita. quemadmodum & igni calor est in situs. quomodo & Plato ait Reminisci animum nostrum scientias: nõ discere. Audiens igitur animus huiuscemodi canticum, quaquidẽ re minisicitur, quiescere infantes cogit. qua uero oblectatur insomnũ alli cit. Nam cum labe corporis minime sit infectus, scientias quasi perspi cuas habet, coinquinata uero in corpore, in illarum modicam obliuio nem delabitur. c.xxii

Cur nutrices cum somnum infantibus alliciunt, eos mouent? ut hu mores motu fusi, cerebrum moueant. Idem tolerare tamen non pos sunt adulti. c.xxiii.

Cur nonnulli ebrii gemina uident? quia oculorum musculi plus minúsue repleti, atq; eo ipso languidi, oculos alterum sursum, alterum deorsum torquent. quo fit ut oculorum radii eodem pariter non ten dant, sed in diuersa loca, atq; corpora. Atq; ita alteruter oculos priuato cernendi urens officio, duplicem efficiat uisum. Id esse uerum uel inde apparet. qui enim digito alterum oculum terunt, sensímq; sursum tru dunt, gemina uidere cogũtur. c.xxiiii

Cur qui natura strabones sunt, gemina non cernunt? quia oculorũ peruersionem non illi quidem sursum deorsúm ue, sed dextrorsum, si nistrorsumq; habẽt. qui cum eum positum sortiti sint, qui in rectam li neam moueatur, duos radios in idem corpus concurrentes habẽt. Qui & unũ colorẽ, qualitatẽmq; ad oculos referũt, quã & ei suscipiãt. c.xxv

Cur pubescentes pueri hirquiunt circa annum quartumdecimũ? Quia tunc, quæ p humana corpora natura meat, plurimã, ac repenti nã ætatis mutationẽ efficit. Cuius rei fidem operatio facit. Videre est n. fœminarum quidẽ augeri mammas pp lactis collectionẽ, tum ea loca,

quæ circa coxam sunt, intra quæ permanere fœtus possit. Virorum ue ro pectus, atq; humeros, quibus imposita grauia corpora substineantur testiculos præterea, intra quos & gigni, & permanere semen possit, Mébrum quoq; genitale, ut exire semen facilius possit, Vniuersum præterea dilatatur corpus. Quod & morborum mutationes indicant, & quæ solutiones circa annum quartumdecimũ fiunt. & uocis asperitas, quã branchus hoc est raucitas appellatur, sumpta uidelicet tralatione ex hircorum uoce in eum modum clamantium. Nam cum aspera arteria à principio dilatetur, accidit, ut qua magis, qua minus dilatetur, sitq; ī tus eius corporis superficies, uelut inæqualis usq; ad ipsum guttur. Spiritus itaq; per partis illas exiens, ac ueluti offendēs propter uiæ inæqualitatem, uocem quoq; inæqualem efficit, & asperam, & quodammodo raucam. Idem & iis accidit, quibus in asperam arteriam destillatiões defluunt. Fit enim defluente humiditate, ut læuis intrinsecus membrana inæqualitate repleta, inæqualem spiritus exitum efficiat. Talem uero scito esse, & hircorum asperam arteriam, ac guttur, humiditatis uidelicet abundantia. Itémq; eorum, qui plurimo olei potu utantur. Atqui illi quidem frequentibus, intensisq; clamoribus, atq; arteriæ asperitate, uocem quoq; inæqualem habere putantur. Gruibus uero, atq; iis omnibus uolucribus, quibus aspera uox sit, arteriæ à natura totæ asperæ datæ sunt. Post uero pubertatis annum hircquire pueri desinunt. quia aspera arteria tota, planéq; dilatat', ac naturalẽ æqualitatẽ accipit. c.xxvi

Cur epotũ oleũ ciet uomitũ, maximéq; flauæ bilis? quia cum leue sit, quodq; ad supera feratur, nutrimenta ad stomachum prouocat, eaq; eleuat, atq; suspendit. Atq; ita ingranatus stomachus eiectiuam uirtutẽ ad uomitum citat. Atq; in primis flauam bilem, quippe & leuis, & subtilium sit partium, atq; ita facilius sursum feratur. Ferri uero oleum sursum re ipsa patet. Cum enim humido cuipiam admiscetur, superiorẽ in locum excurrit. c.xxvii.

Cur solum oleum minime humidis admiscetur? quia cum lentum sit, atq; in semetipso constipatum, secari in partis indiuiduas, atq; eo pacto reliquis humidis admisceri non potest. quamobrem neq; cũ in humum funditur, cito eam subit. c.xxviii

Cur oleum quidem, atq; aqua frigore constringitur. Vinum uero, acetum, & garus minime? quia cum oleum qualitatis sit expers confusioniq; idoneũ, cito friget, atq; ita uehementer ut extrema quoq; frigiditate frigeat. Aqua uero sua sponte frigida, facile cum semetipsa frigidior sit congelascit. Garus autem utpote subtiliũ partiũ, & calidus haud

cito

cito friget. Eodémq; modo & uinũ. at acetum utpote subtilissimarum partium congelationem non tolerat. c.xxviiii.

Cur contraria qualitatibus idem efficiunt, à frigido enim pariter atq; à calido humidum constringitur. Nix enim & ius frigiditate congelascunt. Cataplasmata uero, & uessicæ calculi caliditate? Fit quidem id, sed diuersa actione. calidum enim depascitur, consumítq; humiditatis copiam. Frigidum uero densitate nimia obturans sordidam humiditatem exprimit. quemadmodum & spongia manu pressa, quam ĩtra meatus aquam habet, abiicit. c.xxx.

Cur sæpe horror cessauit, cum quid formidolosum ĩcidit, ut fragor quem is audierit, qui laborat, ut cum repentina aqua deiicitur? quoniã sæpenumero humoribus tempore digestis, atq; attenuatis naturalis oĩs calor uehementer simul, ac repente à cute in corporis intima fugiens, morbificum humorem consumens resoluit. Idẽ & Theriaca facit, eorũmq; quamplurima, quæ calida, siccáq; sunt specie, cum post concoctionem sumuntur. c.xxxi

Cur qui se circumagunt, neq; id agere tamen consuerunt, ut plurimum decidere solent? quia animalem spiritum. qui sit in cerebro conturbari cogunt, cũmq; humiditatibus unà cõuolui. Is deinde cum minus idoneus ad animalem uim suscipiendam sensitiuam uidelicet, atq; motiuam efficiatur, non sinit actionem in musculos neruósq; permeare. Quo fit ut corporis pondus, ut quod neq; uehatur, neq; substẽtetur ab anima, feratur ad terram, ad quã uergit, proptérq; id ipsum, & tenebras uident, quoniam uidendi spiritus conturbatus sit, neq; pariter atq; sensus reliqui operetur. At his, qui sensim circumagi consuerunt, raro id accidit. Facit enim consuetudo, ne quasi peregrinæ ĩter se sint anima, atq; natura, sed tempore quodammodo concilientur. quod enim paulatim continentérq; fit, sensum latet, atq; ubi plurimum euasit, iam nõ ut peregrinum in ea incidit, quæ eũ suscipere consuerunt. c.xxxii

Cur uitrea specula ualde splendent? Quoniam albo plumbo intrĩsecus linuntur, cuius natura lucida est. quæ cum uitro, quod & ipsum splendidum est, admisceatur, multo magis lucet, suósq; radios per uitri meatus transmittens, duplicat qđ in superficie, atq; extra uitri corpus ẽ atq; inde magnopere sit lucidum. c.xxxiii.

Cur in speculis, inq; perspicuis aquis, nos ipsos uidemus? quoniam qualitas aspectus ad splendida corpora migrans ex reflexione rursus p. oculorum radios, ad sui ipsius spectaculum remigrat. Migrare autem qualitates à facie, neq; esse id absurdum, & ii ostendunt, qui iusta arbo

res manent, quod uiridi aspectu esse consuerunt. Viridis enim qualitas uiridium foliorum ad ipsam faciem demigrat. Similiter & in aquã fluentem migrans, eam quoq; uiridem ostendit. c. xxxiiii.

Cur puræ speluncæ, & altissima loca, atq; pura uocis imaginem gignunt, ac remittunt? Quia & hæc quoq; loca, ex reflexione ictũ remittentia, soni imaginem edunt. Verberat enim uox aerem. aer uero locũ, qui quo magis uerberatur. eo magis uerberat, eoq; uehementiorem uocis efficit sonum. humida uero loca, & ueluti molliora, ictui cedentia, eũmq; resoluentia, imaginem minime edunt. pro qualitate aũt, & quãtitate ictus, ac uocis, redditur qualitas, quantitásque eius imaginis, quæ Echo appellatur. hanc praue non nulli deam quandam esse fabulantur. alii Pana dicunt, eius amore captum, quod proculdubio falsum est. Vir enim quidam sapiens fuit, qui primus & cupiit, & peruestigauit eius causam uocis intelligere. atq;, ut qui amant, neq; potiuntur iniquo animo ferunt. eodem & ille pacto, dum eius solutionem causæ inuenit, ægre habebat. Quemadmodum & Endymion, qui primus lunæ cursum inuenit, uigilans noctes, eiusq; cursum animaduertẽs, & motum inquirens, interdiu dormiebat. Fabulantur igitur amatum esse à luna, eãmq; ad ipsum dormientem accessisse. Quia sui ipsius causæ solutioné philosopho quasi tradidit. quin & pastoré fuisse tradũt, quod in desertis puris, atq; altis locis eius motum suscipiebat. Et ei compactã fistulam tribuunt. quod loca edita ut plurimum perflantur, uel quod figurarum consonantiam inquirebat. similitérq; Prometheus, cum sapiens esset, sydereæq; aquilæ causã peruestigaret, naturámq; ei⁹, ac sitũ, cũmq; discendi cupiditate ueluti exederetur, tum demum quieuit, cũ ei hercules dubitationem omnem sua sapientia soluit. c. xxxv

Cur aqua stans, quæ in superficie, non autem in profũdo terræ sit, lapide per eam iacto, multos circulos efficit? Quia iactus eius intensione, à q̃uis sui corporis parte procul aquã lapis persequitur, atq; ita circulus fit, quousq; uidelicet ptinet iactus descẽsio. Quod si imodica fit intensio, & circulus maior fit. descẽdens autem usq; ad terram lapis, ipsámq; deinceps aquã corpore trahens, multos merito circulos efficit. Primo enim superficiem aquæ mouens diducit. Tum per ipsam perpetuo descendens ad profundum, rursus diuidens aquam, & aliũ efficit circulum. Atq; hoc per successionem fit, donec lapis constiterit, ac requierit. Quoniam uero lapidis intensio eo descendente paulatim remittitur, necesse est posterioré quenq; circulum priori cõtractatiorem esse. Quoniã & à lapide similiter ictu ipso aqua diuidit̃. c. xxxvi.

Cur

Cur risum multi è liene oriri putant, asserentes non similiter risu uideri affectos, quibus lien uitiatus, ut quibus integer sit. Immo uero il los magnopere tristes esse? Equidem ex accidenti arbitror, non proprie risus causam in liene consistere. Nam si ualeat, trahit ex iecore fecosũ omnem, & melancholicum humorem. quo fit, ut cũ purus, defecatusq; sanguis, cum per uniuersum corpus, tum in cerebrum permeet, naturã simul, animamq; oblectet, atq; instar uini eas exilaret, & in tranquillita tem ducat. atq; ita risus ab ea moueatur. c.xxxvii

Cur mulæ non pariunt? Quia è diuersa animantium specie cõstãt. Tum differentum qualitate, & natura seminum immixtio, aliud qd- dam gignens, præter id, quod est prius, & eorum quæ genuerit, naturã abolet. Quemadmodum & candidi, nigriq; admixtio extremorum co lorem abolens, colorem alium, qui est fuscus generat, qui nihil extremo rum omnino est. Generatrix igitur qualitas abolita est, & formarum aptitudo. c.xxxviii.

Cur qui natura surdi, iidem & muti? quoniam quæ non audierũt, dicere, exprimereq; non possunt. quidam uero medicorum dicũt, unã esse neruorum coniugationem, quæ ad linguam, quæq; ad auris perti neat. quo fit, ut affectuum quoq; consensus iis accidat. qui autem ex ac cidenti sunt muti, surdi omnino non sunt. localis enim oritur neruo- rum passio. c.xxxviiii

Cur qui ieiuni diutius fuere, sumpto mox cibo rigent? quia cibi su mendi interuallo, bile redundant, atq; ita acidum humorẽ coaceruant. Post cibum igitur particulæ illæ corporis refotæ, bilem ab se in cutem abigunt, atq; ita rigor oritur, bile uidelicet particulas ip sas mordicante, atq; ad se persequendum excitante, c.xxxx

Cur sues sursum spectantes silent, cum baiulantur? quia supra cæte ra bruta ad humum semper uergunt. Fetore enim delectantur. Eumq; requirunt Ergo in repentina illa aspectus mutatione, ueluti peregrinæ sunt, atque hospites, plurimoq; lumine attonitæ silentium perferunt. quidam dicunt asperam arteriam, quæ angusto meatu sit, resupina ip sa figura coire. c.xxxxi

Cur sues fimo delectantur? Medicorum quidem sententia, eo natu raliter delectantur, habent enim maximum iecur, in quo & cupiditas inest. Aristoteles autem rostri amplitudinem in causa esse putat, ha- bet enim resoluentem sese olfactum, & cum fœtore ueluti confli- gentem. c.xxxxii

Cur conualescentibus ulceribus, & pituitate cessante pruritus ori-

tintur·quia sanata,& cōsolidata pars,reliquias persequitur hūoris,qui contra naturam inest,quicq; ulcus effecerat· Atq; ita per cutem exiens, seseq; resoluens pruritum efficit· c·xxxxiii

Cur qui affectus alterum tantum oculum infestant,grauiores,diuturnioresq; sunt·duabus causis.quoniam fluctio ad unum tantū oculum coaceruatur.quidquid enim in plura diducitur, fit seipso imbecilius,minusq; agit.Quoq; id magis fit,eo inefficacius euadit. uel quia cum sese sanus oculus in suis actionibus mouet, & ægrotum oculū totiens moueri cogit.scimus at maximum cuiusuis ægrotæ partis medicamentum in quiete ipsa consistere·

c·xxxxiiii

Cur homo magis,frequentiusq;,& uehementius q̄ bruta sternuit. Quia copiosiori,magisq; uario aliméto,potuq;,idq; ultra satie utitur, quod cum minime concoquat,ut par est, multum cōgregat spiritum ob multam humiditatem.Is ergo utpote subtilis ad cerebrum ascendens,cogit frequenter ad excretionem excitari,sternutamentumq; efficit Sonus igitur fit,quia per narium angustias uehemens spiritus meat ut per sedem uentris crepitus,per stomachum ructus·per guttur uox, per auris sonitus,similiterq; per intestina immurmuratio illa,quæ borborygmos appellatur. c·xxxxv·

Cur mortuorum capilli , unguesq;ue ad tempus aliquod augentur:quia marcéte carne,quæ partes circa eorum radices occulūtur,nūc apparent,atq; decipiunt.Imaginationéq; afferunt,quasi creuerint.Alii re uera dicunt augeri·quia hæc ab excrementis ortum habere soleant. Cadauera autem in excrementa q̄ plurima à principio,propter accedé tem putredinem resoluuntur· hæc autem & per meatus,& p corporis extrema , unà cum corpore ipso exeuntia supradictorum ortum adaugent. c·xxxxvi·

Cur in digitis manuum potiusq; in pedibus uitiliginum species eæ, quas leucas uocant,oriuntur,puerisq; magis q̄ perfectis:quia ortum ex pituitæ excremento habent.Pituita aūt pueri utpote edaces ac pigriores,magis abundant.Pedum uero ungues,motu,deambulationéq; magis exercentur,excrementaq; resoluunt. c·xxxxvii·

Cur pili in pedibus haud cito canescunt? Eadem ratione , pedes enim frequenti, intensaque ambulatione,quod in se decurrerit pituitatis excrementum resoluunt,id autem canos gignit. Pubes autem & ipsa sero canescit quia calida natura est,atque in coitu pituitam resoluit. c·xxxxviii·

Cur

Cur quamplurima animantia caudas motant, cum notos agnoscunt. Leo uero etiam latus uerberat, cum irascitur. Eodémq; modo taurus: quia tergi medullam ad caudam usq; pertinétem habent, quæ i se motiuam, animalémq; uim continet. Anima igitur quod sibi notum est agnoscens, ueluti manu aliqua, ut in hominibus euenit, caudá motare cogit, quæ manifesto ostendat eius intra se uim occultam inesse, quæ quod oportet agnoscat. In leonum uero, ac taurorum excandescétia consentit natura animæ, eámq; uehementius moueri cogit. quemadmodum & homines manus ipsi suas, aliam ue corporis partem sæpe irati uerberant. Cum enim nequeat anima, quod se lædat ulcisci, statim alio sibi modo solatium excogitat, suúmque affectum ictu, percussionéq; curat. c.xxxxviiii

Cur si exusta, & sicca hordea ulceribus equorum imponantur, non iam albus cicatricibus pilus, sed reliquo concolor innascitur: quia eiiciendi ui habent, abstergúntq;, & resoluunt insidens pituitatis excrementum, atq; inutilem omnem operationé, quæ propter ulceris cruditaté, propterq; eius partis imbecillitatem coacta fuerit.

c.l

Cur in hominum ulceribus pilus haudquaquam innascitur quia hominum cutis spissa est, argumentum pilorum tenuitas, ac mollities Cum uero cicatrix cute ipsa sit conspissatior, meatus occæcat. Equis autem, quod ad comparationem pertineat rarior est, argumento crassior pilus. Quapropter minime iis meatus totus in cicatricem occluditur. Subsidentia uero, & congregata excrementa, cú per tenuis illos meatus, qui supsunt erumpant, cócrescunt, & pilum gignunt.

c.li.

Cur quos dipsas momorderit, sitiq; sint intolerabili affecti, eis epota theriaca, quæ sicca, calidáq; est, sitim sedat, non autem magis incédit? Dico igitur, non qualitatis ratione sitim sedare, sed mutuo quodam consensu, ac ratione naturali. Id est huiusmodi Antidotus, quæ plurimis ex herbis componitur, quæ cósensum aliquem cum singulis corporis partibus habeant, uelut dictamum proprietatem quandam aduersus cor habet, ipsúmq; confirmat, & seruat. Eupatorium uero, cum iecore. Scolopendrium cum liene. Petroselinum cum uentris orificio Hysopus uero cum septo, & cum pulmone. helenium uero cum renibus. Ruta cum colo. Gentiana cum cerebro. seseli autem cum uessica urinæ. Vnum quodq; igitur horum mellis dulcedine allectum trahit, quod sibi proprium ad tutelam est. Inter quæ omnia sunt & uiperarú

immixtæ carnes, quæ naturalem quendam mutuum affectum habẽt, quam antipathian dicunt, aduersus quoduis uenenosum animal, corruptibilém q; uirtutem. In singulas igitur partis distributa, affectum illum, qui corruptionem minetur, agere non sinunt. Repugnant enim, ceu legitimi quidam milites, qui pro sua ipsorum patria arma cepint.

ALEXANDRI APHRODISEI PHYSICAE SOLUTIONES EXPLICITAE, ANGELO POLITIANO INTERPRAETE.

Petrus Crinitus Io. Francisco Pico. Mirandulano Principi. S. D.

Hactenus in eo fuit Mirandulę princeps, ut Politiani problemata ex Alexandro Aphrodiseo, putauerim supprimẽda potius q̃ i uulgus emittenda. Neq; id adeo, q̃d opinatus sim unq̃ haudita parũ in illis Politiano elaboratũ. Sciebam quidem, qualiscũq; sit his demum genius, ob id latinis tradita, ut legi. composita, ut probari possent, quanq̃ enim legent hæc quidam, ut litigent, multi magis ut improbent. Quibus & plerunq; consentiunt improbi. Probi nõ idem. ue & cũ id opus à Theodoro gaza primũ, q̃d tũ i põtificis bibliotheca, tũ alibi uisitur. Deinde à Georgio Valla diu post sit interp̃tatũ, ueritus sũ, ut dignũ satis op̃ æpreciũ uideri posset. Si tuis quasi auspiciis in lucẽ, cõspectũq; p̃meret. Sed uẽtũ ad id ẽ, ut oẽm i hoc ego lapidẽ, uelut i causa mos olim coniecturali amouea, id & ueterũ adeo exemplis, & Io annis Maynardi suasu hic enim, qua est in philosophiæ sacris, uel auctoritate, uel religione fecit, ut bonis me iuuenibus consultum iri putem, si labor hic quoq; Politiãi uelut ex asse repẽdat. q̃n & studiosorũ ingenia ex collatione multiplici, uariáq; interpretatione certius in his quiddam, & ut dicebat hieronymus excultius assequẽtur. Iam uero in expedito, & ad manum sit, hoc æq; ab antiquioribus factitatũ cognosse. Siquidem Arati Phænomena. M. olim Cicero ciuibus suis latina exhibuit, sequuti mox eum, ut alios mittam Germanicus Princeps, ac Sextus ipse Ruffus, quibus hic idem labor excubuit, & in gratiam latini sermonis exsudauit. Sed & Platonis quoq; libri aliquot. T à à Lucio di cũtur Apuleio, qui milesiam lusit fabulam, quam à Boetio mox Seuerino in latinum conuersi, pari ferme labore, & conatu, dissimili tamen stilo, & oratione. Essent & aliorum permulta exempla, sed ita contemno

mno in his auctoritatis ambitum, ut uideri quandoq; malim à causa destitutus. Multo futurum potius princeps optime, ut ad quæstiones accedamus. Theodorus igitur Gaza, uir (ut doctis uisū) doctissimus, & ut homo græcus, iudicio summo nullo pacto credebat Problemata ipsa Alexandro illi Aphrodiseo ascribenda, qui Aristotelis opinionum mirificus fuerit speculator. quippe & stilus ipse non idem, ac sensus quoque, cum de animis præcipue agitur, haud ita consonant. Nos uero ut id scimus receptum plerisque hactenus pro Alexandri opere, Ita posthac id ipsum liberum uolumus opinaturis. Cæterum quod ad Politiani pertinet interpretatiōem, tantū pro tempore illud admonuerim, Politianum ipsum, si paulo plus in humanis egisset, multa fuisse, uel his aditurum, uel inducturum. omnino pleniora essent hæc omnia, decoctioraq;. Iam nec illud humanissime Princeps omiserim, quod oracula quoq; ex Hippocrate, cum Claudii Galeni commentariis (ita enim τοὺς ἀφορισμοὺς appellabat) latini homines legerent. Nam & pars adhuc aliqua extat, ac plurimū i ea re laboris, & uigiliarum. quod is olim mihi referebat, exhausit. Sed hūc laborem quidam è charis supplerunt. parum moror, si & illud in calce Plutarchi cheronensis amatorias adiecimus narrationes ad Pandulfum collenucium, qui adeo Politianum suspexit, adeo eruditionem eius obseruauit, ut nostrū quoque studium (quid hoc enim negem?) propemodum, ut alumnum se agnoscere profiteatur. Vale. Kalendis Aprilis. M.cccclxxxxvii.

Florentiæ.

Angelus Politianus Pandulfo Collenucio Pisaurensi iureconsulto. S. D. P.

m Emini te, cum Alexandri Aphrodisei problemata, quæ nos è græco nuperrime sumus iterpretati, lectitares, eius nouitate fabulæ delectatum, quæ erinnyn furiam à cupidine amatã confingeret, quoniam peruerse quidam nimium (ut ipse inquit) impié q; amarint. Quare cum quædam Plutarchi amatoriæ narratiunculæ in manus incidissent, quæ id ipsum perspicue declararent, eas tuo nomine subcisiuis horis latinas feci. qui enim tibi negarem, quod tam amanter, tam ingenue peteres. ut tibi aliquid è græco breue egregiúmq; transferrem, quod amoris nostri monumentum, ac pignus extaret. Quare (ut Catullus ait) habe tibi hoc, quicquid est libelli, atq; hoc nũc quidem, alia cum licebit. Tu uale & principis tui uirtute benignitatéq; fruere, nos concesso nobis à Laurentio Medice fesulano ocio, uel his temporibus fruimur. neq; enim uir ille aureus passus est, ut musis nostris, quæ in suo gremio creuerint, aut uestra ista classica, aut pestilentiæ fragor obstreperet. Fesulis nonis Sextilibus. Mcccclxxviii.

PLVTARCHI CHERONEI AMATORIAE NARRATIONES ANGELO POLITIANO INTERPRETE,

N Aliarto Boetiæ urbe puella quædã fuit forma præ
cellens Aristoclea nomine Theophanis cuiusdam filia.
i Hanc duo amabant iuuenes Strato Horchomenius,&
Callisthenes Aliart⁹. Ditior Strato erat,multóq; magis
puellæ amore incensus. Nanq; eam forte fortuna in Le
badia uiderat,cum sese illa in Herryna fonte commodum perlueret.
Erat enim Ioui regi sacrã cistam latura Incertus quid ageret Theopha
nes(metuebat enim Stratonem,ut qui & opibus,& genere oĩbus ferme
boetiis anteiret) Eius optionis Trophonium consulere cogitabat. At
Strato,cum à uirginis domesticis,magis ad sese illam,q̃ ad Callisthenẽ
uergere persuaderetur,operam enixe dabat,ut puellæ ipsi coniugis op
tio daretur,ut uero Theophanes palàm omnes,natam interrogauit,Eá
q; Callisthenem maluit. Continuo apparuit iniquissimo Stratonem
animo tulisse. post biduum igitur Theophanem, Callisthenémq; adiit
affirmans uelle se amicitiam aduersus eos initam seruare,tametsi nupti
as deus sibi aliquis inuiderit. laudant illi,eũmq; ad nuptiarum epulas
uocant. Magnam uero is sociorũ,ac ministrorum instruit manum,eósq;
q; omnis inter ipsam turbam alium alibi dispersos,ac ueluti latentis eẽ
iubet,donec puella de more ad fontem,qui Cnisoessa uocatur,descen
deret,ut uidelicet nympharum sacris,quæ protelea uocent operaretur.
Tum facto impetu,qui in insidiis erant dispositi puellam corripiunt.
Ibi eam Strato ad se trahere,Callisthenes contra(ut decuit)retrahere ad
se. Idem & utriusq; socii ,pro se quisq; obnixe agere,donec puella inter
repugnantium manus dilacerara,exanimatáq; est. Callisthenes igitur
continuo ex omnium sese oculis abstulit. Neq; postea compertũ cuiq̃,
interemerit ne se,an profugus boetia exularit. Strato aũt in oĩum con
spectu supra ipsam uirginem ferro se iugulauit.

Cũ phidon q̃dã peloponnesiorũ principatu insidiaretur. argiuáq;
urbẽ,q̃ sua patria esset,reliq̃s oĩbus ĩpitare uellet,dolũ prĩo corynthiis ĩ
tendit. Misit.n.q̃ ab eis mille adolescẽtes,cũ ætatis uigore, tũ fortitudĩe
p̄stantes peterẽt. Mittũtur igr̃. Dexãdro duce,cũ itaq; ĩ aĩo hẽret phydõ,
insidiari iis,ut corĩthũ ĩbecilliorẽ efficeret. Eáq; suo arbitrio uteret̃(Id
.n. uuũ totius peloponnesi ueluti propugnaculũ esse intelligebat)rem
omnem cum sociis quibusdam communicat. Inter eos,& Abron qui-
dam fuit Dexandri hospes, is ei insidias aperit. quo effectum est, ut

ante insidiarum tempus Corynthum omnes incolumes discesserit. uestigabat Phidon eius arcani proditorem, omniq; in id conatu incumbebat. Metuens uero Abron unà cum coniuge, ac domesticis, Corynthum migrauit. Atq; i Melisso, qui uicus est agri Corynthii habitauit. Ibi & filium suscepit, cui à loco nomen Melisso fuit. huius autem Melissi filius fuit Actæon, forma pariter, atq; modestia inter æquales excellens. Eum quam plurimi amarunt, sed omniũ ardentissime Archias ex Heraclidarum genere, qui cum diuitiis, tum potentia Corynthiis omnibus anteibat. Is cũ persuadere adolescenti frustra tẽtasset, ad uim animum adiecit. Profectus igitur cõmesabundus ad Melissi ædes, amicorum, ac domesticorum magna stipatus caterua, puerum abducere tentabat. Renitente igitur patre, unàque secum, & uicinis, qui concurrerant, miserum illum ad se retrahentibus, in repugnantium manibus Actæon discerptus est. Ita domum quisq; digressi. At Melissus pueri cadauer in forum illatum, miserabiliter ostentare. Simul supplicium de sceleris auctoribus efflagitare. Miserabantur quidem omnes senẽ, præterea tamen agebant nihil. Cum itaq; re infecta domum redisset, observato celebritatis isthimiacæ tempore, cõscenso Neptũni templo, Bacchiadas implorabat, patrisq; sui Abronis beneficia cõmemorabat, inuocatisq; diis, præcipitem sese de templo iecit. Haud multo post, æstus quidem ingens, ac pestilentia urbem inuadit. Consultum igitur de ciuitatis salute oraculum respondit Neptunni illam esse iram, nõ quieturam donec Actæonis mortẽ uindicarit. His Archias auditis. (Nanq; is oraculo interérat) Corynthum quidem minime rediit, Sed in Siciliam naui preuectus, Syracusas condidit, cumq; ibi duas filias suscepisset à Telepho cuius florem ætatis decerpserat, quiq; in Siciliam secum nauigarat, per insidias est interemptus.

Vir pauper Scedasus nomine habitabat in leuctris, qui est Thespiensis agri exiguus pagus. huic filiæ duæ fuerũt, Hippo, & Miletia, siue (ut quidam aiunt) Theano, & Euexippa. Erat àt Scedasus uir probus, atq; aduersus hospites perhumanus, tametsi ille haudquaq̃ multa possidebat. Cũ ad eũ igit̃ duo Spartani adolescẽtes accessissẽt, perlibẽter accepti sunt. Exarserũt illi uirginũ amore, quoq; minus quid auderent, Scedasi probitate prohibebantur, perrexerunt igitur in pythonem, quo uidelicet iter instituerant consultoq; (ut res tulit) deo, domum regrediebantur, factoq; per Boetiam itinere, in Scedasi rursus domum se recipiunt. Is forte fortuna peregre aberat, sed eius filiæ eos de more accipiunt, qui cum puellas incustoditas offendissent, uim in eas faciunt,

quas

quas cum supra modum, excepta contumelia se se miseras afflictãtis uiderent, ambas interficiunt, iactisq; in puteum cadaueribus, habeunt Reuersus Scedasus, puellas quidem nusq̃ uidet, omnia uero, quæ relicta à se forent, salua offendit, incertusq; diutius rerum omnium perstitit, donec admurmurante catella, & nunc ad se cursitante, nunc ad puteum frequentius redeunte, coiecit id, qđ erat, atq; ita filiarũ corpora extraxit. Cum uero ei uicini dicerẽt, uidisse se, qui eius domum pridie eius diei ingrederentur, lacedæmonios illos, qui & superioribus dieb' apud eum ipsum diuertissent, transactum ab iisdem facinus procul-dubio intellexit. Nam & superioribus diebus sæpe ipsas puellas laudabant, quiq; eas despõsaturi essent, beatissimos prædicabant Lacedæmonem itaq; proficisci statuit, remq; omnem ad Ephoros deferre. Sed cũ ad Argiuorum peruenisset agrum, noctu præuentus ĩ diuersorio restitit. Ibi & senem alium offendit Orei ciuem, quod in Estiæatide agro, oppidum est. quem cum, & gementem, & lacedæmonios diris agentem uideret, ĩterrogauit, Ecquonam is malo à lacedæmoniis esset affectus. Narrauit ille subditum se esse Spartanorum ditioni, missum uero in Oreum, qui magistratu fungeretur Aristodemum, omni prorsus crudelitate, atq; iniquitate usum esse. Nam cum (inquit) filium meũ amaret, neq; precando quicquam, pollicitandoq; efficeret, ad uim conuersus, eum de palæstra rapere aggressusẽ, prohibẽte uero id palæstræ magistro, ac nonnullis adolescentibus opem ferentibus, statim quidem Aristodemus digressus est. postridie autem instructa triremi adolescẽtem rapit, atq; in ulterius litus trauectum uiolare nititur, fortiusq; reluctantem gladio iugulat. Tum in Oreum regressus conuiuiũ celebrat. Ego uero interim facinus indignum audio, natiq; corpus humi mando. Tum Spartam contendo, remq; omnem Ad Ephoros defero, cuius illi rationem prorsus nullam habuerunt. His Scedasus auditis, uehementer perturbatur. Nan & sui rationem nullam habitum iri existimabat, ita uicissim hospiti suam calamitatem narrat. Cohortatur ille, ne ad Ephoros accedat, sed in Boetiam redeat, liberisq; suis tumulum condat. Minime id tamen Scedaso persuadet. Pergit igitur Spartam, atq; Ephoros conuenit. Neglectus ab his Reges adit. Mox populares singulos ambiens, suam calamitatem conqueritur. Quæ cum omnia frustra cecidissent. Tũ uero Scedasus mediam per urbem currere, manus ad solem tendere, tum ferire humum, furias inuocare, postq; hæc omnia, sibi mortem consciuit. Haud multo igitur post, pœnas lacedæmonii dederunt. Nam cum uniuersæ græciæ imperitarent,

omnisq; urbes præsidiis firmasset. Thebanus Epaminūdas, quotquot suæ urbis præsidium tenerent, ad unum trucidauit. Insurgentibus uero in bellum lacedæmoniis, occurrunt thebani ad leuctra, loci uidelicet auspicium captantes. Nā & antea eo ipso loco libertatem recuperarant, quo uidelicet tempore amphictyon a Sthelono in exiliū pulsus, in thebanorū urbem cōfugit, qui cum calchidenses uectigales fecisset, tributi immunes thebanos reddidit, quippe qui chalchodontē Euboensium regem interfecerit. Fusi igitur, cæsiq; ad unum lacedæmōii omnes ad ipsum natarū Scedasi monumentum. ferūt āt priusq; in pugnam prodiretur, Pelopidæ uni ex thebani exercitus militibus, signis quibusdam, quæ aduersa putarentur, exterrito Scedasū i somniis usū, qui bono esse aīo iuberet. uenir. n in leuctra lacedæmonios, suppliciū sibi, filiisq; natabus, persoluturos, simulq; iuberet, ne ante in pugnam prodirent, q̄ equi candidum pullū, qui paratus afforet, ad uirginum sepulchrum immolarent, Pelopidam uero militantibus ahuc integra lacedæmoniis misisse in leuctra dicunt, qui de eo sepulchro anquirerent, req; omni ab indigenis comperta, optima imbutum spe, eduxisse exercitum, atq; ita uictoriam reportasse.

Phocus Boetius quidem genere erat, ut pote ex lisante. Vnicam hic filiam habuit forma, atque modestia præcellentem. Triginta illam Boetiorum primarii adolescentes, uxorem sibi quisque postulabant. Phocus uero alias ex aliis, nuptiarum moras nectebat, metuens uidelicet, ne qua uis inferretur, postremo rogantibus illis. Pythium dixit eius se optionis consulturum. id illi auditum ægerrime tulerunt, phocumque ipsum facto impetu interemerunt. In ipso autem tumultu fugitans puella, per agros errabat, sequebantur uero adolescentes. Sed cum ea in agricolas incidisset, qui triticum in area coaceruarent, salutē per eos consequuta est. occuluerunt enim ipsam agricolæ in tritico, atq; ita a persequentibus transmissa est. Quæ cum euasisset, celebritate, quæ boetiis omnibus communis foret, observata Coroneam profecta, ad Ironiæ Mineruæ aram supplex cōsedit. Ibi procorum iniquitatem narrans nomen simul cuiusq;, ac patriam edocebat. Miserabantur itaq; Boetii puellam, atq; adolescentibus succensebatur. Ei uero, cum hæc audissent in orchomenum confugiūt, a quibus repulsi ad Hippotas abierunt, qui uicus prope Heliconem inter Thebas, & Coroneā situs erat. Abhis igitur suscepti sunt. Post hæc mittun Thebani, qui Phoci interfectores sibi dedi postulent. Quod ubi minime impetrant, bellum eis Thebani unā cum cæteris Boetiis inferunt

ferunt. Eius belli imperator Phoedus fuit, qui tum Princeps Thebanorum erat. expugnato igitur uico munitissimo, quiq; intra ipsum erat, ad extremam sitim redactis, comprehensos phoci interfectores combusrunt, indigenas uero ipsos in seruitutem abducunt, dirutisq; mœnibus, ac domibus, agrum Thebani inter se, Coroneisq; diuiserunt. Fertur uero nocte ipsa, quæ Hippotarum captiuitatem præcesserit, uocẽ sæpius ex Helicone auditam, quæ diceret, adsum. procos autem triginta uocem illam, ut quæ phoci esset, agnouisse. Qua uero die ad bellum prodierunt, monumentum senis, quod in Lisante foret, Croco fluxisse traditur. Phaedo autem Thebanorum Principi, atq; Imperatori à pugna redeunti nunciatum, filiam sibi natam, quam ille, accepto auspicio, Nicostratam appellauerit.

Alcippus genere quidem lacedemonius erat, ducta uero Damocrita uxore, binos ex ea fœminei sexus liberos suscepit. Is cum & optime ciuitati consuleret, & ea ageret, quæ esse è Re p. intelligeret. Inuidiam ĩ se eorum concitauit, qui aduersam ei partis in Re p. fouerent, à quib⁹ falsis sermõibus persuasi Ephori, uelle Alcippum leges dissoluere exilio uirum mulctarũt. Exiuit ille quidẽ Sparta. Damocria uero uxor, quæ se uiro comitem, unà cum filiabus præbere uellet, prohibita est. Quin & eius bona publicarunt, ne dos uirginibus superesset. sed cum nonnulli puellas sibi ob paternam uirtutem uxores postularent, senatus cõsulto ab inimicis prohibiti sunt uxores illas accipere, quippe q̃ de ipsarũ matre uotum dicerent auditum, ut sibi q̃ocyssime liberi ex natabus orirentur, qui patrem uindicarent. Cum igitur undecunq; damocrita impugnaretur, communem quandam totius populi celebritatem obseruauit, ad quam mos erat, ut unà cum uirginibus, domesticisq; omnibus, atq; infantibus mulieres cõuenirent quæ uero ex nobilitate essent, seorsum ipsæ à cæteris, ĩ magno quodam androne pernoctabãt. Ibi illa gladio sub uestem accincta, comites secum filias educit, Noctuq; in templum proficiscitur, obseruatoq; tempore, quo omnes mysterio interforent, cum occlusæ fores essent, magnam lignorũ uim ad eas constipauit. quippe quæ ad manum, præstoq; forent, ad sacrorũ usum conuecta. Tum ignem immisit, accurrentibus autem auxilio uiris, filias ipsa suas, tum sese ipsam damocrita gladio interfecit. quapropter cum minime haberent, in quos iram effunderent, extra fines damocritæ, natarumque corpora proiiciunt. Quamobrem irato deo. Ingens ille traditur lacedæmone terræmotus extitisse.

FINIS.

Angeli Politiani prælectio in priora Aristotelis Analytica, Titulus Lamia.

f Abulari paulisper lubet, sed ex re (ut Flaccus ait) Nam fabel-
læ etiam, quæ aniles putantur, non rudimentum modo, sed
& instrumentum quandoq; philosophiæ sunt. Audistis ne
unquam Lamiæ nomen? Mihi quidem etiam puerulo auia narrabat,
esse aliquas in solitudinibus Lamias, quæ plorantes gluttirent pueros.
Maxima tunc mihi formido Lamia erat, maximum terriculum. Vi-
cinus quoque adhuc Fesulano rusculo meo, lucens fonticulus est, ita
enim nomen habet, secreta in umbra delitescens, ubi sedem esse, nunc
quoq; Lamiarum narrant mulierculæ, quæcunq; aquatum uentitant.
Lamiã igitur hanc Plutarchus ille Cheroneus, nescio doctior, an gra-
uior, habere ait oculos exemptiles, hoc est, quos sibi eximat, detrahátq;
cum libuit, rursúsq; cum libuit, resumat, atq; affigat, quemadmodum
senes ocularia specilla solent, quibus habescenti per ætatem uisui opi
tulantur. Nam & cum quid inspectare auent, insertant quasi forfici na
sum. Et cum satis inspectarunt, recondunt in theca. Quidam uero eti-
am dentibus utuntur æque exemptilibus, quos nocte non aliter repo
nunt, quam togam, sicuti uxorculæ quoq; uestræ comam suam illam
dependulam & cincinos. Sed enim Lamia hæc, quoties domo egredi-
tur, oculos sibi suos affigit. Vagatúrq; per fora, per plateas, per quadri-
uia, per angiportus, per delubra, per thermas, per ganeas, per conciliabu
la omnia, circunspectátq; singula, scrutatur, indagat, nihil tã bene ob-
texeris, ut eã lateat. Miluinos esse credas oculos ei, aut etiam emissicios,
sicuti Plautinæ aniculæ nulla eos præterit q̃libet indiuidua minuties,
nulla eos euadit, quãlibet remotissima latebra. Domum uero ut reue
nit, in ipso statim limine demit illos sibi oculos, abicítq; ĩ loculos. Ita
semper domi cæca, semper foris oculata. Quæras forsitan, domi quid
agitet. Sessitat lanam faciens, atq; interim cantillat. Vidistis ne obsecro
unquam lamias istas uiri florentini, quæ se & sua nesciunt, alios & alie-
na speculantur. Negatis? Atqui tamen sunt in urbibus frequentes, eti-
ámq; in uestra, uerũ personatæ incedunt, homines credas, Lamiæ sunt.
Harum igitur aliquot prætereuntem forte conspicatæ me, substiterũt,
& quasi noscitarent, inspexere curiosius, ueluti emptores solent, mox
ita iner se de tortis nutibus consusurrarunt. Politianus est, ipsissimus ẽ,
nugator ille scilicet, qui sic repente philosophus prodiit. Et cum dicto
auolarunt, quasi uespæ dimisso aculeo. Sed quod repente me dixerunt

prodiisse philosophum, nescio equidem, utrum ne illis hoc totum displiceat philosophum esse, quod ego profecto non sum, an quod ego uideri uelim philosophus, cum longe absim tamen a philosopho. Videamus ergo primum, quod nam hoc sit animal, quod homines philosophum uocant, tum spero facile intelligetis, non esse me philosophum, neq; hoc dico tamen, quo id uos credam credere, sed ne quis fortasse aliquando credat, non quia me nominis istius pudeat, si modo ei possim re ipsa satisfacere, sed quod alienis titulis libenter abstineo, Ne si forte suas repetitum uenerit olim, Grex auium plumas, moueat cornicula risum. De hoc igitur primum, mox etiam de eo agemus, utrum ne esse philosophum turpe, ac malum sit, quod ubi docuerimus non esse, tum de nobis ipsis non nihil, deq; nostra ac professione loquemur. audiui equidē Samium fuisse olim quendam iuuentutis magistrum candidatum semper, & capillatum, femore etiam aureo conspicuum, natum saepius, ac renatum. Nomen illi erat, Ipse. Sic discipuli certe uocabant sui. Sed eos discipulos, ut ad se quenq; receperat, statim prorsus elinguabat. Praecepta uero si ipsius audieritis, risu scio diffluetis. Dicā tamen nihilo secius. Ignem aiebat, gladio ne fodicato, Stateram netrāsilito, Cerebrum ne comedito, Cor etiam ne comedito, Supra sextarium ne sedeto, Maluam transferto, Sed eam ne comedito, aduersus solē ne loquitor, Viam regiam declinato, per semitas īgreditor, Cum lecto surges, stragula complicato, Vestigiumq; corporis cōfundito, anulum ne gestato, Ollae quoq; uestigium turbato in cinere, Hirundines intra domum ne admittito, Contra solem ne meito, Speculum ne spectato ad lucernam, Dextrum pedem priorem calciato, Sinistrum priorem lauato, Vnguium criniumq; tuorum praesegmina ne commingito, sed in eadē spuito. Hic idem faba quoq; sic semper abstinuit, ut Iudaeus porco, Siquem autem aliquando gallum gallinaceum candidula pluma, & pinnis inuenisset, eum uero protinus in Germani fratris dilige bat loco. Ni cachinnos metuam, qui iam clanculum puto ebulliunt, habeo aliud quoq;, quod narrem, sed narrabo tamen, uos ut lubet ride tote. Bestias docebat, tam feras, q̄ cicures, Et sane Vrsa daunia quaedam fuisse memoratur magnitudine horribili, feritate formidabili, pestis acerba bouum, atq; hominum. Hāc ad se hic uir, si modo ipse erat uir blande uocauit, manu permulsit, Domi habuit aliquandiu, pane aluit & pomis mox dimisit adiurans, ne quod animal post id' attingeret. Illa uero in montes suos, & siluas abiit miris, nec animantium deinde obsu it cuiquam. Vultis ne etiam de boue audire? Bouem tarenti i agro quo
dam

dam pascuo forte conspicatus uitidem adhuc fabaciam segetem morsu truncantem rogauit bubulcum, moneret bouem suum ne illã depasceretur. Huic bubulcus illudens. atqui inquit bouatim loqui nescio. tute si scis potius moneto. Non cunctatus ipse accessit propius & in aurem boui illi diutule locutus, ĩpetrauit, non modo ut in præsens, sed ut etiam in ꝑpetuũ pabulo fabacio abstineret. Itaq; bos ille tarenti deinde molliter consenuit in Iunonis fano sacer habitus, cibísq; hoĩum uesci solitus, quos illi obuia turba offerebat. Hic igitur ipse, tam portentosæ sapientiæ professor, ac uenditator, interrogatus olim à Leonte phliasiorum tyranno quid hoĩs esset, philosophũ se esse respondit. Iterum rogatus, quid sibi illud uellet inauditũ antea nomen (Etenĩ sibi ipse tũc extempore cõfinxerat) Vitã ait hoĩum perinde esse, ut mercatum, qui maximo ludorum appatatu totius græciæ celebritate habeatur. Multos. n. eo confluere mortalis, alios alia causa. Quosdã. n. ut mercimonia sua uenditẽt, & friuola, qui tentoriola ẽt passim, & umbracula quasi laqueos, & retia tendũt pecuniolæ. Quosdã rursus ut sese ostẽtẽt, ac suas exhibeãt dotes. Ibi ergo pariter uisũtur, & qui discũ procul expellit, & qui pódus robuste attollit, & qui spatii plurimum transilit, & qui lucta plurimos deicit, & qui cursu lõgissime præuolat. Ibi & Funerepus piclitatur, & petaurista iactatur, & saccularius præstigiatur, & Venenarius inflatur, & diuinaculus hallucinatur, & aretalogus nugatur, & circulator illudit, & gladiator eludit, & Orator blãditur, & poeta mẽtitur. Postremo alios liberalius institutos, coire ad ludos eos aiebat, ut loca uiserent, ut ignotos hoĩes atq́sq;, & ingenia, & nobilissimorum opera artificum cõtemplarentur. Ita igitur, & in hanc uitã diuersis hoĩes studiis conuenire, quorum alios pecuniæ desiderio, deliciarũmq; teneri. Alios principatus & imperii cupidine sollicitari. alios gloriolæ stimulis agitari. Alios uoluptatum blãditiis titillari. Sed inter oĩs præcellere tamẽ eos, & esse ꝙ honestissimos, qui rerũ pulcherrimarnm speculatione cõtenti sint. Cælũq; hoc spectẽt solẽq;, & lunã, & siderũ choros, Solẽ ꝙ sit ipse fons luminis, Lunã, ꝙ inde lucẽ hauriat, tã uaria tam inconstãs. Sidera, quorum uagẽtur alia hæreãt, alia in uestigio semꝑ oĩaq; nihilominus rapiãtur. qui tñ ordo pulchritudinem habeat ex illius participatu quod intellegibile primum sit. quódque ipse numerorum rationúmque naturam interpretabatur, quæ per uniuersum decurrens & commeans arcano quodam uel ornatu uel ordine cuncta deuinciter. quotcunque igitur pulchra diuina sinceráque primo, hoc est in fonte ipso sint, eũdẽmque tenorem peragentia, horum esse scientiam quandam,

quæ ſophia nominatur,id nomen latine ſapientia eſt,eiuſq; ſophiæ ſtu dioſum,uocatum modo eſſe à ſe philoſophum. Olim autem apud ſæculum priſcum,ſapientes appellari conſueuerant,etiam qui Sellulari as quaſdam callebant artes. Vnde uates Homerus fabrum quoq; ligna rium ſapientem uocat,ſed extitit Athenienſis quidam ſenex,altis emi nens humeris(ut aiunt)quem etiam putant homines Apolline ſatum. Hic ſapientis eſſe negauit eas artis,quæ plerunq; uitæ inſeruiant,ſiue illæ neceſſariæ,ſiue utiles,ſiue elegãtes,ſiue ludicræ,ſiue auxiliares ſint. Propriam autem philoſophi eſſe ſupellectilem dixit,numerorũ ſciẽtiam,quos inquit à natura hominis ſi remoueris,etiam ratio ꝑpetuo perierit. Numeros autem ille non corporeos accipiebat,ſed ortum ipſum,poteſtatẽmq; paris,& imparis,quatenus rerum naturæ conſentiant. Poſt hoc etiam deorum,atq; animantium genituræ,quæ Theogonia,Zoogoniáq; uocentur,& item ſiderum cognitioni uacaturum dicebat,lunæq; circuitum,quo menſes includantur,quo plenilunia ſiant,ac Solis anfractus indagaturum,brumas,& ſolſtitia peragentes,uiciſſitudineſq; dierum,& noctium,commutationeſq; tempoꝝ quadripartitas,ad hæc ſtellarum quinq; uagantium errores,minime unq̃ errantes,earũmq; curſus,prægreſſiones,ſtationes,tum fixa certis locis aſtra,quæ miraquadam tamen celeritate,cum cœlo ipſo in aduerſum rotentur,& rapiantur. Huic accedere aiebat oportere eam,quæ ridiculo nomine Geometria uocetur,in qua numerorum ſimilitudo cõſpicitur à planis ad ſolida progrediens,ubi ratæ cernuntur rationes,ex q; bus tota ſonorum ſcientia conflatur. Illam tamen in primis neceſſariã eſſe artem,qua uerum à falſo dinoſcitur,qua mendacium refutatur,ſi cuti è diuerſo,eſſe occupatiſſimam uanitatem,quæ artificium hoc,nõ ſequitur,ſed ſimulat,uerũmq; colorem fuco mentitur. Vt autem peruenire ad intellectum naturæ eius tandem philoſophus poſſit,quæ ſé per eſt,quæq; ſub corruptione,generationeq; non fluirat,hanc ei quá diximus terendam eſſe aiebat uiam,diſciplináſq; has difficiles,an faciles omnino perdiſcendas,aut certe deum,ſortunámq; inuocandam, ſed enim talem hunc philoſopum,naſci etiam affirmabat oportere, idem ſenex è matrimonio ſacro,hoc eſt ex optimis parentibus. Non .n. ex omni ligno(ſicuti dicitur)Mercurius fit. Vt aũt rami,& ſurculi, praui,tortuoſiq; natura,minime unq̃ redigi ad rigorem ſuum queũt, quamuis manu tractentur,& emolliantur,ſed ad naturalem illam ſtatim prauitatem recurrunt,ſic ii,qui parum nati honeſte,parum educati ingenuę ſunt,continuo ad humũ ſpectant,hoc eſt uiliſſima quæ-
dam

dam miniſteria adamant,nec in ſublime animos attollũt,nec recti un
quam,nec liberi ſunt.Si autem Elei piſeí ue,apud quos olympia cele-
brari ſolita,neminem ſe nudare ad certamen illud patiebantur,niſi q̃
parentes,& ſtirpem generis docere poſſet labe omni carere. Nec tamen
ibi animorum,ſed corporum certamen agebatur,nec præmium aliud
petebatur,q̃ corona ex oleaſtro.cur non idem quoq; aiebat hic ſenex i
uirtutis certamine obſeruetur?Porro hunc,& ipſum ueritatis indagá-
dæ ſtudioſum eſſe,& habere q̃ plurimos eiuſdem ſtudii ſocios,adiuto-
réſq; uelle,ſcilicet qui norit,euenire idem in philoſophia,quod in ue-
natu.Si quis.n.feram ſolus ueſtiget,is eam uel nunq̃ , uel ægre deprehen
det.Qui uenatores aduocet alios,facile ad ipſum cubile perueniet.Et ĩ
hac igitur ueritatis quaſi uenatione loca abrupta confragoſaq; ſũt plu
rima,arboribus clauſa circum,atq; horrentibus umbris,quæ luſtrare ſo
lus nequeas.Sed quemadmodum gentiliciæ quædam familiarum no
tæ feruntur,ut ſeleucidarum ancora,pelopidarum eboreus humerus
Aenobarborum rutila barba. Sic philoſophi omnes habere boc í pri-
mis,uelut inſigne debent . Vt ſint mendacii oſores,ſieritatis amatores,
q̃q̃ aliquod mendacium quoq; philoſopbo congruit. Vt cum ſe ipſe
& ſua extenuat.Quali Socrates ironia fertur eleganti uſus aduerſus in
flatos ſophiſtas,ut qui ab homine refellerentur,imperitum agente, fa-
cilius intellegerent,q̃ omnino nihil ipſi ſcirent.At uero ſiqui etiam ſi-
bi illa impudenter affingunt,unde abſunt longiſſime,moleſti.ubique
ſunt,ſed in his præcipue ſtudiis.Enimuero pecuniarum quoq; abeſſe
amor debet.Nec ultra quærendum,q̃ quatenus ociũ ſuppeditetur phi
loſophiæ.Non,n.uir bonus mihi erit unq̃ , qui uelut oculos honeſti
ad auri ſplendorem ſummiſerit,quíq; depactione turpi fidem ſuam
prodiderit,& integritatem.(Nam ſicuti aurum igni,ita auro etiam ho
mines explorantur)Sed nec arcana cuiuſq; curioſius,& ſcrupuloſius ut
illæ,quas diximus lamiæ,rimabitur.Nec ſcire uolet ſecreta domus,atq;
inde timeri.Etenim ſapientem iudicabit æſopum. qui ununquenque
hominum duas geſtare ait manticas ſeu uocare peras malumus anticã
ſcilicet & poſticam,hoc eſt alteram in pectus.alteram in tergum propé
dulam.Plenámq; utranq; uitiis.ſed anticam alienis . Poſticam cuiuſq;
ſuis.Inde homines uidelicet ſua uitia non cernere,aliena cernere.Atq;
utinam obuerterentur alíquando hæ manticæ,ut ſua quiſq; intueri ui
tia poſſet,aliena non poſſet.Talem nobis igitur ueri ac legitimi philo
ſopbi adumbrauit imaginem ſenex ille athenienſis, qui toto uertice
ac toto etiam pectore ſupra cæteros fuit.Eúmque ſemper quandiu ui-

ueret, mortem commentari aiebat. Solumq; tamen in hac quoq; uita fœlicem esse, & beatum. Cæterum inueniri omnino tales, q̃ paucissimos & pene albis esse coruis rariores. Nunc si me talem, uel dicam, uel etiā opinere esse, qualem modo philosophū descripsi, stultior Corœbo sim nam & disciplinas illas uix attigi, quæ philosopho competunt. Et ab iis quos dixi moribus, ac uirtutibus absum longissime. Sed fingite esse me talem, num ob id quæso culpandus, an uana, an mala ars philosophiæ? Ita certe uisam, scio nonnullis olim, præsertimq; potentioribus. Agrippina illa augusta neronem filium dicitur, ob id a philosophiæ studio reuocasse, quod inutilis esset impantibus. Domitianus urbe philosophos, atq; Italia pepulit, nullum ob crimen, nisi quod philosophi erant. Athenienses cicuta Socratem, parentem prope ipsum philosophiæ sustulerūt. Fortunatissima olim ciuitas Antiochia, maledictis insectata & cauillis est Romanum principem Iulianum nihil ob aliud, nisi quod erat philosophus, ac barbam (qui mos erat ueterum philosophantium) nutriebat. Quid quod & libros omnis comburere philosophorum Tyrannus olim barbarus destinauerat. Et fecisset, nisi eum al gazeles pio quodam commento, sed parum tamen specioso reuocasset ab incepto. Verum de his non miror. Scelesti enim moribus, & facinorosi, luxuriaq;, & deliciis corrupti, supercilium ferre non poterant philosophiæ. Magis illud miror, toties eam a doctis quoq;, & alioq bonis fuisse exagitatam. Et quidem quod indignemur secundo populo hoc est, magno successu, magna exagitātium laude. nam & Romanus Hortēsius homo eloquentissimus, atq; idem nobilissimus, cum philosophiam uituperasset, meruit ut eius nomine librum Cicero inscriberet, & illustriorem eum traderet posteritati. Et Diō ille prusieus, qui pro ortulioris aurei cognomen rum, nulla in oratione, cum quidem plurimas ediderit, eloquētior habetur, q̃ in ea, quæ contra philosophosē. Et Aristophanes antiquæ auctor eomœdiæ, nulla i fabula tantum ueteris, aut uirium creditur exseruisse, quantum in illa, cui titulum fecit nubes. In qua lepidissime philosophum Socratem descripsit, saltū pu licis metientem. Sed & Aristides ex ea oratione, quam aduersus Platonem pro quatuor atheniensium proceribus scripsit, multo illustrior mihi, & celebrior uidetur factus, q̃ e cæteris omnibus, quas composuit plurimas, cum tamen sit illa expers artificii, nec ulli rhetorices formæ satis congruat. Veruntamen arcana quadam pulcritudine floret, & gratia, nominibusq; ipsis, & uerbis, mirum, quantum delectat. quid ille autem, Phliasius, Timon, qui Sillos amarulentum, cōposuit opus,

non

Nonne magnũ, sibi & ipse nomen ex irrisu philosopho℞ cõparavit? Cæterum non continuo malum uideri debet, quod est a quibusdam reprehensum. Nam & dulcis sapor omnium creditur præstantissim⁹, qui tamen aliquibus, etiãmq; beneualentibus parum gratus. Sermunculi isti hominum uidelicet, ac rumusculi, similes umbræ sunt. Vt autem crescẽte umbra, uel decrescẽte, corpus tñ ip sũ, cuius illa ẽ umbra neq; crescit, neq; decrescit, ita nec melior fit quisq;, dũ uulgo laudatur, nec itẽ peior, dũ uituperatur. Quod si philosophandũ nõ est, secundũ animi uirtutẽ uiuendum non est. At sicut animo uiuimus, ita aĩ uirtute bene uiuimus. Quemadmodum sicuti oculis uidemus, ita oculorũ uirtute bene uidemus. Quí bene uiuere igitur non uult, is ne philosophetur. Qui turpiter uiuere uult, is philosophiam ne sectetur. Veniũt ecce in mentem pythagorei Archytæ dicta quædam prorsus aurea, de libro eius, qui de sapientia inscribitur selecta, quæ nisi molestum est, latine ad uerbum referam. Sic inquit, sapientia in rebus omnibus humanis excellit. Vt in sensibus uisus, in anima mens, in sideribus sol. uisus enim longissime tendit, plurimásq; rerum formas amplectitur, & mens quasi regina, quodcunq; opus est, ratione, excogitationéq; perficit, ac uisus quidã, uisq; est rerum præclarissimarum. Et sol ipse oculus est, atq; animus naturæ totius, per quem scilicet omnia cernuntur, gignuntur, nutriuntur, augentur, fouentur. Homo uero animantium omnium, longe sapientissimus, uim quippe habet illam, qua speculari omnia possit, ac scientiam, prudentiámq; ex omnibus elicere, ut ĩ quo deus ille maximus, ratiõem quasi uniuersam impresserit, ac signauerit, ubi rerum species omnium distinguerentur, significationésq; nominum forent, & uerborum, sic ut loca etiam certa uocum sonis assignata sint. Hactenus Archytas. Mihi autem uidetur & illud, qui philosophari nolit, etiam felix esse nolle. Nam si tunc felices sumus, cum bona adsunt nobis plurima, sed adsunt ita, ut & prosint, nec prosunt autem, nisi utamur, bene aũt ut utamur, scientia una facit, scientiam aũt philosophia, uł̃ affectat, uel possidet, profecto ut felices efficiamur, philosophandum est an quæso nostra curabimus, hoc est corpus, & opes, nos ipsos, hoc est animum posthabebimus? Vt aũt medicina corpus, ita animum curat philosophia. Sed cũ tres animi nostri, seu partes, seu, uires, ratio, ira, cupiditas sint, prior illa diuina, posteriores quasi brutæ, num quæso ipsam quidem cupiditatem, idest belluam multorum capitum, prætereáq; iram, ceu furentem Leonem, molliter educabimus? Quasíq; corroborabimus? Rationem autem, quæ proprie homo est,

fame confici,& esse imbecillam,semimortua'mq; patiemur? Vt scilicet huc,atq; illuc à monstris geminis,uelut ille in fabulis Hippolytus rapetur,& membratim quasi discerpatur,ac dilanietur? Quod si uitam refugimus solitariam,ciuilem uero sequimur,& urbanam nonne iteȓ legimus,esse artes in ciuitate,quæ uitæ commoda suppeditent? Esse alias item,quæ illarum utuntur opera? Rursus alias,quæ famulentur,alias quæ imperitent? Inq; his utpote nobilioribus,etiam bonum ipsum,pręcipue reperiri. Sed quæ sola iudicium teneat rectum,quæq; ratione ipsa utatur,atq; uniuersum bonum contempletur,ea certe,uel uti,uel imperare omnibus suapte natura potest. Talis autem præter philosophiam,nulla omnino est. Cur igitur pudeat philosophari? At inquies difficilis nimium philosophiæ cognitio est. Immo uero,si uestigiis indagetur,nulla pene ars ingenua cognitu facilior. Semper enim quæ priora sint,notiora posterioribus. Et quorum natura melior,eorum quoq; facilior intellectus,q̃ quorum deterior. Sit huius argumentum facilitatis,& illud,quod ad maximum incrementum,breui peruenit philosophia,nulla etiam proposita mercede. Et quotus quisq; est ingeniosoȓu, cui non ocium sit in uotis,ut philosophari liceat? Hoc autem profecto non fieret,si philosophari labor,ac non potius uoluptas esset quid q̃ exercere id studium semper,meditarique possumus,ut quod nullis extrinsecus indigeat instrumentis,ut cui nullus incógruens sit locus,ubi ubi enim fueris,præsto erit ueritas. Sed ut nõ difficillima perceptu philosophia est,ita nec obuia cuiq; tamen,& exposita. Vigilantibus enim se,non dormientibus ingerit. Nos auté ita ridiculi sumus,ut uilissimæ æruginis gratia,etiam trans Herculis columnas,etiam ad indos nauigemus. Philosophiam uero ut adipiscamur,ne per hyemem quidem uigilias saltim pauculas toleramus. Sed quod uoluptatem diximus esse philosophia maximam,quo facilius intellegere possitis,fingite aliqué uobis cunctis affluentem deliciis,qui nihil omnino sapiat,qui prudétia penitus uacet an quisq̃ uiuere huius uitam uolet? Equidem non puto. sicuti nec semper ebrius,nec semper esse puer, nec dormire semper, ad morem Endymionis eligat quispiam quanq̃ enim aliqua enam in somnis gaudia sunt,falsa illa tamen,adumbrata,imaginaria,non uera non solida,non expressa sunt gaudia. Cur autem & mortem propeomnes expauescimus. quoniam puto cuiq; terribile quod ignoratur,ut quod obscurum,quod tenebricosum est. Sicuti contra amabile quod intellegitur,ut quod apertum,quod illustre est. Inde etiam arbitror fit ut parentes nostros potissimum ueneremur,quorum uidelicet benefi

cio

cio factum sit, ut hunc solem, & stellas, atque hanc publicam lucem intu eamur. Quin rebus etiam delectamur potissimum, quas consuetas habemus, eosque maxime diligimus, quibuscum diutius uersati sumus, ac uulgo amicos ipsos etiam notos appellamus. Si igitur quæ nota sũt delectant, cur etiam nosse ipsum, ac sapere non delectet? Ad id maxime proprium philosophi est, aut igitur nihil agendum in hac uita, nihil expetendum est, aut in sola philosophia, tanquam in portu requiescẽdum. Subiciamus quæso, oculis hominum uitam. Quid ea est? omnis, præter inanem umbram, uel ut significantius ait Pindarus, umbræ somnium. Homo bulla est, antiquum inquit prouerbium. Nam quantum uiribus ab Elephanto, quantum celeritate uincimur à Lepusculo. Gloria hæc autem fastosa, quæ nos plerunque agit præcipites, ut nihil aliud est, q̃ meræ nugæ. Vt nihil aliud q̃ nebula. Procul enim si spectes magnum quiddam esse putes, ubi propinques, euanescit. Forma porro, & dignitas corporis pulchra, ob id nobis, & hõesta, quod hebeti sumus obtutu. Nam si lyncei essemus, ac penetrare oculis in corpora, & introspicere possemus, etiam formosissimum quenque nauseabundi aspiceremus, adeo nobis multa uisu tetra, & fœda, prorsusque deformia occurrerent. Quid obscœnas commemorem uoluptates, quibus pœnitentia semper comes. Age uero quid i rebus nostris omnibus, uel solidum, uel diuturnum. Nam ut stare aliquid, aut durare nonnunq̃ putemus, imbecillitas nostra facit, atque æui breuitas, ita quod ueteres opinati quidam sunt, animas nostras in corpora, tanq̃ in carcerem cõiectas, magnorum scelerum pœnas luere, quanquam non omnino uerum, tamen etiam nec absurdum planè uideri potest. Nam cum sit anima iũcta, agglutinataque corpori, ac per omnis artus, omnisque sensuum quasi meatus extenta, & explicata, non alio mihi uidetur supplicio affecta, q̃ quo Mezentius ille uergilianus, miseros ciues suos afficiebat. Ita enim de eo canit Poeta noster.

Mortua quin etiam iungebat corpora uiuis.
Componens manibusque manus, atque oribus ora
Tormenti genus, & sanie taboque fluenti.
Complexu in misero, longa sic morte necabat.

Nihil igitur in rebus humanis, studio, curaque dignum, præter illam, quam pulchre uocat Horatius diuinæ particulam auræ, quæ facit ut in hoc cæco rerum turbine, tamen uita hoĩum tuto gubernetur. Deus enim ẽ animus nobis, deus profecto, siue hoc Euripides primus dicere ausus, siue Hermotimus, siue Anaxagoras. At nulla inquis, proposita.

est merces philosophantibus,ego uero ne desidero quidem mercedem quoties ipsum quod agitur,sibi est merces, Ergo si comœdia in theatro agetur,aut tragœdia,si gladiatores in foro committentur,omnis eo statim populus confluemus spectatum,nulla illecti mercede, naturam uero ipsam rerum pulcherrimam spectare gratis non poterimus?at nihil agit philosophia,tantum contemplationi uacat. Esto, modum tamen cuiusque præscribit officio,sic autem & uisus in corpore ,quanquam ipse opus nullum peragit,dum tamen aut indicat ut unumquodq; aut iudicat,ita opifices adiuuat,ut non plus manibus debere illi se, q̃ oculis suis sentiant. At est philosophus homo rudis,& secors,& qui ne uiam quidem sciat ipsam,qua itur in forum, nesciat ubi aut senatus habeatur,aut populus coeat,aut lites dirimantur,leges,decreta ,edicta ciuitatis ignoret,studia candidatorum,conciliabula,conuiuia,commessationes,ne somniet quidem,quid alicubi agatur,quid cui bene cesserit,aut male,cui sint uxoriæ,cui paternæ maculæ,cui suæ magis profecto ignoret,quam quantus numerus libyssæ harenæ laserpiciferis iacet Cirenis. adde quod nec uicinum quidem suum cognoscit. Nec scit utrum sit albus,an ater,utrum sit homo an bellua. Sed nec illa ipsa certe nit interdum, quæ sunt ante pedes. Itaque irrisus ab ancilla Thressa Milesius Thales dicitur,quod nocturnis intentus sideribus,in puteum deciderat,stulte enim (inquit illa) o Thales cœlum uidere studes, qui non uideris,quod erat ante pedes. ergo si hominem hunc adducas in curiam,aut ad prætorem,aut item in concionem , iubeasque de iis dicere,quæ tractentur,quæq; ante oculos interq; manus sint, hæsitet, titubet,stupeat,caliget,quasi uolucris sit implicita uisco,qua si ad solem uespertilio, risumq; de se præbeat non uni Thressæ ancillulæ,sed Iasciuis ipsis pueris abacum conscribellantibus,ita ut ab eis uix barbã quoq; illam suam defendat baculo. Quod si quis eundem conuiciose rnat,tacet,mutus est,nihil habet omnino,quod respondeat. Et enim aliorum nescit errata ,nec in cuiusquam uitia inquisiuit. Tum si quis laudat sese præmodum,atq; effert,auscultante ipso, si quis Regem, tyrannumue aliquem beatum prædicat. Si quis latifundia mille iugerum possidere se iactat,si quis generis claritudinem repetit a tritauo, despere hos omnis putat,& effusius ridet,nescio utrum quia nimis insolens ,an quia delirus. talis profecto est inquies præclarus iste tuus philosophus,nõ minus credo a te sine causa,q̃ sine fine laudatus .quid ad hæc dicam? Quid respodebo? Equidem cuncta esse fateor ueriora uoris. Nescit forum philosophus,nescit lites,nescit curiam,nescit hominum

num conuenticula, nescit flagitia, partim aliena putat, hæc a se, partim minuta nimis, & pusilla, quo circa despicit, ac turbæ hominum sordidæ relinquit, ut quibus idoneus esse possit, etiã quilibet e populo. Themistocles ille dux magnus, cum cæsas a se i litore barbarorum copias inspectaret, monilia forte quædam, & armillas aureas iacentes conspicatus præteriens ipse, comiti cuidam suo monstrauit, & tolle inquit illa tibi, non enim tu es Themistocles, ita ergo & istis abstinet philosophus, ut ulibus, ut parum se dignis. Adeoq; interdum nescit ea, ut etiam nescire se nesciat. Peregrinatur.n. semper illius animus, & multa leuatus aura, quasi ille Dircæus Horatii Cycnus, tendit in altos, nubiũ tractus, ac cœli, terræq; mensor, & naturæ conscius, dum totum longe, & late circumspicit orbem, effugiunt curas inferiora suas. An uero ille, aliud Regem putabit, q̃ subulcum, aut opilionẽ, aut busequam? sed eo peiore cõditione, quo peioribus imperat. Peiores.n. bestiis, etiã mq; immanibus imperiti sũt homines. itaq; nihil ille aliud mœnia ciuitatũ, quam septa aliqua putabit, & caueas, quibus efferri illi greges includantur. An ei magna esse uidebuntur agri mille iugera, cui terra ipsa puncti instar uidetur? an is non eũ deridebit, qui se generosissimũ putet, q̃d auos quinq; forte, aut sex nobiles numeret, & diuites? cũ sciat i stemmate, cuiussuis, & feriæ generis prope inumeros inueniri, & seruos, & barbaros, & mendicos. Nec esse regem quenq̃, qui non sit e seruis natus, nec item seruum, cui nõ origo sint reges. Omnia .n. ista, quæ distant, longa ætas miscuit. Sed imaginem uolo uobis elegantissimam referre, Iamblichi illius platonici, quem ueteris græciæ consensus uocare diuinissimum solet. Finge inquit, tibi spaciosam q̃piam speluncam recedentem q̃ maxime introrsus, cuius excelsæ ad lumen pateant fauces, in eius aũt speluncæ penetralibus fac esse homines, qui ab ipsa usq; infãtia illic sederint, habiti semper in uinculis, atq; his ita astricti, ut neque ad fauces illas conuertere se, neq; commouere quoquã, sed nec intueri quicq̃ ualeant, nisi quod e regione sit. a tergo autem, supraq; eos procul maximus quispiam luceat ignis, interq; ignem ipsum, & quos diximus uinctos uia sit, quasi sublimis, & alte pensilis, iuxtaque uiam paries. Tum per eam uiam gradiantur plurimi, uasa, instrumentaque alia manibus gestantes, & animantium effigies, uel lapideas, uel ligneas, uel materia quauis alia, quæ tamen gestamina omnia, dum transferuntur, extent supra eum, quem diximus parietem, qui autem homines illa baiulent, alii quidem taceant, ut fit, alii inter se colloquantur, denique sit Scœna ista omnis, quasi cum præ-

stigiatores interiecto uelo, supra id uelum minutas quasdã nobis ostentant imagunculas, quasiq; pupas, ridicule loquaces, ac gesticulatrices, rixantes inter se, concursanteśq; per ludicrum. Quid aũt sibi, inquies, uult imago hæc tam exquisita, tãmq; absona? Dicam. Credamus nunc eos hoĩes, quos dixi, immobiles, & astrictos uinculis, esse haud absimiles nobis. Quid igitur hic uidebunt? Se quidẽ certe ipsos non uidebũt. Sed nec inter se uincti uinctos, nec item gestamina illa, nam & sunt ipsi in tenebris, & respectare nequeunt. Puto aũt uidebunt umbras eastãtum, quas ille ignis, quem diximus, in aduersam speluncæ frontem iaculetur. Quod si colloq etiam illos inter se contingeret, credo umbras ipsas, uetas planè esse res dicerent. Cæterum si uocis etiam imago illa ludibunda, quæ græce Echo dicitur, colloquentibus iis, qui prætereant, i ipsa illa antri fronte resonet, ac resultet. An censes alium loqui putaturos, q̃ ipsam illam umbrã, quæ transeat? Equidem non arbitror. Immo uero opinor, nihil omnino esse uerũ suspicaturos, præter umbras. Sed agedum, soluamus nunc eos, & eximamus uinculis, atq; à tanta (si possumus) insipientia uindicemus. Quid eueniet? Credo ubi cuiq̃ ipsorũ manicas, atq; arta uincla leuari iusseris, ubi surgere ocyus, ac respicere, & ingredi, & spectare lucem coegeris. angetur primo, & radiis oculos præstringetur, nec aspicere illa poterit, quorũ imagines hactenus aspexerat. Quod si quis hunc hoĩem sic alloquatur. Heus tu, nugas antehac uidisti Res ipsas nunc uides. Præterea si res ei ostendens ipsas, interroget, quid unaquæq; illarũ sit. Nónne hunc tu putas hæsitabundũ diu, & ancipitem, ueriora fuisse illa tamen ptinaciter crediturũ, quæ prius cernebat, q̃ quæ nunc ostendantur? Quid si quis eundẽ cogat egredi aliquando ad puram lucẽ, non ne oculos ei credimus dolituros? Nõne auersaturũ radios. Cõiecturúmq; se in pedes, q̃tum queat, ut ad simulachra illa sua reuertatur q̃primum quis dubitet? Age, si quis p ardua illũ & accliuia ui protrahat ad lumẽ, non ne indignabitur hõ, & reluctabitur? Moxque sub auras plane euectus, torquebit aciem prorsus, ut ille Herculis Cerberus. nec ferre diem, nec illa intueri. quæ dicantur bona poterit, nisi paulatim quidem assueuerit. Ergo umbras primũ cernet. Dein Solis ĩ aqua simulacrũ. Tũ corpora ipsa fulgoris immunia. Post hæc aũt ẽt in cælũ tollet oculos. Ac noctu primũ suscipiet lunã & stellas. Mox ẽt interdiu ad ipsũ solẽ dirigere audebit obtutũ. Cogitabitq; secum. s. hunc esse qui tpa distinguat, qq; anni uices pagat. Hũc eorum quoq; esse auctorem. quæ ipse antea in antro illo tetro, spectare erat solitus. Cedo quid hic uolutabit aĩo, quid faciet. quoties carcerẽ cæcum

quoties

quoties uincula, quoties uere umbratilem sapientiam recordabitur? Equidem puto gratias dis agent magnas, ingentes, quod inde se emerse rit tandem. Dolebitq; uicem sociorum, quos in tantis reliquerit malis. quod si etiam in spelunca laudari, præmissq; affici, & honoribus con/sueuissent, qcüq; simul uchra illa acutius uideret, aut q facili' meminis sent, quæ priora ex his, quæ posteriora, quæ' ue simul excucurrissét, aut item qui quasi addiuinatent, quæ proxime subitura his forent, an cué turum putamus unq̃, ut honores illos, ut laudes, ut præmia, noster iste concupisceret, aut his deniq; inuideret, qui consecuti illa fuissent? Non puto, quin potius credo, Vltra Sauromatas fugere ei liberet, & glacialé oceanum, q̃ uel regnare iter istos. Verum redeat iam hic idé quasi post luminio ad illam ipsam sedem, inamœnam, & cæcam. Nonne ipse iam cecutiet, à sole profectus in tenebras? Nónne si certamen forte ibi po natur, quis omnium acutissime umbras easdem cernat, supabitur hic noster, & erit omnibus derediculo? Sic ut uno ore uinctilli clamét. Cæ cum reuertisse in speluncam socium. Periculosumq; esse iter foras Tũ siqui soluere iterum aliquem ex ipsis tentent, atq; ad lucem producere resistat ille scilicet quisquis fuerit manibus. ac pedibus, & trahentium sese, etiam si possit, in oculos inuolet unguibus Interpretarer sane ima ginis huius sensum, nisi apud uos loquerer Florentini, magno homies ingenio, magna solertia. Nunc illud tantum admonebo. Vinctos i' te nebris homines, nullos esse alios, q̃ uulgus, & ineruditos. Liberum auté illum, clara in luce, & exemptum uinculis, hunc esse ipsum philoso/phum, de quo iandiu loquimur. Atq; utinam is ego essem. Non enim tam metuo inuidiam, criménq; nominis huius, ut esse philosophus no lim, si liceat. Sed audire iterum uideor Lamias illas, ita mihi ad hæc tã multa, támq; alte repetita, breuiter, & aculeate respõdentes. Frustra po/litiane laboras, ut auditoribus his probes, ac declares, philosophum te non esse Nihil est, quod metuas, neino tam stultus, ut hoc de te credat. nec autem ipse, cum te repete produsse philosophum dicebamus (qđ' te, ut uidemus, uerbum nimis urit) hoc uidelicet sétiebamus, esse te phi losophum, nec ita imperite, aut præposteræ sumus, ut philosophiam tibi obiectaremus pro crimine. Sed illud indignabamur. Facere te, ne gratiore utamur uerbo subarroganter, qui triénio iam philosophum te profitearis, ac nunquam scilicet ante id tempus operã philosophiæ dederis. Ob id enim nugatorem quoq; te diximus, quod illa diu iã do ceas, quæ nescias, q̃ non didiceris. Audio equidem nunc uero, & intelle go, quid dicatis, qđ sentiatis, bonæ Lamiæ. Sed uicissi uos quoq; audite

me parumper, si uacat. Ego me Aristotelis profiteor iterpretem. quam idoneum nõ attinet dicere, sed certe interpreté profiteor, philosophũ, non profiteor. Nec enim si Regis quoq; essem interpres, Regem me esse ob id putarem, nec apud nos Donatus puta, & Seruius, apud græcos Aristarchus, & Zenodotus cõtinuo se poetas profitentur, quoniam q dem poetas interpretentur. An non Philoponus ille Ammonii discipulus, Simpliciiq; cõdiscipulus, idoneus Aristotelis est interpres? At eũ nemo philosophum uocat, omnes grammaticum. Quid, nõ grammaticus etiam Cous ille Xenocritus, & Rodii duo Aristocles, atq; Aristeas, & Alexandrini item duo Antigonus, ac Didymus, & omnium celeberrimus idem ille Aristarchus? Qui tamen omnes (ut Erotianus est auctor) Hippocratis interpretati sunt libros, sicuti alii quoq;, quos Galenus enumerat, nec eos tamẽ quisquam medicos esse ob id putat. Grammaticorum enim sunt hæ partes, ut omne scriptorum genus, poetas, historicos, oratores, philosophos, medicos, iureconsultos excutiant, atque enarrent. nostra ætas parum perita rerum ueterum, nimis breui gyro grammaticum sepsit, at apud antiquos olim tantum auctoritatis hic ordo habuit, ut censores essent, & iudices, scriptorum omnium soli grammatici, quos ob id etiam Criticos uocabant, sic ut non uersus modo (ita enim Quintilianus ait) Censoria quadam uirgula notare, sed libros etiam, qui falso uiderentur inscripti, tanq̃ subditicios submouere familia permiserint sibi. Quin auctores etiã, quos uellent, aut in ordinem redigerent, aut omnino eximerent numero. Nec enim aliud grammaticus græce, q̃ latine literatus. Nos autem nomen hoc in ludum triuialem detrusimus, tanquam in pistrinum, itaq; iure conqueri nunc literati possent, & animo angi, quo nomine Antigenides ille tibicen angebatur. Ferebat Antigenides parum æquo animo, quod monumentarii, ceraulæ, tibicines dicerentur, indignari literati possunt, quod grammatici nunc appellentur etiam, qui prima doceant elemẽta. Cæterum apud græcos hoc genus, non grammatici, sed grammatistæ, non literati apud latinos, sed literatores uocabantur. Verum alias de grammaticis. Nunc ad me redeo, non scilicet philosophi nomẽ occupo, ut caducum, nõ arrogo, ut alienũ, propterea quod philosophos enarro. Rogo uos, adeó esse me insolentem putatis, aut stolidum, ut si quis iuriscõsultũ me salutet, aut medicũ, nõ me ab eo derideri prorsus credã? Cõmẽtarios tñ iãdiu (quod sine arrogãtia dictum uideri uelim) simul in ius ipsũ ciuile, simul in medicinæ auctores parturio, & quidẽ multis uigiliis, nec aliud inde mihi nomen postulo, q̃ grãmatici. hãc mihi

mihi rogo appellationē nemo īuideat, quā semidocti quoq; aspnātur, ceu uilē nimis, & sordidā. euge inquiunt Lamiæ, cōcedimus ut uocere grāmaticus, nō tamē ut & philosophus. Quomodo. n. tu philosoph⁹ ? qui nec magistros habueris, nec id genus unq̄ libros attigeris. nisi si fungino esse genere philosophos credis, ut una eos pluuia statim procreet. aut terrigenis illis similes, quos poetæ de glebis protinus & sulcis cū clypeo producūt, & galea. Nū forte illud dices: te tibi ipsū fuisse magistrū, sicuti de se aiebat Epicurus, aut noctu inspiratā tibi diuinitus philosophiā, sicuti æsopo fertur. Vrgent me nimis eæ lamiæ, itaq; non iā cū illis agā. Sed uobiscū, quos mihi fore arbitror æquioris. Nec aūt allegabo nunc uobis familiaritates, q̄ mihi semp cum doctissimis fuere philosophis. nō ēt extructa mihi ad tectū usq; loculamēta ueterū cōmētario℞ præsertímq; græcorū, qui oīum mihi doctores p̄stantissimi uideri solent, sed ita uobiscū paciscar, Si nullus ī nostris, aut scriptis, aut sermōibus odorē philosophiæ, nemo audisse me philosophos, aut eorū attigisse libros arbitretur. Sin plurima sūt ī eis, q̄ sectā redoleāt aliquā. Tūc me, si nō pepisse ipsū talia, saltē didicisse credite à doctoribus. Quod si uitupantur ii, q̄ multa spōdeāt anteq̄ p̄stent. Cur ego uicissim nō lauder, q̄ prius hoc p̄stiteri, quātulūcunq; ē, q̄ oīo unq̄ spopōderi. Oues inquit Stoicus epictetus in pascua dimissæ minime apud pastorē suum gloriātur uespe, multo se pastas gramine, sed lac ei affatim, uellúsq; præbent. Ita nec q̄sq̄ p̄dicare ipse debet, q̄tū didicerit, sed q̄d didicerit afferre in mediū. Quod ego p̄culdubio & fecisse hactenus, & facturus deinceps uideor approbātibus Musis, quarū sacra fero īgenti pculsus amore. Quare q̄m libros Aristotelis de moribus iāpridē, p̄xime aūt porphyrii q̄nq; uoces. & aristotelis eiusdē prædicamēta, cū sex illis Gilberti poretani principiis. Libellūq; qui dr̄ perihermenias. Tū uelut extra ordinem sophisticos elenchos intactū ab aliis opus, & pene inenodabile, sū publice interpretatus. Vocāt ecce me nunc eūdē ad se resolutoria duo uolumina, quæ priora uocantur. In quibus omnis recte ratiocinandi regula continetur. Qui quanquam libri spinosiores alicubi sunt, et multis rerum, uerborūmq; difficultatibus inuoluti, tamen ob id eos etiam libentius, alacrius, animosius aggredior, quod fere in omnibus gymnasiis à nostræ ætatis philosophis, non quia parum utiles, sed quia nimis scrupulosi prætereuntur. Quis mihi igitur iure succenseat, si laborem hunc interpretandi difficillima quæq; sum p̄sero, nomē uero aliis philosophi reliq̄ro: Me. n. uel grāmaticū uocatote. uel si hoc magis placet Philosophastrū, uel ne hoc ipsū quidē. Cæterū uolo ut hic iā noster

sermo simplex ut uidetis,& humi repẽs,quemadmodum à fabella cœpit,ita desinat in fabellam. Siquidem,ut Aristoteles ait etiam philosophus natura Philomythos,idest fabulæ studiosus est. Fabula.n. admiratione constat. Admiratio philosophos peperit. Sed audite iam fabellã. Aues olim prope uniuersæ noctuã adierũt,rogarũtq; eã, ne posthac in ædium cauis nidificaret,sed in arborum potius ramis,atq; inter frõdes,ibi.n.uernari suauius. Quin eidem quercum modo enatam, pusillam,tenellámq; adhuc ostendebant,in qua scilicet molliter (ut aiebãt) & sidere ipsa aliquando noctua,& suum sibi construere nidum posset. At illa factutam se negauit. Quin inuicem consilium dedit iis,ne arbusculæ illi se crederent. Laturam.n. quandoq; esse uiscum, pestem uideli cet auium. Contempsere illæ (ut sunt leue genus,& uolaticum) sapiẽtis unius noctuæ consilium. Iam quercus adoleuerat. Iam patula. Iã frondosa erat. Ecce tibi aues illico ẽs gregati ramis inuolitant,lasciuiunt sub sultant,colludunt,cantilant. Interea quercus ea uiscum protulerat,atq; id homines animaduerterant. implicitæ ergo repente ibi omnes pariter misellæ,ac frustra eas sera pœnitentia subiit,quod salubre illud consilium spreuissent. Atq; hoc esse aiũt,cur nũc aues oẽs,ubi ubi noctuã uiderint,frequentes eam quasi salutant,deducunt,sectantur, circumsidunt,circumuolitant. Etenim consilii illius memores, admirantur eã nunc ut sapientem. Stipantq; densa caterua,ut uidelicet ab ea sapere aliquando discant. Sed opinor frustra,immo uero etiam interdum cum magno ipsarũ malo. Nã ueteres illæ noctuæ re uera sapientes erãt,nũc multæ noctuæ sunt,quæ noctuarum quidem plumas habent, & oculos,& rostrum,sapientiam uero non habent. DIXI.

Angeli Politiani prælectio,cui titulus Panepistemon.

Qui libros aliquos enarrare Aristotelis ingrediuntur,consueuere à principio statim philosophiam ipsam uelut in membra partiri,quod & Themistium facere uidemus, & Simplicium,& Ammonium,& alios itẽ peripateticos ueteres. Mihi uero nunc Aristotelis eiusdem libros de moribus interpretanti consilium est,ita diuisionem istiusmodi aggredi,ut quoad eius fieri possit, non disciplinæ modo,& artes uel liberales quæ dicuntur,uel machinales,sed etiam sordidæ illæ,ac sellulariæ,quibus tamen uita indiget,intra huius ambitum distributionis colligãtur. imitabor igitur sectiones illas medicorum,quas Anatomas uocãt. Imitabor & tabulariorum calculos. Nã & diuidã

diuidam singula prope minutatim,& in summã summarum redigã, quo possit ununquodq; ,uel facilius percipi,uel fidelius retineri·Nec autem me fallit quã sit operis ardui,q̃ nec ab ullo tentatum hactenus, quam deniq; obtrectatoribus opportunũ quod polliceor·Sed ita ho mo sum·Sordent usitata ista,& exculcata nimis,nec alienis demum uestigiis insistere didici,quoniam in magnis etiam uolũtas ipsa laude sua non caret,et uilissimos hominum Plato existimat imitatores,meritóq; ob id a uate Horatio seruum pecus appellati sunt· Obtrectatorum uero nulla prorsus habenda ratio,qui si nunc desit occasio,facile tamen inuenient alteram·Illud obsecro ne quenq̃ perturbet,quod ipsis artiũ uocabulis,etiámq; græcis utar interdum,siquidem pleraq; sic exposita reperiuntur,ut latine nondum loqui didicerint, sed & multa diuersis artibus,disciplinísq; communia semel explicata,mox quasi digito notari,nutúq; significari sat erit·Nunc adeste animis quæso,& auribus omnes,ac fauete dicenti magnam(ni fallor)&ex perspicua breuíq; rerum distinctione utilitatem,& ex erudita quadam,nouáq; uocum diuersarum uarietate uoluptatẽ percepturi·Nec pópam tñ hic oratiõis,aut uerborum phaleras expectetis,& pictæ tectoria lĩguæ. Nã qđ elegãter Manilius inquit Astronomus. Ornari res ipsa negat contenta doceri.

Tria sunt igitur inter homines genera doctrinarum. Inspiratum, Inuentum,Mixtum.In primo genere Theologia nostra · In secundo Mater artium philosophia.In tertio diuinatio sita est.

Theologia deũ speculatur,ut ĩ eo cuncta sunt,ut ab eo proficiscuntur ut ad eundem redeunt,ut in eodem conquiescunt · Huius instrumentũ duplex est,uetus,atq; nouũ·Quod utrũq; in legales,historicos, morales,propheticósq; libros diuiditur,quos Canonicos appellamus·

Philosophia spectatiua est,actualis,rõnalis.Sed spectatiua pars,aut res cõsiderat materiæ prorsus ĩplicitas,aut à materia penitus abiunctas, aut medias quasdã re cõiunctas,ĩtellectiõe distractas,easq;,uel substãtias,uel accidẽtia ·rursus hæc,aut qua multitudo sũt,aut qua magnitudo· Multitudo, ut absoluta,ut relata·Magnitudo, ut manẽs,ut mobilis ·Ex hoc igit' spectatiui generis q̃si stẽmate naturalis,& prĩa philosophia tũ quæ de anima pertractat,& mathematicæ quatuor seu doctrinales Arithmetica,Musica,Geometria,& Sphærica cũ suis illis quasi pedisseqs, calculatória,geodesia,canonice,astrologia,optica,& mecãica nascũtur.

Actualis pars mores expẽdit,sed aut singulorum,aut familiæ,aut ciuitatis·Vnde quasi trigemĩus partus moralẽ dispẽsatiuã, ciuiléq; protulit· Rõnalis,aut ĩdicat,aut narrat, aut demõstrat ,aut suadet,aut oblectat·

Vnde grammatica,historia,dialectica,rhetorica,& poetica emerserunt.

Naturalis aut circa ea uersatur, quæ communiter insunt rebus,aut circa ea,quæ uidétur inesse,nec insunt·Inesse uidétur nec insunt inane & infinitú·Insunt át uel principia,uel quæ principiis adnexa,uel quæ de principiis exorta·Principia sunt aut causæ,aut concausæ·Causæ aut efficientes,aut finales·Concausæ uel formales,uel materiales·Causis tamen exemplariam Plato,concausis officialem adiunxit. Principiis ad nexa,Motus,locus,tempus,& cótinuum·De principiis orta, simplicia & composita·Simplicia,uel sempiterna ut cælum,uel corruptibilia,ut elementa·Composita,uel imperfecta,uel perfecta·Imperfecta quæ gignuntur in sublimi·Rursus perfecta, uel inanima ut metalla,uel animata,quæ aut uegetabilia,aut sensibilia,aut horum media·Vegetabilia ut plantæ,quæ aut herbæ,aut frutices,aut arbores·Sensibilia,ut animalia,quæ uel rationalia,ut homo,uel ratiõe carentia ut bruta·Media sũt quæ græci zoophyta uocant·

Naturalis aũt philosophiæ quasi alumna medicina est,quam Theophilus græcus auctor in theoricen practicenq; diuidit·theoricenq; rursus in naturæ causarum,signorũq; rationes,hoc est physiologicon, Aetiologicon,Simioticon·Item physiologicon in elementa,humores,cõplexus,particulas,potestates,officia·Sic ætiologicon in causas præuertentes,præuias,continentes,quæ procatarctica,proegumena.Synecticа uocat,simioticon rursus in præsentium discerniculum,futurorum præsagium, præteritorum memoriam · Practicen denuo salubrium dicit esse,& eorum quæ curam desideret,alterumq; hygiinon,alterum therapeuticon appellat. Quod quoniam in uictu,medicamentis,manuq; fit,nunc diæteticon,nunc Pharmaceuticon,nũc chirurgicon uocatur·Quod aũt uictu curat,id aut senectuté gubernat & gerocomicõ, aut defectos reficit,& analepticon,aut noxam præcauet & Prophylacticon appellatur·Medicos át ueterinarii sequuntur,quos hippiatrus græci uocant·hisdem quibus medici uestigiis ingredientes,quis alii quidã morbi sint in iumentis·Etenim coriginosi farcimino siq; fiunt eq·Malleo,pulmunculo,exungulatione,cæterisq; similibus laborát·quod genus hominem rarenter attingit.

Prima philosophia deũ mẽtesq; corpore seiunctas,ac multiplicia doctriarũ oĩum pricipia q̃ uocam⁹ axiomata,sed naturæ uestigiis ĩdagat·

Aĩæ uis triplex,q̃ uegetat,q̃ sentit,q̃ rõne utitur·pria in alẽdo,augẽdo,gignẽdo cõtinetur·altera ĩ sensibus qnq; sensu cõmuni phãtasia memoria·tertia ĩ intellectu·q actu dr appellaturq; mẽs & eo qui ptãte·Cu

ius

ius partes opinio & dianoea, quæ nescio an recte cogitationis uocabulo exprimatur. Expetitio uero in ratione uoluntas, in sensibus, aut iracundia est, aut libido. Nemesius aūt sic in libro de hoīe. Vis inquit aīæ triplex est. Animalis, uitalis, naturalis. Primi generis mens, phantasia, ratiocinatio, memoria, cogitatio. Tū opinio, sensusq; particulares, & q cunq; motus ab electione pficiscuntur. Secundū genus in respiratiōe continetur & pulsibus. Tertium uero in gignēdo, nutriendo, augēdo, continendo, transmutando, excernendo. Fit & illa diuisio de partibus corporis, ut in cerebro ratio, Ira in corde. Cupiditas collocetur in iecore, quod uirtutibus est, & uitiis commune seminarium.

Arithmetica numerū tractat, aut seorsum quēq; spectans, aut ad alium referens. qui seorsū spectatur par est & īpar. Par aut pariter par, aut pariter īpar, aut impariter par. Itēmq; aut supfluus, aut deminutus, aut perfectus. Impar aut primus & cōpositus, aut secundus & compositus, aut p se secundus & cōpositus ad aliū, primus & incōpositus ad aliū relatus aut æqualis, aut inæqualis. Hic aut maior, aut mior. Et maior aut simplex, aut cōpositus. Simplex, aut multiplex. aut superparticularis, aut supparticns. Cōpositus aut multiplex supparticularis aut multiplex supparticns. Minor maiori subiugalis æque diuidit. Illiusq; numeri, p logi dicuntur. huius hypologi. quasi duces & comites. De multiplicibus, duplæ, triplæ. De supparticularibus Sexqualteræ. sexquitertiæ. De sup partiētib' supbipartiētes, suptripartiētes & deīceps oriuntur. ac rara eadē ratio in cōpositis. Rursū qui p se cernitur cōtinēs numerus. linearis. planus. solidus, Pyramis etiā; curta, quadrātalia. asseres. laterculi. cunei. parallepipedi. gradati. altera parte longiores & orbiculares.

Musica naturalis est & artificialis. Naturalis humana & mundana. Humana tribus animi partibus intellectu, sensibus, habitu. tres efficit & rationes diapason. diapente diatessaron. Prima. n. (ut ptolemæus inquit) septē cōtinet illa. mentē. imaginationē. memoriā. cogitationem. opinionē. rationē. sciētiā quo numero cōsonantia cōstat. quæ uocat' ex omnibus. Secunda quatuor, uisum, auditum, olfactum. tactum (nā in eo gustatus est) æquas numero partes quinariæ partibus. Tertia rursum tres, auctum. fastigium. decrementum. cui quaternaria respondet. Item si partes animæ feceris rationis. iræ cupiditatisq; sedes. in prima septē sunt. acumē. ingeniū. solertia. cōsiliū. sapīa. prudētia. expīetia. in altera quatuor. æquanimitas. ī pauiditas. fortitudo. tolerātia. in tertia tres. tēpāia. cōtinētia, Verecūdia. qb' triplex eadē Symphonia cōflatur. Omniū autem inter se concordia, iustitia nominatur. Item trinis gene

ribus ſpectatiuæ partis,& actiuæ tria illa congruunt Enharmoniũ naturali moraliq;,Diatonicum diuino & ciuili, Chromaticum Mathematico,& Oeconomico·productionũ uero mutationes uitæ morũq; conuerſionibus reſpondent·

Mundana muſica cernitur ĩ eo,quod cæleſtium motus ſicuti pthõgus Diaſtemate conſtat,circulareſq; ambitus harmonicorum ſyſtemarum referunt A pocataſtaſis,quas auctore materno interpretari redintegrationes poſſumus,tum ſiderum ipſorum aſpectus,qui Trigono, Tetragono Dodecatemorio Dimenſione fiunt Diateſſaron,Diapente,Tonum Diapaſon faciunt.Motuſq; ad orientem, uel occidentem grauiſſimis ſonis·in cæli uero Meditullio comparatur acutiſſimis·altitudĩes Chromaticen gignunt,Enharmonion,Diatonion,Latitudines Tropos·Lunæ facies Tetrachordorum referunt iugationes·Quæ oĩa diligentiſſime proſequitur ptolemæus.

Artificialis,aut Harmonica,aut Rhythmica,aut Metrica eſt·Harmonicæ partes ſeptem,Soni,Spatia,Syſtemata,Genera,Toni,Mutationes Modulatio·Sonorum poteſtates infinitæ,ſed & quæ traditæ ſũt omittentur,quoniam uitamus inſolentiam peregrinarum uocũ·Sunt aũt ſoni aut Statarii,aut Vagi·Statarii aut grauiter crebri,aut mediocriter, aut acute,aut nõ crebri·Vagi aut quaſi ſubprincipales,aut quaſi extenti·Rurſus aut Symphoni,aut Diaphoni,aut Homophoni,Quorũ differentiæ quinq;·prima ĩ acumine& grauitate·Secũda in ſpatio· Tertia in Syſtemate·Quarta ĩ uocis regiõe Quinta ĩ indole illa uel ſenſu,qđ græce uocatur ἦθος Spatiorũ minimũ apotome,dein Diaſchiſma,tũ Schiſma,ſupra Dieſis modulãdi principiũ·Mox Hemitoniũ,Tonus· Ditonũ·Sũt aũt ſpatia maiora,minora,Symphona·Diaphona·Enharmonia,Colorata,Diatonica,effata,ineffabilia·rurſus incõpoſita,ut dieſis,quæ diu ex uſu receſſit·Cõpoſita ut Diateſſaron,& cõpoſita & incõpoſita,ut Hemithonium,Tonus·Item paria,imparia,rara,denſa·

Syſtemata,quæ ueteres ĩdolis initia uocitabãt,partim differentias habent eaſdem,quas & ſpatia,partim diuerſas·Nã ſunt continua,Tranſcẽdentia ,Simplicia,non ſimplicia ,Coniuncta,diſiuncta,cõunia,Tetrachorda,pentachorda,Octachorda·

Genera tria ſunt Harmonia,Chroma,diatonon.

Toni apud Ariſtoxenũ·xiii·Hypodorius& Hypophrygii duo·Hypolydii duo·dorius·phrygii duo·Lydii duo·Mixolydii duo·Hypermixolydius unus,his iuniores duos Hyperæoliũ adiciũt,& Hyperlydiũ.

Cõmutatiões quatuor fiũt modis,Gñe,Syſtẽate,Tono,Modulatiõe.

Modulatio

Modulatio triplex, assumptio, mixtio, usus. Cuius tres illæ partes petia, phoce, agoge. Quæ & ipsa triplex, recta, reuertens, circulans.

Modulationis Tropi tres genere, dithyrambicus, Tragicus, Nomicus. Specie plures, ut amatorii, quorum proprii sunt Epithalamii, Comici, Encomiastici. Differentiæ modulationis genere, Tono, Tropo, idole, quæ triplex, contracta, laxa, Media.

Rhythmus, qui latine dicitur numerus, Arsin habet, & Thesin, hoc ẽ leuationem, ac positionem, quibus uidelicet plauditur, oriturque de numeris cõnumeratis, dinumeratis, complicatis, ac sesquatis. Discernitur uisu, ut in saltatione, auditu, ut in cantu, tactu, ut inuenis. Et enim medicorum doctissimus Herophilus motus omnes illos, & pulsus humani corporis in musicos digessisse numeros narratur. Sunt uero numeri oẽs, aut iudiciales, aut progressores, aut occursores, aut recordabiles, aut sonãtes, uel si mauis corporales, ut illi ẽt signẽtur, q̃ sũt ĩ saltatiõe & ĩ certo motu uisibiles. partes ãt Rhythmicæ huius de qua nũc agitur quinq; sunt, tp̃a prima, pedũ genera, agoge, mutatiões, Rhytbmopœia.

Metrica ab elementis, & syllabis ad pedes pergit. Etenim pedes syllabis constant, hoc est articulatis quibusdam sonorum motibus. Syllabæ temporibus tendũtur. Pedũ uero disyllabi quatuor, trisyllabi octo, tetrasyllabi sedecim, qui complicati adusq; senas syllabas coniugationes faciunt metricas. Metra primi genia, quæ minime nunc à uersib⁹ distinguimus nouem feruntur, Dactilicum, Anapesticum, Iambicũ, Trochaicum, Coriambicum, Antipasticum. Ionica duo, & Pæonicũ. Inq; his acatalecta, Catalectica, Brachycatalecta, Hypercatalecta, Dimetra, Trimetra, Tetrametra, Pẽtametra, Hexametra. paribus alia pedũ tẽporibus, alia superãtibus, alia integris, alia deminutis, alia synecphonetica. Composita metra, aut similibus duplatis constant, aũt dissimilib⁹, quæ dicuntur Asynarteta, sunt & quæ uocant Apẽphænonta. poema, aut uersibus unius generis, aut diuersorum complexu constat, duorum scilicet, trium plurium, qui liber, aut obnoxius, isq; bifarius, aut trisarius, ut sunt Epodica oĩa. Sed ut in Rhythmis libera perpetuitate coniunctio porrigitur, sic in metris ab aliquo certo fine reuocat᷑, at in uersibus in duo mẽbra quadam lege sibimet cõgruentia tribuit᷑.

Geometria à puncto, quæ nota impartilis est, lineas peruidet rectas, circunferentes, flexuosas, iacentes, perpendiculares, alternas, disterminas, angulo'sq; iustos, angustos, latos, summitates, circulos, semicirculos, & qui limites fasciati uocantur. Trilateras, Quadrilateras, Multilaterásq; figuras. Inq; his Aequilateras, Aequicrurias gradatas, Rectangu-

las, Acutiangulas, Obtusiangulas, & quæ parte altera lõgiores sunt, & Rhombos, & Rhomboidis, & Mensulas In solidis Pyramidas, Prisma ta, Conos, Cylindros, Cubos, Sphæras, etiámq; illa quæ uocanr Octaedra, Dodecaedra, Icosaedra.

Astronomia, quæ dicitur & sphærica, cæli conuersionẽ suspicit, ortus, obitus, motusq; siderũ, axes, polos, cardines, hemisphæria, circulos, septentrionalem, solstitialẽ, æquinoctialẽ, brumalem, australem, signiferum, lacteũ, meridianum finitorẽ, coluros, signaq; uel duodecim, uel cum suis gestaminibus quinq; & triginta. Quæ quibus orientibus, aut occidentibus oriantur, occidant, quæ transuersa, quæ recta, quæ uel australia, uel septẽtrionalia, quæ stellæ matutiæ, quæ uespriæ, q̃ occiduales q̃ absconsæ, q̃ recurrẽtes, quæ stationariæ, quæ sit Epicycliorum, quæ latitudinum, quæ uealtitudinũ ratio, quæ cui syncentra, uel eccentrica, quæ facies, quæ magnirudines, qui Lunæ ad solẽ schematismi, ut intermenstrua, edita, noua, corniculans, diuidua, prætumida, plenaq; sit totiens repetita uice, quæ forma terræ, quæ mundi inclinatio, quæ umbrarum uarietas, quæ temporum, quæ dierũ ratio, quot climata, & zõe qui uocentur antoeci, qui perioeci, quiq; antipodes, unde etiã agricolæ gubernatores, medici, physici uentos, hymbres, æstus, pestilentiam, terre motusq; prænoscunt.

Calculatoria seu logistice figuris utitur numerorum nouẽ quas Pythagorici excogitarunt, quorũ inuentum estẽt diagráma, quod mensã pythagoream ẽt uocitabant, unde abaci origo est, in qua digiti & articuli compositi, atq; incõpositi cũ suis collocantur limitibus. Hæc sex generibus cõtinetur, elementorũ expositiõe, compositiõe, ablatiõe, multiplicatione, partitione, quadrati lateris inuẽtione. Ordo autẽ sic in numeris est, ut post singulares, deceni, centeni, milleni, myriades, decenæ myriades, centenæ myriades, millenæ myriades, myriadũ myriades ue niant. Signantur aũt manu sinistra ad centenos usq;, dextra cẽteni, mil lenĩq; usq; ad myriadas, nec ultra.

Geodesia uero, quæ ẽt à pappo geomoria uocatur, & ipsa in sensilibus uertitur. Cõtinetũrq; generibus recto, plano, solido, pedatura ipsa, porrecto, constrato, quadrato pede, Figuræq; oẽs angulares, circularesq; quantum colligant in area spatii, quæ circuli circunductio sit, q̃ sphæræ deprehẽditur, quãta ẽt Strabi mõtis supficies. Notatur quæ planasimitas, quæ liquis, quæ sit enormis. Climata ẽt cernuntur, scopuli, flexanguli, rigores, lineæq; oẽs, rectæ, alternæ, basis, uertices, crura, diagonii, perpendiculares. Hypotinusæ, diametri, & perimetri. Tũ mensuræ illæ miliaria

miliaria, stadia, actusq; uel minimi, uel quadrati, uel duplicati, decempedæ, seu perticæ, radii, passus, gradus, cubiti, pedes, semipedes, palmi, unciæ, digiti, semunciæ, seu stateres, quadrantes, dracmæ, scripuli, oboli, semioboli, siliquæ, seu ceratia, puncta, minuta, Momenta suis quæque notis gaudentia, uocabula etiam terminis uaria imponebantur. Vt excultellatis lateribus, Arcifinium, Spatula cursoria, Gammatus, Centuriatus, & alia. Sic & limites intercisiui, Decuani, Subruncini, Scutellati, Vstrinales, permultiq; similes, & agri ipsi Dextrati, Normales, Fenestrati, Citrati, Subsiciui, Tessellati, præterea'q; diuersi nominantur.

Canonice autem rationes harmoniarum considerat apparentes regularum segmentis excogitatis, atq; aures (ut ait Plato) præferens intellectui. Rationes enim Symphoniarum nunc Monochordo canone deprehēdit, nunc Tetrachordorum generibus diuisis, quæ neruorum nominibus undeuiginti censentur, qualia multa Ptolomæus exponit in his libris, quorum titulus est. περὶ τῆς τῶν ἁρμονικῶν κριτηρίων. Hæc uero in organis est percussionalibus, tensibilibus, inflatilibus.

Astrologiæ partes Gnomonice, quæ solariorum discriminatis umbris oras uerum denotat a' Vitruuio diligenter exposita, tum quæ uocatur Meteoroscopice sublimitatum differentias, & interualla syderū deprehēdēs. Præterea Dioptice, q̄ solis, & lunæ, & alioꝝ syderū interca pedines colligit, & ordines. Huc astrolabii pertinet inuentio, quā Ptolemæo Synæsius tribuit. Cuius partes uagina ipsa tympana continens inquis æqui noctialis, tropiciq; describuntur circi, quiq; alternis orizō ti sunt Anaphorici, tum supra tympana, quæ uocatur Aranea de signatur in qua zodiacus, & clara quædam sydera cernuntur, ut per noctem quota sit ora, quotumq; temporis momentum reperiamus.

Pleriq; tamen astrologiā uocant ipsam, quæ proprie genethliologia uocatur, cuiusq; professores a' ueteribus Caldæi, Mathematici, Genethliaciq; uocantur, quæ licet utroq; iure, ciuili, pontificioq; damnet, impugnetur ab Augustino, rideatur a' Basilio, tamen quia multos habet etiam nunc amatores, iure in cæteraꝝ consortiū recipietur. Diuidunt igitur zodiacum circulum in signa duodecim, singulaq; mox in partes tricenas, quas in minuta rursus sexagena. Signorumq; alia masculina faciunt, alia fœminina, quædam bicorpora, quædam tropica, nonnulla itē solida. Notant & quatuor illa centra, quæ nos cardines, Horoscopum, Mesuranema, Occasum, Hypogeū quæq; singulis præcedunt, Apoclimata succedunt Epanaphoræ. Sic domicilia duodeci faciunt, quoꝝ torpida tria, reliqua nomen habentia boni, malique

genii,dei,deæq; mortis,& utriusq; fortunæ,Post hæc arietem capiti,Taurum ceruici,Geminos humeris,cordi cancrum,pectori leonem,uirginem uentri,libram renibus,& uertebris,Scorpionem genitalibus,Sagittarium femoribus,Capricornũ geniculis,Aquarium tibiis,Pisces pedibus·sed & aliosaliis regionibus,populísq; præficiunt·Inter errantes aũt soli,lunæq; dant primatum,Saturnum soli congruere,Iouem,Mercuriumq; dicunt, quos & diurnos appellant·Domos aũt singulas soli,lunæq;,binas cæteris assignãt,aliáq; præterea denotant,quib⁹ singuli tristentur,& gaudeant·fines decanósq; peruident,tum qui cui sint utrinq; satellites,Trigonicus ne,an Tetragonicus,an hexagonicus,an directus,inter quosq; sit aspectus,stellarũmq; cæterarũ diarhema genituræq; dominũ,præsertim qui dicitur Oecodespores,& reliquorũ cõfigurationes,quæ ἀστεισμοὶ uocantur,unde ẽt de uita,& morte,de moribus,fortunáq; nõ singulorum modo,sed ciuitatũ gentiũmq; pronunciant,ausi etiam Chronocratora,quem dicunt,ausi mundi genituram prodere Apotelesinatum uestigiis.

Optice generis est nomen & partis·Pars ipsa causã uisibilium deprehendit,quæ per interuallũ falsa creduntur, ut cum lineæ alternæ concurrere inter se uidentur, & intercipi quadratorũ anguli·Pars altera Caroptrice,quæ circa omnifarias ἀνακλάσεις,hoc est reflexiões uersatur·tertia Scenographice ĩdicans,quo pacto nec abnumera,nec deformia fingamus in imaginibus,quæ cernuntur, interuallorum ·s· & altitudinũ causa·Sed quæ generis locum tenet,ea lineis uritur uisus & angulis·Ita radiorum proiectiones inquirit per unum,pluraq; perspicua superfiguras corporum diuersas,item umbras,& lucis figurationes,& que directæ uisioni,quæ reflexe faciant imposturã speculis adhibitis,speculorũmq; oĩum affectiones Planorum,Globosorũ,Columnariũ,Turbinalium,Cauorũ,Conuexorũ,quæ uisibus,quæ rebus accidant,etiam cum per medium perspicui alterius cernimus, ut sub aqua,post uitrũ Postremo quomodo uis ipsa oculis insita medii cuiusdam diuersitatibus adficiatur,ut in Iride contingit,& omnino triplicem uidendi rationem pertractar,directam,reflexam,refractam.

Mechanica sequit̃,cuius(ut Heron Pappusq; declarãt altera)pars rõnalis est,quæ numerorũ,mensurarũ,syderũ,naturæq; rõnibus pficitur·altera chirurgice,cui uel maxime artes illæ æraria,ædificatoria,materiaria,picturáq; adminiculantur·Huius aũt partes mãganaria,p quam põdera ĩmania minima ui tollũtur in altum·mechano pœtice,quæ facile aquas antliis extrahit·organo pœtice, q̃ bellis accõmoda instrumẽta

fabri

fabricatur·arietes·teſtudĩes·turres·ãbulatorias·helepolis ſambucas exoſtras·tollenões, & q̃cunq; græco uocabulo poliorcetica uocãtur tormẽtorũq; uaria genera·quæ libris athenæi·bitonis·heronis·pappi·philonis·apollodoriq; cõtinentur ut latinos omiſerim·Mox & quæ thaumaturgice. Cuius exẽpla ſunt hydraulica organa, quæq; p̃ ſe uentorũ flatu reſonãt,& qđ uas dicæometron uocabant,& quod uoces auiũ uarias exprimit·Et qđ indidẽ merum mox dilutum uinum, mox aquã calidam·mox frigidam copioſam tenuẽmq; uiciſſim fũditat.Et Siphones extinguendis incendiis, et medicinales cucurbitulæ ſine ignis miniſterio cutem prehendentes. et pilæ ſponte ſaltantes. et lucerna ſuas ipſa p̃ducens ſtuppas. et animal quod à ſtructore dum ſecatur in menſa bibit interim, crepituq; ſuo quodam & uoce ſitientis rep̃ſentat imaginem. Milleq; alia id genus·quæ breuitas ſtudio præterimus. Hæc igitur ut in capita quædam cõferatur, aut põderibus utitur & ſpiritu quorum p̃põderatio mouet, equilibrium ſiſtit ſicuti ẽt timæus definit, aut neruis & funiculis aĩatos quaſi tractus, ac motus imitatur. aut circa illa quæ ſubnatent aquis aut item circa aquarũ uertitur horologia·quorũ quidem generum primũ docet ĩ pneumaticis heron·alterum idẽ in automatis & zigis quartum rurſus in hydriis. Tertium uero in Ochumenis archimedes. Eſt in eadem mechanicæ ſerie, quæ cẽtrobarica pars dicitur. ex qua reliquæ pendere dicuntur,& ſcheropœia qualis illa archimedea Claudiani laudata uerſibus. Suppeditat eadẽ architecturæ quoq; ſcanſorias·tractiles·& ſpiritales machinas.

Moralis, pars ciuilitatis eſt, in qua de bonis agitur diuerſis. Quorum numero etiam uirtus eſt ſeu rationalis anime ſit, ſeu rationi obtemperantis. Tractantur igitur affectus & poteſtates. & habitus animi·& in his exceſſus·defectus·mediocritates·arbitrium·electio·appetitus·eiuſq; partes·cupiditas·furor·uoluntas·Hinc & uirtutes fortitudo·aequanimitas·cõtinentia·tempantia·liberalitas·magnitudo animi·magnificentia·honeſtas·grauitas. urbanitas·ueritas. iuſtitia·ſcientia·ẽt·prudentia. intellegentia æſtimatio· ſolertia·ſagacitas·comitas·beroica uirtus·uoluptas proſperitas·amicitia·beneuolentia·concordia·amorq; ſui·Pársq; illa tractatur, per quam quiſq; ſibi ſatis eſt, aliáque deinceps ad fœlicitatem pertinentia.

Diſpenſatiua tríplex·domini·mariti·patris·ca quærit·ſeruat·adornat uritur. Regiáq; eſt·ſatrapica·ciuilis·idiotica.

Ciuilis triplex·regnũ·optiares. res publica. Cuius exceſſus totidẽ, tyrãnis·oligarchia·democratia·diuiditur à Platõe trifariã, quẽadmodũ &

aĩa, Nã rõni congruere philoſophos, iræ milites, cupiditati uolutartifices. È philoſophis, principes, magiſtratus, ſacerdotes, ſenatores, iudices leguntur, qui leges, uel ferãt, uel exerceãt. Itaq; locus hic ẽ, in quo ius ciuile nõ quidẽ in titulos, quod lõgũ foret nimis, ſed in ſũma genera partiamur. Ius igitur ciuile Romanoꝝ tametſi uoluminibus quoq; aliis continetur, tamẽ pandectis ipſis in ſuas partes diſtributis, utpote omnia genera cõplectentibus plena digeſtio reſultabit. Septem igitur in his articuli ſunt, quorum primus ea continet, quæ græce τὰ πρῶτα uocantur, ſecundus iudicia. tertius res. quartus hypothecas. quintus teſtamenta, quæq; teſtamentis accedunt. In ſexto tituli continentur bonoꝝ poſſeſſionis uarii, neq; non operis noui nunciationes, damniq; infecti, & pro ædificiis dirutis, & eoꝝ inſidiis, & de aqua pluuia arcẽda. de publicanis. donationibus, manumiſſionibus, liberaliq; cauſa. Tũ de dominii, & poſſeſſionis adquiſitione, déq; iis, qui iudicati, uel in iure cõfeſſi ſunt. De bonoꝝ detentionibus, & ne quid in fraudẽ creditoris fiat Interdicta, exceptiones, tempoꝝ prolixitates, & actiones. Vltimus ſtipulationes, fideiuſſiões, accepnlationes, & titulos illos ad municipales, de decutióibus, & munerib⁹, de publicis operibus, nũdinis, pollicitatióibus, cognitióibus, cẽſibus, uerboꝝ ſignificatiõe, iuriſq; regulis.

Pontificium ius quaſi ſuccentiuum ciuilis eſt, & ad ei⁹ exemplum, quatenus ratio patitur diuidendum.

Res militaris, uiris, & armis conſtat. Viri, dux, & milites, & qui militum cauſa. In duce ſcientia, peritia, auctoritas, fortuna requiritur. In milite robur, & diſciplina. Hi uel equites, uel pedites diuerſis in acie nominibus diſtincti, militum cauſa fabri, tubicines, liticines, lixæ, calones. Arma quibus oppugnamur, aut defendimur, eaq; de quibus ĩ mechanica diximus, inter quæ ẽt naualia continentur, in quo genere Liburnæ claſſes, & luſoriæ ſunt. Huc autem Tironum delectus, & exercitatio, poſitio caſtroꝝ, & munitio, inſtructio aciei, quæ Tactica græci uocãt, qualis eſt Orthia, Epagoge, & Coelembos, et phalanges uariæ, ac Diphalangiæ, Amphiſtomi, Antiſtomi, Periſtomi, Omoeoſtomi, Eteroſtomi, inflexæ, incuruæ, ouatæ, lunatæ, laterculi roſtra, & alia id gen⁹ Oppugnatio, propugnatio. Poſtremo Strategemata ipſa, qualia Frontinus exequitur.

Reſtant artifices uarii, qui ſic inter ſe permixti ſunt, ut ſinguli ſingulis generibus ſubici nequeant. Itaq; prius de his artibus breuiter dicemus, quæ ſunt à ſcriptoribus celebratæ, quales agricultura, paſtio, uenatio, Architectura, grafice, coquinaria, teatricæ nonnullæ, cæ-

teras

teras uelut aceruatim postea numeraturi.

Agriculturæ principia,aqua,terra,aïa,sol.Finis,utilitas,& uoluptas. Partes,fundi cognitio,quæ in eo sũt opus,quæ facienda,quo tpe,i primo,forma,genus,quantitas,tutela.forma naturalis,aut artificiosa, naturalis campestris,collina,mõtana.artificiosa ad spẽm fructũq; genus terræ,macrũ, pingue,mediocre.quantitas à iugo ad centuriã,& saltũ. Tutela,naturalis,agrestis.Militaris,fabrilis. Secunda pars hoies & instrumẽta reliqua hẽt.Hoïes serui,aut liberi.reliquũ instrumẽtum semi uocale,& mutũ.Tertia pars quæ pparãda,& ubi quæq; faciẽda. Quarta circuitus solis annuos,& cursus lunæ menstruos habet.

pastio,aut ruralis,aut uillatica.prior in mïore,& maiore pecore uertitur,& qd pp ea paratur.Minora pecora,ouis,capra,sus.Maiora,boues asini.equi.Tertiũ genus,muli,canes,pastores.posterior,auiaria,leporaria,& piscinas hẽt.In auiariis,aut quæ terra sũt cõtentæ,ut pauones,turdi,colũbæ,turtures,gallinæ.Aut q̃ uocantur amphibia,ut anseres,anates.In leporariis duplex genus.In altero,apri,capreæ lepores.In altero, apes,cochleæ glires.piscina dulcis aquæ pisces habet,aut marinæ.

Venatiõis laudes,& p̃cepta Xenophõ græce scribit & Oppian⁹.A pd hos qualis esse uenator,qbus uti retibus,laqis,telis,armis,instrumẽtis,canibus,quoq; pacto,quo tpe.cõtráque quas feras debeat,ostenditur.

Architectura rõnem cõtinet & fabricã.Cõstat ãt ordinatiõe & dispositione.Cuius ptes,chorographia.orthographia.scenographia.eurythmia.symmetria.decor.distributio.Hæc publicorũ,aut priuatorũ ædificiorum.defẽsiõis.religiõis.opportunitatis eã.In quis oĩbus habenda rõ firmitatis.utilitatis.uenustatis.

Graphice pictoribus.statuariis.celatoribus. sculptoribus. fictoribus. encaustisq; cõis est,sic artibus cõferens auctore Nicomacho,queádmodum philosophiæ cõferunt mathematicæ.Hæc symmetriã dimensiõe colligit & finitõe.Dimẽsio pficitur hexepeda & normis.hexepeda pedibus.pedes unciolis.unciolæ minutis.Norma aut stans.aut basis.Finitio colligitur organo,cui⁹ ptes orizon.radius.ppẽdiculũ sunt.Ex his ãt singulorũ mẽbrorum relationes ad totã corporis pceritatẽ,atq; alteri⁹ ad alterũ inter se pportiones cernuntur quales sint,quo cõueniãt,quo differant.His adicit pictura colores & umbras qbus oculos.capillũ.uultus.lumina.tractusq; regionũ repsentet,in affectibus exprimendis animiq; sensibus laudatior.

Coquinarie capita greca referã,qualia ponit Apitius. Ea sũt epimeles.artoptus.cepurica.pandecter.osprion. trophetes.polyteles.tetrapus.

thalaſſa,halieus,hanc Plato adulatricem medicinæ appellat.

Theatrica,ſcænicos·gladiatores·gymnicos,agitatores habet.

Scænici ut hypocritæ,comœdi·mimi·tragœdi·thymelici . ſaltatores
chironomi. Specieſq; ſaltationis primæ·cordax·ſicinnis Emmelia· In
quo genere ēt pyrrhicarii·In thymelicis ăt citharœdi·cithariſtæ· tibici-
nes· Adice ſi placet & choragos·Et ſiqui ſunt præterea theatrici oparii·

Gladiatores,ut retiarii,ſecuroreſq;,qui mirmillones.threces.ſamni-
tes·hoplomachi·numerarii·aridarii·ꝓbactones·dimachæri,orbelæ·Tū
equeſtres eſſedarii,&ut qdā adiciunt,uelites,laquearii·His ēt adiungē la
niſtas ipſos,à qbus erudirentur.Et itē ludiarios uenatores, & beſtiarios.

Gymnici ſtradiodromi·dolichodromi·diaulodromi·pugiles·pale-
ſtitæ·acrochiriſtæ·ſciamachi·xuſtici·pancratiaſtæ qui ſaltu.qui diſco.q
pentathlo.quiq; iaculo nobiles tranſſinem ſcammatis expedito.

Agitatores,ut ruſſati·albati·praſini·ueneti,quibus aurati purpurei.lu
teiq; adiecti·Tū deſultores,& qui troiā luderent·Et inter aurigas biga-
rii·trigarii·quadrigarii·ſeiugarii·

Reſtant artes aliæ cōfertim dicendæ,ſolāq; cōtentæ nomēculatura,
quaꝶ pars uictui ſeruiunt.In his aucupes ſunt.hamiotæ.piſcatoréſque
alii·urinatores.aquarii·cetarii·macellarii·cuppedinarii·ſalſamentararii
lanii·fartores·cōdimentarii·obſonatores·uinarii·piſtores· piſtrinarii·ſi-
liginarii·ſitonæ·dardanarii·lupinarii·caupones·tabernarii·hoſpites·ſta
bularii,popinarii·popinariūq; inſtitores·biberarii·botularii·cruſtularii·
Sed & ſtructores, & lactarii,& pomarii,herbarii,& ſeplaſiarii,& medica
mentarii omnes, omniſq; deniq; forenſis turba. Quod genus & olito-
res ficitoreſq; ſunt.

Poſt hos & ipſi corporis agentes curā,tonſores, balneatores . pilicrepi·
alipili·mediaſtini·māgones·aliptæ,ſeu pedotribæ ciniflones·arcularii·p
polæ·pigmētarii·corōarii·coſmetæ·fūerarii·libitīarii·deſignatores·pficæ

In tertio quaſi genere numerētur ἀποχειροβίοτοι illi quales fabri ſunt
oēs·tignarii·cementarii·materiarii·ærarii·ferrarii·Tū plauſtrarii·carpen
tariiq;,& uehicularii·ſed & pegmarii.& automatarii, tū aurifices·inaura
tores·bratteārii·monetales·argētarii·uaſcularii·muſiuarii. gēmarii·dole
arii·figuli·tectores·imbricarii·carbonarii·calcarii·laterarii·Fornacariiq;
cæteri lapidarii. lapicidæ·ſerrarii·tornatores·loricarii.Telorūq; artifices
& clauſtrorum·Poſtremo etiam fribolarii omnes·uitrearii. ſulfuratarii·

His adice lanarios·ſericarios·linteones·bracarios·fullones·textores,i
fectores·lanificas·lanipendias.carminatores·pānicularios·ſagarios·pal-
liones·interpolatores·ſarcinatores·patagiarios flameanos·uiolarios·ma

nulea

nularios, molochinarios, semisonarios, limbularios, plumarios, polymitarios, phrygiones, & qui netū aurū intexūt, & netrices, & itē funicularios, reticularios, caligarios, cerdones, sutoresq; oēs, calceolarios, crepidarios, solearios, ueteramentarios, & item zonarios.

Deniq; his notarios, pragmaticos, scrinearios, exceptores. Ab actis, à memoria, à libellis, subadiuuas, calculatores, commentarienses. Ab epistolis scribas, librarios, bibliopolas, chartarios, capsarios, nomēclatores.

Praeterea nautas, gubernatores, remiges, epibatas, pausarios, proretas, neulcos, helciarios, uectores, nauicularios, ratiarios.

Ad haec stratores, tabellarios, cursores, cisiarios, muliones, agasones, proxenetas, uictimarios, mansuefactarios, institores omnes. Item peones, coactores, uenaliciarios, foricarios.

Nam quid ego nummularios commemorem, arcarios, mercatores, negociatoresq; alios.

Quid & illos nugatorios artifices, petauristas, circulatores, funiambulos, neurobatas, richobatas, sacculari os, pilarios.

Sed iā uideo de fece haurimus. Itaq; mox paulo meliora.

Sequitur grāmatice, quae uel methodice, uel historice, uel mixta est. Methodice ī loquēdo & scribēdo ē. Historice ī legēdo & enarrādo coīs in iudicio, grāmatices īfantia, grāmatistice à graecis, à Varrone literatio uocatur. Hic literae, syllabaeq; cū suis, uel fastigiis, uel lōgitudinibus. Hic orōnis p̄tes, & proportio, & inaequalitas. Et uitia duo rusticitas, & stribiligo, & orthographia, & itē pedes metaplasmi, tropi, schemata, glossemata, nota, suspensio, distinctio, clausula, uocis elatio depssio, flexus, concitatio, mora. Posituraeq; tractātur, & qui legēdi, q̄ reiciendi, quid in quoq; probādum, qui cuiq; p̄ponendi, quae sit in his oeconomia, qđ ue decorum. Praeterea rhetorum progymnasmata quidā grāmaticis attribuerunt.

Historia, uel fabularis, uel ad fidē. Fabularis, aut uoluptatis, ut in argumētis comicorum, aut adhortatiōis gratia, haec aut argumētū hēt ex ficto uti aesopeis fabulis, aut ex ueri soliditate, q̄ aut p turpia cōtexitur, ut in q̄busdā poeticis figmētis, aut pio tegitur uelamīe, qđ solū genus philosophi ueteres admiserūt. Ad fidē historia de locis ē, ut geographia, uel de tpībus ut chronice, uel de natura ut aīaliū, plātarum, uel de gestis rebus ut annales, historiaeq; ceterae. Quarum elemēta sunt psonae, causae, locus, tps, modus, instrumētum, materia, res. Stilus in historia fusus & cōtinuus non periodicus, nisi eum prosopopoeias ascīscit ī contionibus.

Dialecticā prius latinitate donauit M. Varro, q̄ sex normis utitur. Et in de loquēdo, de eloquēdo, de ploquēdo, de proloquiorū summa, de

iudicando,de his q̃ dicenda ſunt quærit.In loquẽdo ſũt illa,genus ſpẽs
differentia,ꝓpriũ,accidẽs,definitio,totũ,pars,diuiſio,partitio,tũ noĩa
illa quæ ſunt æquiuoca,uniuoca,pluriuoca,uerba,quæ ſua,quæ'ue ali
ena rebus.Ad hæc ſubſtantia,qualitas,quãtitas,ad aliquid,facere,pati,ſi
tus,quando,ubi,habere.Tum oppoſita quotiens dicuntur,quotiẽs illa
ſimul,prius,motus.In eloquẽdo aũt illa,quid nomen,quid uerbũ,q̃d
ex his iunctum.Quæ ſubiectiua ſñiæ pars,quæ declaratiua,qui mod⁹
utriuſq;,quatenus nomẽ accipiatur,aut uerbũ,quatenus ꝑfecta ſenten
tia ꝓloquium ſit.In ꝓloquendo ãt,quæ differentiæ ꝓloquioꝝ,quan-
titate.qualitate.quid uniuerſale.quid particulare,quid indefinitum,q̃
ſint aientia,quæ negantia.quæ ui habeant ſingula,quẽadmodũ inter
ſe affectæ ſint,uniuerſales,particulares,dedicatiuæ,abdicatiuæ,de'que
iis congruæ,ĩcõgruæ,ſuppares,alterutræ.In ſũma ꝓloquiorum,quid
ſumptũ,quid illatio,quid ratiocinatio,quid cõcluſio,quæ ꝑdicatiua rõ
cinatio,quæ cõditionalis,& quid ĩterſit.quot & quæ formulæ ꝑdicati-
ui cõditionaliſq; generis.quot ĩ quaq; formula modi ſint,Vtrũ idem
ordo ſit,& eiuſdẽ ordinis quærõ.Poſt in conditionalibus,quot primi
neceſſarii'q; ſint modi,quis ordo,quo differãt.In iudicando reſellẽdi re
gulæ ſunt,quibus cauilla & captentulæ diſcernuntur.Reliqua pars in
locis eſt,qua uel maxĩe oratores utuntur.Et in diuiſionibus item,& in
finitionibus ars ingens.

Rhetoricæ materia duplex.Vbi,& unde fiat oratio.Prior in quæſtio
nem diuiditur.& cauſã.In ea partes officii cõſiderantur & orõnis.Offi-
cii ſunt illæ inuẽtio,diſpoſitio,elocutio,memoria,& ꝓnũciatio.Inue-
niuntur quæſtiones genera.Naturæ cauſarũ,& ductus,tũ illa ꝗbus fiat
fides.Quæſtiões,quæ principales,quæ'ue incidentes.In principalibus
an ſit,quid ſit,quale ſit,unde ſtatus fiũt illi rõnales,cõiectura,finis,qua
litas.Mox & legales.E quibus alii'q; propagantur,& iudicatio emergit.
Cauſarum genera demõſtratiuum,deliberatiuum,iudiciale.Rurſus ho
neſtum,admirabile,humile,anceps,obſcurum,natura,ſimplex,multi
plex,ductus ex cõſilio naſcens,ſimplex,ſubtilis,figuratus,obliquus,mi
xtus.Fides cõciliãdo fit,docẽdo,ꝑmouẽdo.Cõciliamus in prĩcipiis.do
cemus ĩ narratiõe.Permouemus ĩ epilogis.Cõciliam⁹ ex ꝑſona,& re.ꝑ
ſõa,uel auditoris,uel rei,uel oratoris,uł aduerſarii.re uero hõeſta & utili
Docemus argumentis artificialibus,aut inartificialibus,Priora uel in-
ſunt negocio,uel negocium attingunt.inſunt à toto,parte,nota.Attin
gunt à coniugatis genere,forma,ſimili,differenti,cõtrario,coniunctis,
antecedentibus,conſequentibus,repugnantibus,cauſis,effectis,compa
ratiõe

ratione maiorum,mino℞,parium.In artificialibus uero scriptura,au ctoritate,necessitate.Cōmouemus miseratione,odio,iuidia,metu,spe, ira,& similibus.Dispositio naturalis est ordinem tenens, & artificialis pro ratione causæ permutans.Elocutio fundamentum habet,& fastigium.Fundamētum latine,& plane dicere.Fastigiū copiose,& ornate. cuius ratio duplex in singulis,& copularis uerbis.Singula propria,;& tralata.Propria antiqua,& noua.Tralata inopiæ,decorisq; gratia .Copulata,constructione,conclusione, figuris ita coagmentata,perfecta, uenusta,quæ rursus uel continuata,& fusa,qualis in historia,uel periho dica,quæ rursus uel membris,cesisq; constat,& ambitu,uel monocolos est.Memoria uero naturalis,& artificialis est.Hæc partitione constat,& locis & imaginibus.Pronūciatio autem uoce,uultu,gestu,cultu,& habitu oris continetur.

Orationis partes,exordiū,narratio,propositio,argumentatio,pero ratio.Exordium attentū.docilem"beniuolū præstat auditorem.Narratio aut historia.aut fabula.aut argumentum.aut iudicialis assertio.cuius elementa personæ.causa.locus.tempus.materia.res.Esse aūt dilucida.uerisimilis breuisq; debet. Et est aut ipsius causæ.aut incidens.aut continua.aut partilis,& narramus augentes.artenuantes.prætereuntes. docentes.monentes,gratiam. uel inuidiam comparātes.& item digredientes.Propositio.aut nostra est.aut aduersarii.aut cōmunis,aut principaliū.aut incidentiū.aut simplex.aut cōiuncta.Rursus, aut simplex. aut per inductioné.Postremo uel nuda,uel rationi subiecta,uel sūmatim,uel partibus.Argumentatio,aut confirmat,aut reprehendit. Per oratio enumeratione constat,indignatione, miseratione.

De poetica breuius dicendū,quod & sæpius hoc ipso loco de ea peroraimus,& in nutriciis eidé satisfecimus, & multa cū superioribus disciplinis habet cōmunia .Prima spēs illius est,quæ metro beroico,fabula allegorica,historia uetusta,& suo quodā dicēdi genere utitur.Altera eo℞,q uersificatores appellātur.tū lyrici.tragici,cōici,satyrici, suis& ipsi ptibus distincti,mox elegiaci,& utriusq; satyræ scriptores,& iābici, bucolici,asmatographi,epithalamiographi,monodi,apigrāmatūmq; auctores,tū illa obscuriora poematū genera ithyphallicū,manerus,borimus,lytierses.Et ité qualis centaurus ille chæremonis, quæ cōmuni uocabulo poemata dicuntur.Triplex autem genus,dramaticon,exegeticon,mixtum.Caracteribus autem cōstant longo,breui,medio,florido. Quippe finitimus oratori poeta est (ut Cicero inquit).Sicut numeris astrictior.ita uerbis licentior.

Reliqua diuinatio est, quæ prophetia quoq; dicitur à nostris. Hæc(ut ait sacer chrysostomus) aut spiritalis, aut naturalis, aut artificiosa, aut popularis, aut damnata est, & profana. Spiritalis, Ecstasi uoce, parabola, afflatu uisione. Visioq; ipsa triplex, oculis, imaginatiõe, mente. Naturalis brutorum. furentium. dormientium. Bruta. n. sicut hirundines formicæ. grues. alcedones. erinacii, aduentantem p̃sentiunt hyemem. Furor ẽ autem (sicuti Plato ait) quadruplex. uatum. poetarum. bacchorum. amantium. Visa dormientium, aut insomnium sunt, aut somnium. Insõnio phantasma occurrit, quod uisum Cicero appellat, & Epialtes qui latinæ incubus dicitur, somnio, uisio, & oraculum, quæ græce ὅραμα & χρηματισμὸς dicuntur. Insomnium diuinatione caret. Ex cura animi corporis, & fortunæ. Somnia, uel theorematica, uel allegorica sunt. Hæc ãt uel propria, uel aliena, uel cõmunia, uel publica, uel mundana, quorũ coniectura fit, natura, lege, consuetudine, arte, nominibus, definitione. Qui uero sõnia interpretanrur coniectores dicunrur à nostris. Extãtq; libri adhuc daldiani artemidori. Onirocriticon, artificiosa est qua medici, qua consiliarii, qua gubernatores utuntur. Nam & medici morborum principia, momenta, finésq; præsciscunt, & consiliarii, quid expediat in posterum coniectant, & gubernarores uentorum rempestatũq; præuident uarietates. Popularis dicitur quæ uulgo nota, sicut hyemem dein uer, cæterásq; deinceps temporum penhodos futuras. Exrrema illa est, quæ malo adscribirur dæmoni, quo genere pythiæ dodonidésq; sunt, & item diuinaculi cæteri, ut omoplaroscopi, ut etiam qui exta pecudum, qui uolatus. qui cantus auium. qui monstra. qui tonitrus. q̃ fulgura. qui sidera. qui sortes. qui symbola. omina. auspicia. qui sternumẽta. qui mustelarum, qui murium. uel stridores. uel occursus. quíq; aures tintinantes. oculos salientes. Foliorum crepitacula. pomorum semina in sublime iactata. bacilla. cortices. nomina. imagĩes. phialas. specula, & mille id genus alia obseruabanr. Tum illa quoq; pars damnata in primis, quæ uel malos genios consulit, uel deos euocat manis, cuiq; magicæ nomen fecimus. ut quam pythones. ut quam profitebãrur engastrimythoe. ut item necyomantia. sternomantia. alectromantía. pyromantia. alphitomantia. aleuromantia. crithomãtia. æromantia. Hydromantia. geomantia. astragalomantia. tyromantia. gyromantia. Sed & chiromantia & item coscinomantia, multaq; id genus alia uana, p̃rsus, & deridicula quaéq; iã merito silẽtii nos admonẽt.

DIXI

QVOD IRA IN PVERIS OPTIMAE SAEPE INDOLIS EST ARGVMENTVM.

ANGELVS POLITIANVS LAVRENTIO MEDICI SALVTEM.

c

Vm poeta Accius Tarenti forte apud pacuuiũ grandi iã æta
te,& morbo corporis diutino affectũ,multo ipe iunior diuer
tisset,eiq; tragœdiã suã,cui atreus nomen est desideranti lecti-
tasset,dixisse Pacuuiũ ferunt canorum quidé illud scriptorũ,ac poetici
spiritus magnificentiã laudare se,duriora tñ illa,pauloq; acerbiora sibi
uideri. Atq; Accium id quidé ita se hre respódisse,neq; se tñ pœnitere,
quippe qui meliora se deinceps scripturũ spectaret. Ingenia.n.huma-
na ꝑpe uti poma esse,quæ si duriuscula,ac gustatu acerba gignãtur,té-
pestiue tamen maturescunt,fiuntq; mitia,& iucunda. Sin uero statim
mollia,atq; uuida præcoqbusq; similia enascãtur,prius multo q̃ matu
rescãt,ueta fiãt,& putria.Itaq; ígenio tãq̃ pomis relinquédũ esse,qđ ip
sa die,atq; ætate mitificetur.quorsum nã istuc inqs?qm pleraq; ꝓfecto
Laurenti Medices,humano í ingenio similia existunt,quæ cũ spém ui
tiosæ,deprauatæq; naturæ præ se ferãt,futuræ tamen uirtutis ídicia,o-
ptimæq; ídolis specimen à sapientibus iudicétur. quale forsan & hoc
ipsum sit,qđ tuo nuꝑ í filiolo,nostroq; discipulo irã,quæ qdé ex ícre-
patióe,acceptaq; ignominia,ꝓueniret,minime íprobandã esse præ me
tulerã.Cuius qm iudicii nostri rónem reqsisti,nó alienum certe fuerit,
paucis ea de re in ꝓ̃sentia disputare. Neq; uero irã hoc tpe laudare ꝓposi
tum sit nobis,q̃uis & illã ꝑipatetici nó inutiliter à natura nobis adhibi
tã putent,ut pote q̃ tũ qbusdã(ut aiunt)calcaribus fortitudiné incitet,
tum uero à nónullis id,qđ ét Aristoteles íquit,í ipsius fortitudinis par
tem referatur,sed cum ex oí uitiorum genere,id certe minimum sit ha
bendum,qđ à rónis orbita q̃ minie aberret. Ira ãt si quidem Aristoteli
credere oportet,uel ipsã quodãmó audiat rationem,eiusq;,quantum í
ipsa est uestigiis insistat,omnium merito uitiorum,minimum esse illã
credi par est.quoniam uero,ut est apud Flaccum uitiis nemo sine nasci
tur,atq; optíus ille est, qui minimis urgetur,irã profecto í puero haud
omnino detestabilem esse, fatendum est. Contra uero affectio illa
animi quæ ira omnino uacet, quámq; ἀοργησίαν greci uocant,haud
mihi secus in puero,q̃ in equo adolescente tarditas, uituperanda uide
tur.quippe quæ infirma adhuc,imbecilláq; ætate cum à ratione profi
cisci neq̃at,à stupore certe,atq; aí hebetudíe ꝓficiscat necesse é.nã inqs
ꝑml'ta & frigida bilis é atra(ut Arist.í ꝓbléatis ait)ii stolidi sũt. attóiti.

ignaui,in quis permulta & calida ·ii perciti, ingeniosi, acres propensi ad omnem excandescentiam·Calorē.n.physici longe magis, q̃ frigus naturæ consentaneū putant.Cuius ꝓfecto argumentū,cum aliis permultis,tum uero ex anni tpibus perspicue intelligitur·cum.n.soluitur acris hyems grata uice ueris,& fauoni,mox pulcherrima illa mūdi,naturæq; ornamēta reuiuiscunt,syluæ frōdibus uestiuntur,cāpi floribus omnifariā,herbisq; distinguntur,è quibus & odorū incredibilis suauitas afflatur·Hinc auicularum blādissimis cōcentibus aer iā serenior demulcetur,hinc lymphæ riuis obstrepunt manantibus, oīa oculis arrident,oīa auribus subblādiūtur.Prata,arua,colles,syluæ,cōualles,ferarū & cicurum oē genus,ipsum ꝑterea cælum ipsa(ut ita dicā) rerū natura ad pulcherrimū,atq; admirādum sui spectaculum,aures,oculos,mentésq; cōuocant.Oīa pubescunt,ac lasciuiunt,oīa deniq; ludus hēt,uēit æstas ut calidior multo,ita & frugum,seminúmq; oīum ꝓuentu uberior·Hanc insequitur autūnus calcatis sordidus uuis· q̃ fortunatū illud amaltheæ cornu,fructuum,pomorúmq; copia scaturiens diuiti manu gestat·quæ tandē oīa extinguit,mox glacialis hyems canos hirsuta capillos,sed redeo unde digressus sum,qui illā inq̃ affectuum oīum uacationem,& quā græci ἀπάθειαν uocāt,tantoꝑe extollunt, ii mihi non hominis sed trunci certe,aut lapidis,quæ nulla oīo sit· uitā fabricati uidētur·an uero ego eum mihi ample,atq; optime spei puerū deligā,q̃ præcipientē sōniculosus obaudiat,cui sit auris iugiter uellicāda·qui excutiēdus manu sit, cui iurgia,cui uerbera,cui faces sint admouēdæ·Inspiciendum ī primis laurēti est,ut est apud poetā,& quis cuiq; dolor,uicto quæ gloria palmæ·qui·n·recenti adhuc ætate,ita esset affectus,ut neq; is laude,neq; ignominia moueretur,nihil ab eo quicq̃ egregiū ſpandum fore lacedæmonii iudicabāt·At uero Quintilianus magistrorum ille excellentissim⁹,eum sibi puerū dari postulat,qui uictus ploret,uictor īsultet,neq; uero eum ī puero lusus offendit,quippe qui nō secus,atq; hæc ipsa,de qua agimus ira uegeti cuiusdā aī,erectǽq; naturæ sit argumentum·quapp & apud ueteres illos philosophātes,ut est apud plutarchum ī ꝓuerbii iā locum cōcesserat,qđ dici solet.Irā nō habere,qui mētem nō habeāt·hic illud fortasse ē,qđ cum ex oris habitu,morū quoq; aspectus Aristoteles iudicat· quibus inquit frons lata est stupidi,quibus rotunda iracundi sunt. Manifestū uidelicet argumentum naturam quoque ipsam uel ex oris liniamentis nos admonitos uelle,nihil tam maxime à stupore differre, quam iracundiam . At uero cum duo diuersi inter se affectus,ab uno quasi capite,& fonte emanantes diuersa

uersa quoq; appellatione cõprehendantur, alter quidẽ qui ut primos ĩpetus remissiores habet, ita diuturnior multo, ꝑmanẽtiorq; ẽ, radicẽsq; altius in aĩos agit. alter uero acrior quidẽ primo, & cõcitatior, sed suo sibi tpe placabilior, priorẽ illum quẽ græci nunc μῆνιν, nunc κότον. nr̃i uero rancorẽ puto appellent, illiberalis cõtumaciſq; naturæ signũ esse sapientes arbitrãtur. Tendit. n. ad odium, ad ultionem, ad iniuriam, ad contumeliã. Neq; uero is recta ulciscẽdi uia grassatur, sed dolo sæpius, atq; insidiis nititur. Vbi maxime deferbuit, tum maxime est ĩplacabilis. Si deprecere, exulceratur, si supplices, recrudescit, occasiones nocẽdi obseruat, & tpa, serpit quotidie latius, augescit in dies. Quodq; homericus ille achilles instar plutonis portarũ habebat inuisũ, aliud in pectore clausũ, aliud in lingua prõptum habet, altera (ut inquit Plautus) manu fert lapidẽ, panem ostentat altera, hic in mulierculis, hic in uulpecula, hic in iis, qui abiecto sunt aĩo præ cæteris uiget. Hunc diuinæ Hõerus noster in rege regũ agamẽnone adnotauit. Eiq; deinceps recta quasi analogia plurimorũ, turpiũmq; uitiorũ, ac facinorum ꝑpetua stigmata inurit. Hoc nihil tetrius. nihil uirtuti, & bonitati infensius, nihil humano ingenio ꝑnitiosius est. At uero ille alter incitatior primo, feruidiorq; mox tamen placabilior motus animi, qui à græcis θυμὸς à nostris uero excãdescẽtia appellatur, in iis plerũq; eminere uidetur, q ingenuo sunt aĩo & liberali, iidẽq; & misericordes, & placabiles ꝑ cæteris sũt, qui ad excandescentiam propensiores.

Neq; uero ii uel in medio irascẽdi furore à rationis impio penitus abhorrẽt, uidentur. n. (qđ ꝑclare Aristoteles inquit) audire illã quidẽ obaudire tamẽ, ministrorũ ꝑcelerũ more. qui anteq̃ totũ qđ imꝑatur audierint, excursant ꝑ studio, ac deinceps in agẽdo aberrãt. similẽsq; sunt canibus. qui audito tantũ strepitu priusq̃ illi an ueniat amicus cõsiderarint uenientibus oĩbus sine discrimine allatrant.

Hic ille est ĩpetus, qui (ut Homerus ait) bellatorũ aĩs robur iniicit. hũc tubæ. hũc cornua. hũc classica. hũc militaris illa ĩuicẽ adhortatio, & clamor, hũc ĩꝑatoriæ excitãt cõciones, hũc ut cetera nõ accesserint unica ueritas, & laudat & ꝑcipit. Irascimini inq̃t & nolite peccare, sol nõ occidat sup irã uestrã, hic & illa ab hesiodo laudata cõtẽtio orta ẽ, q & ad uirtutẽ & ad decꝰ capessẽdũ calcar eximiũ hẽt. oẽm hec ĩpa ex aĩo mollitiẽ lãgorẽ. hebetudinẽq; oẽm extermĩat. Hæc ĩfirmos, sopitosq; aĩos erigit & maiores ad rẽ gerẽdã facit, quid tu illã ĩ egregiæ ĩdolis puero cõuitiis ignominiáq; affecto, iram ꝑter gloriæ & uirtutis studium ĩterprætare:

Non incusseras puero uerbera. non minis ꝑterrefeceras, uerbis tñ la-

crymas excussisti, quid plorat petrulus meus? q̄d quæritur? nempe id ipsum ferme, quod & myrmidones illi generosissimi achillis cōmilitones. quod eius quam aío agitabant, bellicæ laudis gloriam non assequerentur. Erubuit inquit comicus, salua res est, an tu hanc puerilē iracundiam, non eandē esse, & pudorē putas? simillima sunt ista laurenti, eosdē si recte æstimentur pariunt effectus. Pedissequæ ambæ sunt, & comites uirtutis. Talē mihi Homerus Achillē effingit. Talē se mihi ostentat pius ille æneas, cum immortalitatis, splendorísq; stimulis accensus.

Terribilis sæuam nullo discrimine pugnam
Suscitat, irarúmq; omnes effundit habenas.

Talis & Acheloum Ouidianus Hercules iandudum lumine toruo
Spectat & accensæ non fortiter imperat iræ.

Talem deniq; & Virgilianus ille generosus equuleus futuræ uirtutis ídolē præ se fert. Tum si qua sonū procul arma dedere, stare loco nescit, micat auribus, & tremit artus. Collectúmq; premens uoluit sub naribus ignem.

Quod sicui forte naturæ rationis ignaro, nimis hæc iræ laudatio absurda esse uideatur, ut cætera uolentes concesserimus, nunq̄ mihi certe hoc extorquebitur, irā in puero ingenuæ, erectæ, liberalísq; naturæ eē argumentū. Accedēt anni, literæ, disciplina. Oía fient ídies mitiora, ad maturitatem suo tpe anteq̄ marcescat, natura huiuscemodi pueniet, at nō laudas in ætate iā constanti iracundiā. Esto sit ēt flagitiosa, ac detestāda. Et gladi' certe idē, si carnificis māu gestetur, detestabilis uideat'. Si ad latus militis, aut ípatoris sit, uirtutis egregiíq; facioris imaginē p̄ seferat.

Pululant sæpe generoso in aío uitia uirtutibus admixta, nō secus atq; uberi solo, cui nondū manus agricolæ accesserit, rubi ínascūtur, & sentes. Neq; tn̄ qui agricolationis studio insudāt, uberē illam fœcūdi soli spēm minus probant, q̄uis semihominis uesano gramíe fœtu Mādragore pariat flores, mœstámq; cicutā. nec manibus mitis ferulas, nec cruribus æque. Terga rubi spinísq; ferat paliuron acutis.

Quapp ut boni agricolæ, nihilominus noxias illas frugibus plantas, herbasq; cōuellere atq; extirpare solēt, quod fœcūdi soli ingeniū ex illis aíaduerterit, ita pfecto parentes, ac magistros nihilo magis teneris adhuc uitiis indulgere oportet, q̄ ea optimæ ingenuæq; naturæ documenta p̄buerit. Principiis obstandū, & quæ eminēt, retūdenda sūt. Tarquiniiq; instar papauerꝝ sūma capita uirga demetēda, sempq; ualētioribus resistēdū est. Neq; tn̄ interim à naturæ bene ístitutæ rōne, alienū esse putandū, siqdē reddere, q uoces iā scit puer, & pede certo signat humū, gestit paribus colludere, & irā colligit, ac pōit temere, & mutat' i horas.

Vale.

ANGE·POLI·ORATIO IN EXPOSITIONE HOMERI.

d Icturus de Homero uate,doctrinarum omnium,adq; ígenio rum auctore,& Principe·& dicturus in cœtu hominum,uel græce,uel latine doctissimorum,sentio nullam eloquentiam nec optari,nec concipi posse.quæ uel auiditatem animi nostri expleat,uel rei magnitudini respódeat , uel acerrimo deniq; iudicio uestro, adq; eruditissimis auribus satisfaciat.Nam & ego is sum,qui ab ineunte adolescentia,ita huius eminentissimi poetæ studio,ardoréq; flagrauerim,ut non modo eum totum legendo olfecerim. pœneq; contriuerim,sed iuuenili quodam,ac prope temerario ausu,uertere etiam in latinum tentauerim·& is de quo mihi agendum hoc tempore est, tantis abundat,tamq́; egregiis laudibus,ut cum sit semper à laudatissimis quibusq; certatim laudatus,ad huc tamen,pœne ét illaudatus uideatur & uos hi estis.Fl · V· quorum inciuitate græca omnís eruditio,iampridem in ipsa græcia extincta,sic reuixerit adq; effloruerit,ut & uestri iã homines græcam publice literaturam profiteátur,& primæ nobilitatis pueri,id quod mille retro annis in italia contigit nunquam,ita sincere attico sermone,ita facile,expeditéq; loquantur,ut non deletæ iam Athenæ,adq; à barbaris occupatæ, sed ipsæ sua sponte cum proprio auulsæ solo,cúmq; omni(ut sic dixerim)sua supellectile,in florentinã urbem immigrasse,eiq; se totas,penitúsq; infudisse uideátur.Quæ ego singula comtemplans ,quasiq́; oneris cuiusdam,quod mihi necessario subeundum sit,molem,uastitatémq; oculis præmetiens,ita perturbor animo,adq; expauesco,ut neq; mihi ingenium,neq; consiliũ,suppeditet,& in ipsís pœne faucibus constricta metu uox , nostraéq; cursus orationis obstupescat· Et cum noua quædam,adq; inusitata eloquendi uis,copiáq; ad hunc celebrandum poetam requiratur , utpote de quo nihil dici par est,quod de alio dici potuisse scriptore uideatur, nobis tamen hoc tempore,ét illam ipsam quantulácunq; dicendi facultatem defore sentimus,quam superioribus annis reliquis exornandis scriptoribus adhibebamus. Quid nam igitur agemus? Tacebimus ne penitus , quasiq́; oneri succumbemus ? An ueteres potius agricolas imitabimur?adq; ut illi Cereri spicam,Bacco racemum,sua cuiq; deo munera offerebant,ita nos quantulácunq; hanc dicendi facultatem, in parentis eloquentiæ præconium,conferemus,quod si(ut Properti[9] inquit)deficient uires,audacia certe laus erit· In magnis & uoluisse sat é.Vos autem humanissimi uiri oratos uelim, ut nouitatem quandam

insolentiámq; orationis nostræ, æqui boníq; cósulatis, neq; mihi frau di ascribatis, si aut græca latinis, ita exigente ratione crebrius inserue ro, aut in iis, quæ suppetent præ nimia rerum copia, non tam dicendo exornandis, quam percensendo enumerandis fuero occupatus. Prima igitur de auctore, tum de opere ipso carptim, breuiterq; dicemus, pla numq; (ut arbitror) faciemus, neq; ullum unquam extitisse ingenium Homerico maius, neq; opus aliquod extare humanú, q̃d sit homeri cæ poesi anteferendum. Consueuere igitur, qui hominis laudatione cu iuspiam aggrediuntur, ab ipsa statim origine, hoc est à patria, parenti busq; ordiri, inq; iis exornandis, attollendisq; liberis ingenii uelut ha benis, apertisq; eloquentiæ campis expatiari. Homero aút uati hæc é propria, peculiarisq; tribuéda laus, quod neq; ipse de patria sua quidq́ prodidit, & pleræq; illum nobilissimæ ciuitates, suum quæq; fuisse alu mnum contendunt. Nam & rhodii, & thessali, & ietæ & chii, & sala minii ité, & colophonii afferunt sibi, & argiui, milesii, smyrnæi, cymæ iq; contra uindicant, repetuntq; eúdem ad se quasi Licínia, & mutia le ge athenienses. Ita in medio positus literarum princeps, ceu Atalanta il la, aut hippodamia à tot, tamq; egegiis ciuitatibus, quasi a generosissi mis procis certatim expetitur. De parentibus quoq; Homeri, non ad modum liquet, cum Herodotus, adq; Ephorus diuersa inter se prodide rint, Aristoteles autem etiam unum è geniis illis, quos græci δαίμονας uocent, ex eorum scilicet numero, qui uersari inter musas putarentur patrem Homero tribuere non dubitauerit. Quod & si minus credibile uideri potest, nõ sine admiratióe tñ, diuini, cœlestisq; igenii, uel creditũ ab antiquitate, uel confictum philosophus grauissim⁹ trásmittit í po steros. Similia pœne iis sunt, & quæ í epigrámate hoc scribit Antipater.

Οἱ μέν σευ κολοφῶνα τιθηνήτειραν ὅμηρε.
Οἱ δὲ καλὰν σμύρναν, οἱ δ' ἐνέπουσι χίον.
Οἱ δ' ἴον, οἱ δ' ἐβόασαν εὔκλαρον σαλαμῖνα.
Οἱ δέ νυ τὰν λαπιθᾶν ματέρα θεσσαλίαν.
Ἄλλοι δ' ἄλλο μέλαθρον ἀνίαχον, εἰ δέ με φοίβου,
Χρὴ λέξαι πινυτὰν ἀμφαδὰ μαντοσύναν
Πάτρα τοι τελέθει μέγας οὐρανὸς, ἐκ δὲ γυναικός,
Οὐ θνατῆς, ματρὸς δ' ἔπλεο καλλιόπας.

Adeo uidelicet sese supra hominis conditionem uates hic eminentissi mus, adq; in comparabilis attollit, adeóq; nihil mortale sonat, ut meri to illi & patria cœlum ipsum, & mater esse Calliope uideri possit. Adq; hæc ego de Homeri patria, parentibusq; eo consilio attigi, ut itellige-

retis quanta i illo uiro altitudo animi, rerumq; humanarum despicientia fuerit, qui in tot uersuum milibus nullam de patria unquam, parentibusq; suis fecerit mentionem, immo uero ne nomen quidem suum, aut titulo addiderit, aut carminibus inseruerit, sed ut fatidici uates, qui græco nomine prophetæ appellantur, diuina illa sua quasi responsa, adq; oracula, tanquam ex arcanis quibusdam, sacrisq; deorum adytis, emugiuerit, ut plane appareret, non eum sibimet illa, sed omni generi hominum, omniq; posteritati elaborasse. Admirandus profecto uir (qué tamen ét supra uirum crediderí) quem nulla solicitarit ambitio, nulla honoris cupido prouexerit, nullum gloriæ studium inflammauerit, oïa uirtutis causa, honestiq; patrauerit, neque se extra quæsiuerit, ipsa est enim uirtus (ut poeta quidam inquit) sibi met pulcherrima merces idem & pecuniæ possessionem, diuitiasq; pro nihilo habuit, quarum uehemétius studium, præcepsq; cupido diuina oïa, adq; humana pmiscuit. ita duas capitalis humani generis pestis, duo teterrima monstra, auaritiam, adq; ambitionem deuicit penitus, adq; prostrauit. Quid dicam q̃ta, quamq; inexplebili discédi cupiditate flagrauerit, qui ab ineunte adolescentia ét luminibus captus, rerumq; oîum egenus, ut qui sibi in dié uictum carminibus quæritaret, ét peregrinationis incõmoda subiit, ut mores hominum multorum, multarumq; ciuitatum cõsuetudines perscrutaretur, eaq; multiplici rerum peritia, doctior lóge indies, longeq; sapientior euaderet. Quo effectum est, ut in Homeri poesi uirtutum omnium, uitiorumq; exempla, omnium semina disciplinarum, omnium rerum humanarum simulacra, effigiesq; intueamur, ipsaq; illa nobis expressa, exprompta que ante oculos constituerit, quæ ipse met profecto, nunquam suis oculis usurpauerat. Neq; uero non & illud in poeta hoc cœlestis plane, immortalisq; naturæ lumé effulget, quæ pulcherrima illa carmina, quæ iure æ tas omnis mitata est, illaborata ipsi, adq; extemporanea fluebant uiuoq; (ut ita dixerim) gurgite exundabant, cum è diuerso Mantuanum poetam paucissimos die cõposuisse uersus, auctor sit Varus. Extantq; adhuc non pauca canente illo excepta poemata, quæ prout à quoq; bene, maleq; acceptus fuerat, continuo in eũ subito quodá, repentinoq; instinctu, & ferente (ut aiunt) flatu proferebantur, ut facile intelligantur, nó quasi sub incudem uenisse humanæ fabricæ, sed diuino quodam impulsu, instinctuq; uelute cortina, adq; adyto, sacris esse excussa præcordiis, ut iam dubitandum nullo pacto sit, quin uere de illo Democritus naturæ rerum conscius prædicauerit.

ὅμηρος φύσεως λαχὼν θειαζούσης, ἐπέων κόσμον ἐτεκτήνατο παντοίων. Sed iam de opere ipso, quæ pars fuit altera nostræ orationis destinata, hoc est de homerica poesi, seruato rerum, quantum in nobis fuerit ordine disseramus. Duplex est Homeri poesis, Ilias, adq; Odissea. nam Batracomyomachian, Margiten, Phocaida, minoremq; Iliada, itē q; Cecropas. ἀπολλοί. ἀλλὰ ἄλλως. aliaq; huiuscemodi lusus potius, quam iusta opera de industria omittemus. Porro in Iliade uirtutem corporis, in Odissea fortitudinem nobis animi repræsentat utraq; heroico descripta est carmine. quod esse metrorum omnium constat absolutissimum, linguisq; ex oibus, quas διαλέκτους graeci uocant, conflata est, sic ut unaquæque Græciæ gens sua apud illum idiomata deprehendat, neq; tamen cōmunia respuit uerba, sed ita callida utitur, artificiosaq; iunctura, ut sublimitatem in compositione, maiestatemq; retineant. nam quid de motibus, figurisq; loquar, partim ad perspicuitatem, partim ad orationis ornatū accomodatis, de quibus nihil est sane à posterioribus præceptum, quod non ille in operibus suis tanto ante consumauerit. quæ exsequerer singula diligenter, nisi tam angustis forem tēporis spaciis, limitibusq; cohercitus, age uero cum stili tria sint genera, sublime, tenue, & medium, quibus in singulis Thucydides, Lysias, ac Demosthenes laudātur. non ne omnium apud Homerum exempla reperias: ut sublimis quidem illud.

ὣς εἰπὼν συνάγεν νεφέλας, ἐτάραξε δὲ πόντον
χερσὶ τρίαιναν ἑλών· πάσας δ' ὀρόθυνεν ἀέλλας,
παντοίων ἀνέμων, σὺν δὲ νεφέεσσι κάλυψε.
γαῖαν ὁμοῦ καὶ πόντον, ὀρώρει δ' οὐρανόθεν νύξ. Contra tenuis
ὣς εἰπὼν, οὗ παιδὸς ὀρέξατο φαίδιμος Ἕκτωρ.
ἂψ δ' ὁ πάϊς πρὸς κόλπον ἐϋζώνοιο τιθήνης.
ἐκλίνθη ἰάχων, πατρὸς φίλου ὄψιν ἀτυχθείς.
ταρβήσας χαλκόν τε, ἰδὲ λόφον ἱππιοχαίτην. Medii postremo illud
αὐτὰρ ὁ γυμνώθη ῥακέων πολύμητις ὀδυσσεύς.
ἆλτο δ' ἐπὶ μέγαν οὐδὸν ἔχων βιὸν, ἠδὲ φαρέτρην.
ἰῶν ἐμπλείην. ταχέας δ' ἐκχεύατ' ὀϊστοὺς.
αὐτοῦ πρόσθε ποδῶν, μετὰ δὲ μνηστῆρσιν ἔειπεν.

Neq; item apud eundem, floridum elocutionis genus desiderabis, ubi scilicet & pulcritudo splendeat, & gratia, quæ perinde adq; ipsi flores animo arrideat, quasiq; illum uoluptate permulceat. plena quippe his ornamentis tota sunt Homeri uolumina, & de stilo quidem hāctenus. Est apud illum quoq; historica narratio, ita omnibus absoluta nume

ris

ris,ut & personas,& causas,& locum,& tempus,& instrumenta,& factũ ipsum,modumq; respiciat,quorum exẽpla apponere nimis fortasse fuerit operosum. Narrat simpliciter nõnunq̃, nõnũq̃ similitudines, cõparationes,imaginesq; admiscet ex omni rerum natura decerptas. Sæpe item celeri quadam,& concitata utitur narratione,ut illo loco.

κεῖται πάτροκλος, νέκυος δὲ ἀμφὶ μάχονται
γυμνοῦ, ἀτὰρ τά γε τεύχε' ἔχει κορυθαιόλος ἕκτωρ.

Quid dicam de philosophia,in qua nulla ẽ ferme nobilior posterorum sententia,aut opinio celebrata cuius non in poeta Homero originem agnoscamus. Nã ut à rerum naturæ prĩcipiis ordiamur, Thales milesius oium rerum initiũ Aquæ attribuit,Homerum uidelicet secutꝰ ita scribẽtẽ.

ὠκεανὸς θ' ὥσπερ γένεσις πάντεσσι τέτυκται Xenophanes

Aquã terrãq; ĩ prĩcipiis recẽsuit,& ipse Hõeri exẽplo cuiꝰ hæc uerba sũt

ἀλλ' ὑμεῖς μὲν πάντες ὕδωρ καὶ γαῖα γένοισθε.

Qui elementa quatuor maluerunt,suumq; singulis locum assignauerunt,& illi poesin excussisse Homericam uideri possunt. hæc enim ab illo hauseris,siue cum de catena aurea meminit, siue cum Ioui sororẽ coniugẽmq; iunonem dedit,siue cum eandem suspensam à marito fabulatus est,siue cum apud illum,ita Neptunus loquitur.

τρεῖς γάρ τ' ἐκ κρόνου εἰμὲν ἀδελφεοί, οὓς τέκε ῥεία
ζεὺς καὶ ἐγὼ, τρίτατος δ' ἀΐδης ἐνέροισιν ἀνάσσων & mox
τριχθὰ δὲ πάντα δέδασται, ἕκαστος δ' ἔμμορε τιμῆς

Nã quod olympi mẽtionẽ fecit purissimã cæli naturã ĩtellexit,hoc est eã,quæ à nobilissimis deĩde philosophis q̃nta,siue natura,siue(ut plautino utamur uerbo)essentia sit appellata. Discordiam porro illã cõcordiãmq; empedoclis,ita noster hic uates Iunone loq̃nte insinuauit.

εἶμι γὰρ ὀψομένη πολυφόρβου πείρατα γαίης,
ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν, καὶ μητέρα τηθύν
τοὺς εἶμ' ὀψομένη καὶ σφ' ἄκριτα νείκεα λύσω

Mundũ esse unum dũtaxat,eũq; terminis circũscriptũ ex eo significat Homerꝰ, q̃ & numero singulari κόσμον dicit et γαίης πείρατα (ĩquit) sicut alio quoq; loco ἀκροτάτῃ κορυφῇ (ait) πολυδειράδος οὐλύμποιο. Solẽ ipsum ferri in orbem subterrisq; iter facere uel ibi demonstrat.

ὦ φίλοι, οὐ γάρ τ' ἴδμεν, ὅπῃ ζόφος, οὐδ' ὅπῃ ἠώς,
οὐδ' ὅπῃ ἠέλιος φαεσίμβροτος εἶσ' ὑπὸ γαῖαν οὐδ' ὅπῃ ἀνανεῖται.

Formã illius & magnitudinẽ in his annuit. λαμπρὸς δὲ ἥλιος ὥς. Itẽq;
ἦμος δ' ἠέλιος μέσον οὐρανὸν ἀμφιβεβήκει. uirtutẽ autem in his
ἠέλιος θ' ὃς πάντ' ἐφορᾷς καὶ πάντ' ἐπακούεις.

Eundẽ suo moueri arbitrio, ut excellentissimis philosophorum uisum ẽ, tũc maxime significat, cum adhunc modum inducit minitantem
δύσομαι εἰς ἀΐδαο, καὶ ἐν νεκύεσσι φαείνω. Et cum sicillũ iuppiter adhortatur
ἠελίῳ τῇ μὲν σὺν μεταῦθι γαῖα τοι σφαῖραν.
ὁρμηθεῖσα βροτοῖσιν ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν.
Sed nec stellarum inscius fuerit, qui illa præsertim scripserit
πληϊάδας θ' ὑάδας τε τό τε σθένος ὠρίωνος.
Quiq; ursam circa polum se ait uertere, neque finitorem circulum attingere, & qui tarde occidere bootem dicat, qui cum rectus deferatur unus quatuor signa occidens comitetur. Nec terremotus illum causæ latebant, qui neptunũ γαιήοχον adq; ἐνοσίχθονα. appellauerit. Quoniam uero inclusis terræ flatibus fiunt illæ cõstratis uentis, quæ græce σεισμίαι uocitantur, tum caligo quædã solisq; uelut obscuratio contingit, hæc quoq; an cognita Homerus habuerit consideremus. quatit Neptunus terram Achille in præliũ exeunte, pridieq; eius diei quis cæli habitus fuerit ita declarauit.
ζῆλος δ' ὤν ἐν κ' τόλολων τεινόσεις κρατερῇ ὑσμίνῃ Et mox οὐδέ κε φαίης.
οὐδέ ποτ' ἠέλιον σῶν ἔμμεναι, οὐδὲ σελήνην
ἠέρι γὰρ κατέχοντο. Et Aiax ad hunc modum precatur
Ζεῦ πάτερ, ἀλλὰ σὺ ῥῦσαι ὑπ' ἠέρος υἷας ἀχαιῶν
ποίησον δ' αἴθρην, δὸς δ' ὀφθαλμοῖσιν ἰδέσθαι.
Post motũ uero terræ uenti spirant uehementius, unde inquit iuno.
αὐτὴ δ' ἐκ ζεφύροιο, καὶ ἀργεστᾶο νότοιο
εἴσομαι ἐξ ἁλόθεν χαλεπὴν ὀρσοῦσα θύελλαν.
Postridie autem iris uentos ad patrocli conuocat rogum.
οἱ δ' ὀρέοντο πνοιῇ ὑπὸ λιγυρῇ νέφεα κλονέοντες ὄπισθεν
Scit & deficere solem interiectu lunæ. Nam cum rediturum Vlyssem superius dixisset.
τοῦ μὲν φθίνοντος μηνός, τοῦ δ' ἱσταμένοιο
Quod quidẽ tempus ẽ ipsum lunæ coeuntis dein reuerso iam illo ita augur quidã procos alloquitur.
ἆ δειλοί, τί κακὸν τόδε πάσχετε, νυκτὶ μὲν ὑμέων
εἰλύαται κεφαλαί τε, πρόσωπά τε, νέρθε τε γοῦνα
εἰδώλων δὲ πλέον πρόθυρον, πλείη δὲ καὶ αὐλή.
ἱεμένων, ἔρεβος δὲ ὑπὸ ζόφον, ἠέλιος δὲ
οὐρανοῦ ἐξαπόλωλε, κακὴ δ' ἐπιδέδρομεν ἀχλύς.
Gnarus idem unde gignantur uenti ἀνέμων (inquit) μένος ὑγρὸν ἀέντων.
Ordinẽ quoq; eorum tenet, qui ita dicat.

σὺν δ' εὖρός τε νότος τ' ἔπεσον, ζέφυρός τε δυσαής.
καὶ βορέης αἰθρηγενέτης μέγα κῦμα κυλίνδων.
Pluuias de humidis fieri euaporationibus in his docet carminibus.
κατὰ δ' ὑψόθεν ἧκεν ἐέρσας αἵματι μυδαλέας ἐξ αἰθέρος. Et rursum
αἱματοέσσας δὲ ψιάδας κατέχευεν ἔραζε. Prædixerat enim
τῶν νῦν αἷμα κελαινὸν ἐΰρροον ἀμφὶ σκάμανδρον
ἐσκέδασ' ὀξὺς ἄρης, ψυχαὶ δ' ἄϊδος δὲ κατῆλθον
Tonitruum, fulgurumq́; & fulminis, ibi potissimum causa innuitur
ἀστράψας δὲ μέγ' ἔκτυπε. Et cum inquit.
ζεὺς δ' ἄμυδις βρόντησε, καὶ ἔμβαλε νηῒ κεραυνόν.
Videamus aũt & quid de his senserit Ac primũ quidem ῥεῖα ζώοντας.
appellat ipsos, de quibus & illa scribit.
οὐ γὰρ σῖτον ἔδουσ', οὐ πίνουσ' αἴθοπα οἶνον· τοὔνεκ' ἀναίμονές εἰσι, καὶ ἀθάνατοι καλέονται
Corpora aũt iis circũdat, q̃ eorũ sæpe ministerio poesis ĩdigebat, haut alia tamen q̃ humana, utpote quæ sola sint sciẽtiæ rõnisq́; capacia, formã tamen eis, staturãq́; eiusmodi attribuit, ut simulachrorũ primus uideatur maiestatem excogitasse. Itaq́; phidiam quoq́; ferunt interrogatum unde illam Iouis olympici augustã formã, tantoq́; non imparem numini accepisset, ex illis respondisse homeri uatis carminibus.
ἦ καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε κρονίων· ἀμβρόσιαι δ' ἄρα χαῖται ἐπερρώσαντο ἄνακτος
κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο, μέγαν δ' ἐλέλιξεν ὄλυμπον.
Esse tamen rerũ omniũ auctorẽ unũ, & uera probat, psuadetq́; ratio, & ita Homericis uerbis clamat aristoteles εἷς κοίρανος ἔστω, εἷς βασιλεύς. Quapropter & iuppiter ipse ab Homero πατὴρ uocatur ἀνδρῶν τε θεῶν τε
Neq; hinc illa abhorrent. ὦ πάτερ ἡμέτερε κρονίδη ὕπατε κρειόντων
Similiter, & illa ὅσον ἐγὼ περί τ' εἰμὶ θεῶν περί τ' εἴμ' ἀνθρώπων. Et quæ Minerua effatur. εὖ νυ καὶ ἡμεῖς ἴδμεν ὅτι σθένος οὐκ ἐπιεικτόν.
Esse uero intelligibilẽ deum ita poetice innuit. [illegible]
ἄτερ ἤματος ἄλλου Etrusum ἀλλ' ἤτοι μὲν ἐγὼ [illegible]
[illegible] φρένα τέρπομαι. Scit idẽ deũ esse mentẽ oĩum scientẽ, oĩaq́; gubernantẽ, itaq́; ait, ἀλλὰ ζεὺς πρότερος γεγόνει καὶ πλείονα ᾔδει
Scit eũ semp intelligere unde illa σεῦ αὖ τ' ἄλλ' ἐνόησε Multa dicuntur à philosophis de prouidentia. Sed oĩum ferme auctor Homerus, apud quẽ semp di pro hoĩbus excubant, unde illud ex Iouis persona. μέλουσί μοι ὀλλύμενοί περ Itẽ illud πῶς ἂν ἔπειτ' ὀδυσῆος ἐγὼ θείοιο λαθοίμην
Sed quoniã propriũ diuinæ prouidẽtiæ est, ut q̃iustissime inter se mortales agant, ideo ille οὐ γὰρ σχέτλια ἔργα θεοὶ μάκαρες φιλέουσιν ἀλλὰ δίκην τίουσι καὶ αἴσιμα ἔργ' ἀνθρώπων Ex quo illud stoicorũ nascitur dogma, mundũ

hunc ciuitatem esse quandam, quæ iuste gubernetur, sitq; diis, hominibusq; communis. Audiamus, & quid de fato sentiat.

μοῖραν δ' οὔτινά φημι πεφυγμένον ἔμμεναι ἀνδρῶν
οὐ κακὸν οὐδὲ μὲν ἐσθλὸν ἐπὴν τὰ πρῶτα γένηται

Neque omnia tamen fato attribuit, sed & uoluntati uacuum relinqt locum, nec illud excludit, quod nos coactum dicere latine possumus. ἠναγκασμένον græci uocant, id est, cum quispiam agens, quæ uult, in ea ipsa inciderit, quæ non uult. ut cum stragem heroum in Iliade, iræ Achillis imputans. subdit tamē paulo post Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή., & in odyssea, sua ipsorum culpa socios ait Vlyssis periisse. Multa ēt, quæ fato impendeant, prouidentia euitari, homericum dogma est.

Ἔνθα κε δὴ δύστηνος ὑπὲρ μόρον ὤλετ' Ὀδυσσεὺς
Εἰ μὴ ἐπὶ φρεσὶ θῆκε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη,
Ἀμφοτέρῃσι δὲ χερσὶν ἐπεσσύμενος λάβε πέτρης.
Τῆς ἔχετο στενάχων, εἷος μέγα κῦμα παρῆλθεν.

Animam Pythagoras primus ēē immortalem affirmauit, eiq; Plato ēt alas attribuit, sed prior hoc uiderat Homerus, qui & ait.

ψυχὴ δ' ἐκ ῥεθέων πταμένη Ἄϊδόσδε βεβήκει.

Neq; esse aliud hominem, nisi ipsam animam arbitratur. Itaq; ait.

ἦλθε δ' ἐπὶ ψυχὴ Θηβαίου Τειρεσίαο χρύσεον σκῆπτρον ἔχων

Corpus autem animæ carcerē, itaq; uiuentis δέμας appellat, sicut mortui σῶμα. illa item Pythagoræ, in alia corpora animarum īmigratio, nō aliunde, quam ab Homero est, apud quem, & equi loquūtur, & homines in bestias demutantur. Porro animam Stoici spiritum esse dicunt congenitum, & sensibilem euaporationem è corporis humiditatibus accensam, secuti haud dubie poetam nostrum, qui ita dicat.

εἰς ὅ κ' ἀϋτμὴ ἐν στήθεσσι μένῃ atq; alibi ψυχὴ δὲ κατὰ χθονὸς ἠΰτε καπνός

Plato, Aristotelésq; animam quidē esse ipsam incorpoream dixerunt, cæterum semper circa corpus esse, eóq; tanq̃ uehiculo uti, quare ēt cum à corpore separetur, impressam tamen corpori formam suam, quasiq; uestigium relinquere. idipsum quoque significat Homerus, qui non aliter, quam animæ uacuum corpus, hoc est cadauer ipsum σῶμα appellet. agamus, & de animæ partibus. Sane Plato rationem in capite, iram in pectore, cupiditatem subter præcordia collocauit. Audi ergo Homerum, hæc ipsa ad unguem declarantem

ἕως ὁ ταῦθ' ὥρμαινε κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν. item
τέτλαθι δὴ κραδίη· καὶ κύντερον ἄλλο ποτ' ἔτλης. & rursum
ἀλλά με γαστὴρ ὀτρύνει κακοεργός. Præterea alibi

γαστέρα δ' οὔπως ἔστιν ἀποκρύψαι μεμαυῖαν.
Affectiones quoq; eas, quæ πάθη dicũtur à græcis omnis Homerus circa cor ipsum constituit, ut iram. κραδίη δέ οἱ ἔνδον ὑλάκτει. dolorem πόμχεις ὀδυρόμενος καὶ ἀχνύμενος ἔδεαι κραδίην. metum. κραδίη δέ μοι ἔξω στηθέων ἐκθρώσκει. τρομέει δ' ὑπὸ φαίδιμα γυῖα. Audaciam postremo, ut καρδίη ἄλληκτον πολεμίζειν ἠδὲ μάχεσθαι. inde illud est, q̃d Stoicorum opinio principatum cordi potissimum tribuit, quam bene aũt homerus, ét causas explicat affectionum, iram quippe ex animi mœrore oriri, efferuescente circa cor, uel sanguine, uel sanguineo certe spiritu, ad hunc significat modum.
ἀχνύμενος μένεος δὲ μέγα φρένες ἀμφιμέλαιναι.
πίμπλαντ' ὄσσε δέ οἱ πυρὶ λαμπετόωντι ἐΐκτην
Rursum metuentum, confundi spiritus, adq; refrigescere, ex quo humores, tremores, palloresq; in corporibus existant, ita idem significat. χλωροὶ inquiens ὑπαὶ δείους. χλωρὸν δέος ᾕρει. τρομέει δ' ὑπὸ φαίδιμα γυῖα.
Et rursum ὣς φάτο, τῷ δὲ γέροντι νόος χύτο, δείδιε δ' αἰνῶς. ὀρθαὶ δὲ τρίχες ἔσταν ἐνὶ γναμπτοῖσι μέλεσσι.
Non improbari affectionem illam, quæ græco nomĩe uocetur Nemesis cum uidelicet ægre ferimus, siquem indigne prosperiore fortuna utentem cernimus, neq; item contrariam huic misericordiam, uel ex hoc liquido manifestat, quod Ioui utranq; atribuit, ut
ζεὺς γάρ μοι νεμεσᾷ ὅτ' ἀμείνονι φωτὶ μάχωμαι
item miserantem fecit eũdem, cum ab Achille Hectoris cadauer circa patrios muros raptaretur. Absolutam porro uirtutẽ accedere ad deos, sicut absolutum uitium ad belluas, ét ante Aristotelem monstrauit homerus. Qui summa præditos uirtute, uocare identidem θεοειδεῖς solet ac διὶ μῆτιν ἀτάλαντον usurpat dicere, his autem contrarios, bestiis plerunq;, & pecoribus comparat. uacationem sane illam ab omni animi perturbatiõe, cui summam Stoici uirtutis auctoritatem tribuunt, nõ aliunde, q̃ à nostro sumptam uel ex eo patet, quod perturbationes sæpe castigat, quasiq; tollit, ac radicitus extirpat, ut mœrorẽ adq; luctum
τίπτε δεδάκρυσαι Πατρόκλεες ἠΰτε κούρη Et alibi
αἰεὶ χεῖρον μὲν καταπεφθάμενος κεκάδησι Νηλέα θυμὸν ἔχοντος Et rursum
ὡς ἔρις ἔκ τε θεῶν ἔκ τ' ἀνθρώπων ἀπόλοιτο
Metũ porro sic μήτι φόβονδ' ἀγόρευ' ἐπεὶ οὐδέ σε πεισέμεν οἴω Peripatetici à Stoicis dissidentes, laudant affectionũ potius mediocritatem, Homero, & ipsi auctore, cuius & illa sunt. ζῶσα μὲν ζόμος αὐτὸς ὑπ' ἔλυθε γυῖα ἑκάστου ἐκ γεῖ αὐτῷ θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι πέπταται Eadem & in gaudio distinctio. Nã

& v

Vlysses quidem, Cyclope decepto, de se sic ait · ἐμὸν δ' ἐγέλασσε φίλον κῆρ Proci autẽ deturbato Iro χεῖρας ἀνασχόμενοι γέλῳ ἔκθανον) uirtutẽ satis esse ipsam ad felicitatẽ stoici opinãtur, Homerus uirum sapiẽtissimũ labores, oĩs doloresq; subeuntẽ, oẽmq; uoluptatẽ uirtutis gratia facit aspernantẽ. Bona sic distingunt pipatetici, ut prima esse animi, secunda corporis dicant, tertia quæ uocemus externa. hæc quoq; à præclarissimo poeta sæpe in bonis recensentur, dariq; hoĩbus dicũtur à superis quos ob id etiã uocat δωτῆρας ἐάων Idẽ nõ satis esse per se uirtutẽ sine bonis cæteris uel tunc manifesto indicat, cũ duos inducit heroas summa uirtute. Sed diuersa fortuna, Nestorẽ adq; Vlyssem, quorũ qui minus prospere agat δύστηνον uocare identidẽ nõ dubitat. Nullũ eẽ uirtutis fructũ citra usum ipsum, uel patroclus declarat, ita Achillẽ increpans.

αἰναρέτη τί σευ ἄλλος ὀνήσεται ὀψίγονός περ
αἴ κε μὴ ἀργείοισιν ἀεικέα λοιγὸν ἀμύνῃς. Et Achilles ita conquerens.
ἀλλ' ἧμαι παρὰ νηυσὶν ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης.
τοῖος ἐὼν οἷος οὔτις ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων

Amicos dis esse bonos uiros eodem auctore stoici dicũt, ita.n. scribit de Vlysse χαῖρε δ' ἀθηναίη πεπνυμένῳ ἀνδρὶ δικαίῳ
Doceri uirtutẽ posse idem affirmat sumptisq; à natura principiis, cultu pduci ad summum, Homerus.

τοίου γὰρ καὶ πατρὸς ὃ καὶ πεπνυμένα βάζεις. Et ex phœnicis persona.
τοὔνεκά με προέηκε διδασκέμεναι τάδε πάντα
μύθων τε ῥητῆρ' ἔμεναι πρηκτῆρά τε ἔργων

Est & Arithmetica apud Pythagoram magno in honore, multumq; ille uir numeris tribuit, duoq; rerũ principia prodidit unitatem, atq; binariũ, priori bona, posteriori mala subiiciẽs, uiderat hoc ipsum multo ante Homerus, apud quem.s. ἐσθλὸν adq; δειλόν in boni, maliq; intellectu legimus. Eodẽmq; pertinent & illa οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη εἷς κοίρανος ἔστω. Et cum in bello, adq; in consilio culpatur. τὸ δ' ἐχεβάλζο. Planæq; semper impari numero tribuit plurimũ. Nam & mundũ ipsum in quinq; diuidit partis, & imparia dis offert cœlestibus. Nestor.n. tauros neptuno nouies nouẽ mactat, Tiresiasq; Vlyssi præcipit, ut Agnũ Taurũ, Verremq; imolet, Contra achilles in Patrocli rogum canes, equos, uirosq; nõ nisi pari coniicit numero. Ternarii uero, quinarii, septenariiq; numeri sæpissime meminit, sæpius quoq; nouenarii ut τῶν δ' ἐννέα πάντες ἀνέσταν et ἐννέωροι γεγάασι. et ἐννέα πήχεες ἔσαν εὖρος, ἀτὰρ μῆκός γε γενέσθην ἐννεόργυιοι et ἐννῆμαρ μὲν ἀνὰ στρατὸν ᾤχετο κῆλα θεοῖο et ἐννῆμαρ ξείνισσεν et ἐννέα βοῦς ἱέρευσεν. Est enim hic numerus à primo impari quadratus,

& impariter

& impariter par, utpote intris ternarios diuisus, quorum unusquisq; intris unitates distribuitur. Sed & computandi insinuat occasiones, ut qui ait in catalogo.

τῶν μὲν πεντήκοντα νέες κίον, ἐν δ' ἑκάστῃ
κοῦροι Βοιωτῶν ἑκατὸν καὶ εἴκοσι βαῖνον, & rursum πεντήκοντ' ἔσαν ἄνδρες ut ex hoc arguméto ratiocinemur, ad centum uiginti hominum milia fuisse eos, qui in expeditioné troianam ꝓfecti sint, de troianis rursum.

Χίλι' ἄρ' ἐν πεδίῳ πυρὰ καίετο, πὰρ δὲ ἑκάστῳ
πεντήκοντ' ἔσαν ἄνδρες

Ex quo colligimus quíquaginta fuisse troianorum milia déptis, auxiliis Musicen quoq; magno í pretio Pythagoras habet, quam & Homerus pluribus locis maxime cómendat, ut cum de sirenibus agit, & cum eá non conuiuiis modo & genialibus festis, sed etiam operibus adhibet, præliisq; & funeribus, utpote animi motus adq; affectiões, ut comprimenté aut excitantem. Neq; eum latet uocum differentia, sed ætatibus sexuq; grauem acutámq; discernit. idem quippe in his usu uenit qđ in neruis crassioribus tenuioribusq; uidemus, ut ex tardo celeriq; motu grauis peride adq; acutos edant sonos, sed & Terpadrum scribit plutarchus Homeri uatis imitatoré fuisse in musicis. Deniq; & taciturnitaté illam quam uocat ἐχεμυθίαν Homeri exemplo Pythagoras idem sanxit. Sunt enim hæc apud illum.

καί τ' ἔπος προσέειπεν ὅ πῃ πέφραδεν ἀμφοῖν. item
Τρῶες μὲν κλαγγῇ τ' ἐνοπῇ τ' ἴσαν ὄρνιθες ὥς.
οἱ δ' ἄρ' ἴσαν σιγῇ μένεα πνείοντες Ἀχαιοί.

Ex Homero quoq; Democritus simulacra illa sua desumpsit.

αὐτὰρ ὁ εἴδωλον τεῦξ' ἀργυρότοξος Ἀπόλλων.

Ex Homeri epicurus adductus uerbis, ut uoluptati primas detulerit, ꝙ Vlyssem audierat ad gratiam alcinoi loquentem summum uoluptati locum tribuere, in Homero Aristippus uitæ, sectæq; suæ inuenit exemplum, ut apud quem nunc in delitiis agit Vlysses, nunc omnibus ludibrio despectuiq; est, nunc item splendido uestitu, nunc futili quodam laceroq; centunculo amicitur, sceptica quoq; illa adq; pyrrhonia hæresis, quæ definiat nihil ex Homero scilicet, ut Timon Phlasius scripsit, emanauit, ut qui de eisdem rebus uarie uariis locis sententiam ferat, laudantur à uetustate sapientú uirorum dicta nonnulla, quæ ἀποφθέγματα græce appellamus, sed ea quoque decerpta ex Homero sunt, ut illud, ἕπου θεῷ quo monemur deum sequi, ex illo sumptum apparet.

ὅς κε θεοῖς ἐπιπείθηται, μάλα δ' ἔκλυον αὐτοῦ. Et illud μηδὲν ἄγαν. inde est

nimirū καὶ δ' ἄλλῳ νεμεσῶ ὅς κ' ἔξοχα μὲν φιλέῃσιν,
ἔξοχα δ' ἐχθαίρῃσιν ἀμείνω δ' αἴσιμα πάντα. uel ex eo magis.
τυδείδη, μήτ' ἄρ με μάλ' αἴνεε, μήτε τι νείκει.
Et item, quod est cœlo descēdit γνῶθι σ' αὐτόν. ut se uidelicet quisq; norit ab Hectore tractū manifesto uidemus, qui cū irruat in cæteros αἴαντος δ' ἀλέεινε μάχην τελαμωνιάδαο. Et fideiussiōi noxā astare ex illo sumptū δειλαί τοι δειλῶν γε καὶ ἐγγύαι ἐγγυάασθαι.
Et illud pythagoræ, amicus est alter ego ex hoc ἶσον ἐμῇ κεφαλῇ. Sentētiæ quoq; illæ quas uocant γνώμας plurimæ sunt à maximis poetis ex Homero delibatæ, illius quippe (ut Manlius poeta inquit) ex ore profundo. Oīs posteritas latices in carmina duxit Amnemq; in tenuis ausa é diducere riuos. Vnius fœcūda bonis. Sed hæc singulatim persequi minus fortasse fuerit laboriosum. In ciuili autē facultate quam ῥητορικὴν græci uocāt quantū excelluerit poeta hic, nō alio magis q̄ Quintiliani testimonio declaratum uelim, cuius in decimo orationū institutionum hæc uerba sunt. Igitur ut Aratus à Ioue incipiendum putat, nos ita rite cepturi ab Homero uidetur. hic enim quemadmodum ex oceano dicit ipse animum uim fontiumq; cursus initium capere, omnibus eloquentiæ partibus initium & ortum dedit. hunc nemo in magnis rebus sublimitate, in paruis proprietate superauit, idem lætus ac depressus, iucundus & grauis cum copia tum breuitate mirabilis, nec poetica modo, sed oratoria uirtute eminentissimus. Nanq; ut de laudibus exhortationibus consolationibusq; taceam, nōne uel unus liber quo missa ad Achillem legatio continetur, uel in primo inter duces illa contentio, uel dictæ in secūdo sententiæ, omnis litium ac consiliorum explicant artes? Affectus quidem uel illos mites uel hos cōcitatos nemo erit tam indoctus qui non in sua potestate hunc auctorem habuisse fateatur. Age uero nōne utriusq; operis ingressu in paucissimis uersibus legem prohœmiorū non dico seruauit. Sed constituit. Nam & beniuolum auditorem inuocatiōe dearum quas præsidere uatibus creditum est, & interitum proposita rerum magnitudine, & docilem summa celeritet comprehensa facit. Narrare uero quis breuius q̄ qui mortē nuntiat Patrocli? Quis significantius potest q̄ qui curetum ætolorumq; prælium exponit? Iam similitudines, amplificationes, exempla, digressus, signa rerum, & argumenta, cæteraq; quæ probādi ac refutandi sunt, ita multa ut etiam qui de artibus scripserunt, plurima earum testimonia ab hoc poeta petant. Nam & epilogus quidem quis unquam poterit illis rogantis Achillem Priami precibus æquari? Quid in uerbis sententiis

sententiis, figuris, dispositione totius operis, nonne humani ingenii modum excessit? ut magni sit uiri uirtutes eius non æmulatione (quod fieri non potest) sed intellectu sequi? Verum hic omnes sine dubio, & in omni genere eloquentiæ, ꝓcul a se reliquit. hæc de Homero Quintilianus. Dion autē Chrysostomus de iis agēs, qui sint ad eloquentiam imitandi in hanc ferme sententiā super hoc auctore loquitur. Homerus & primus, & medius, & ultimus tantū omnibus uel pueris, uel uiris, uel senibus de suo præbet q̄tum quisq; accipere potis est. Legem uero disciplinam, idē haut quaq̄ ignorasse uideri potest, apud quem ita de sceptro loquatur Achilles. νῦν αὖτέ μιν υἷες ἀχαιῶν
ἐν παλάμῃς φορέουσι δικασπόλοι, οἵτε θέμιστας
πρὸς διὸς εἰρύαται

Sed & lycurgus qui lacædemone durissimas tulit leges nō aliūde q̄ ab Homero dicitur exempla sumpsisse, & Solon atheniensiū lator legū quæ ad Romanos deinde propagatæ sunt, nō minus extulisse in lucē putatur Homerū, q̄ Pisistratus ille tyrannus, qui dissipatū dispersumq; eū, unū in corpus colligendū congregādumq; curauerit. Plato quoq; philosophoꝵ deus, Iouis illud cum Minoe colloquiū, de quo narret Homerus, nihil nisi legum disciplinam interpretatur. Parendū quoq; legibus uel eo loco ꝑsuadet Homerus.
νῦ, μήτις ποτὲ πέμπτιν ἀνὴρ ἀθέμιστος εἴη
ἄλλος σκῆπτρον ἔχων, ὅτι δ᾽ ἄδικος

Quin idem ciuilem, militarē, agricolarēmq; uitam in achillis Clypeo explicauit, multaq; bonis moribus a posteritate recepta apud illum deprehēderis, quale illud est, ut ĩ bene institutis ciuitatibus prius magnis de rebus ad senatū referatur, q̄ in contionē populus cōuocetur. Ait. n.
βουλὴν ἦρξε πρῶτον μεγαθύμων ἷζε γερόντων

Quale itē ut potioribus dicto audientes simus, utq; dignioribus assurgamus, quorū alterius in Vlysse populū castigante, alterius in iouis cōcilio extat exemplū, similia sunt & illa, ut qui maiores natu sunt priores loquantur, unde a se Diomedes culpam recte deprecatur. Vtque ignoscantur, quæ imprudenter quisq̄ cōmeruerit, itaq; Citharœdus ita se expurgat Vlyssi.
ὡς ἐγὼ τι ἑκὼν ἐς σεῖδομεν, οὐδὲ χατίζων πωλεύμην

Vis & rerū publicarū status diuersos apud Homerū? Atqui hos quoq; inueneris. Regis quasi simulachrū uel uno expressit uersiculo.
ἀμφότερον βασιλεύς τ᾽ ἀγαθὸς, κρατερός τ᾽ αἰχμητής.

Quem etiā oīum Homeri carminū uideri sibi pulcherrimū magnus

aiebat Alexander, mores autem quales esse regis oporteat ibi docet.
λαῶν δ' οἷσιν ἄνασσε πατὴρ δ' ὣς ἤπιος ἦεν
οὔτε τινὰ ῥέξας ἐξαίσιον, ὅτε τι εἰπὼν ἐν δήμῳ ἥ τ' ἐστὶ δίκη θείων βασιλήων.
Ex quo Dion Chrysostomus in libro, quem de regno secũdũ composuit totam regis imaginẽ ex Homericis dũtaxat uersibus idq; Alexãdri eiusdẽ magni iudicio representauit. Sed & optimates quiq; boeotorũ enumeratis ducibus, tredecimq; pheacũ nõ ignorat, neq; itẽ populum qui in achillis Clypeo æquo iure uiuentem finxerit ciuitatem. Contra Tyrannum illo exprimit loco.
εἰς Ἔχετον βασιλῆα βροτῶν δηλήμονα πάντων
ὅς κ' ἀπὸ ῥῖνα τάμῃσι καὶ οὔατα νηλέϊ χαλκῷ
Paucorũ uero, & confuse multitudinis imaginẽ in procis, Troianisq; depinxit. Deorũ cultũ ubiq; insinuat, Parentũ aũt in telemachi psona. quibus etiã deberi alimenta a filiis uel uno significat uerbo cũ inquit
οὐδὲ τοκεῦσι θρέπτρα φίλοις ἀπέδωκε.
Fratrũ beniuolentiæ in agamẽnone & Menelao, amicorũ in achille & Patroclo, uxoris uniq; in Vlysse & Penelope proponit exemplũ, amorem patriæ hoc uersu cõmendat.
εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης. Ciuium inter se in his uerbis.
ἀφρήτωρ ἀθέμιστος ἀνέστιος ἐστὶ ἐκεῖνος
ὃς πολέμου ἔραται ἐπιδημίου ὀκρυόεντος. In mentientes ita inuehitur.
ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς Ἀΐδαο πύλῃσιν
ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθῃ ἐνὶ φρεσίν, ἄλλο δὲ εἴπῃ.
Neq; uxoribus credenda arcana, neq; eis quidq̃ sine uiri auctoritate conandum in illis deniq; declarat.
Ἥρη μὴ δὴ πάντας ἐμοὺς ἐπιέλπεο μύθους εἰδήσειν. item
Μήπως μοι μετέπειτα χολώσεαι, εἴ κε σιωπῇ
οἴχωμαι πρὸς δῶμα βαθυῤῥόου Ὠκεανοῖο.
Et mandata domesticis dant, qui in bellum proficiscuntur, ut Hector adq; Vlysses, & Tutores orbis filiis apud Homerum præficiuntur, & mediocres non improbantur luctus sicut nimii castigantur. Exequiarum quoq; & funerum & sepulchrorum, præcipueq; eorũ, quæ uocentur πολυανδρια ritus, cõsuetudinẽmq;, ludis quoq; & certaminibus additis uel ab ipso excogitata possis existimare. Rem uero bellicã in qua maxime occupatus est omnibus ipsius partibus toto opere dispergit. Nam & concurrũt apud illum armatæ acies, & mœnia oppugnantur, & nauali interim prœlio res geritur, & in ripa fluminis agmen dirigit̃ & singularia ineũtur certamina. Et disciplina est ducibus, præ-
mittere

mittere equites submittere pedites, singulosq; uiros singulis cohortib⁹ præ.icere, cumq; & fossa, & uallo castra cõmunicãtur in mediis eis regis collocãtur tabernacula cũ in extremis fortissimi uiri Achilles, atque aiax tentoria habeant. Nec doli defuerint militares, neq; ad oppetendam pro laude morté pulcherrima adhortaméta, neq; ité præmia fortibus, sic ut nec desertoribus supplicia est & uulnerũ discrimen, adq; ut in pectore laudantur, ita uituperãtur in tergo, sunt & pcepta maxie utilia, ut quæ neglectis spoliis instandũ protinus hostibus fugientibus iubent. Nulliusq; nõ ætatis præsto sunt exépla. Quid auté de medicina dixero. quã nisi maximi faceret nunq̃ illa profecto scripsisset.

ἰητρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων

Qui etiã scientiã esse illam significat i his ἰητρὸς δ᾽ ἕλκεσιν ἐπιστάμενος περὶ πάντων. Scientiam aũt salubriũ insalubriũq; cum dicat. φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ, μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά. Neq; ulla medicinæ pars est cuius nõ hic auctor aliquãdo meminerit, ut eius, quæ ĩ contemplatione occupata sit eo loco.

τοῖα Διὸς θυγάτηρ ἔχε φάρμακα μητιόεντα. Cuius cum alterum. membrum in signis alterũ in causis contemplandis uersetur, de priore in pestilentia ab Achille intellecta, de posteriore in his innuit uersibus.

οὐ γὰρ σῖτον ἔδουσ᾽ οὐ πίνουσ᾽ αἴθοπα οἶνον.
τοὔνεκ᾽ ἀναίμονές εἰσι καὶ ἀθάνατοι καλέονται

Cúq; ea medicinæ pars, quæ in actione cõsistit, aut uictui moderetur, aut manũ uulneribus exulcerationibusq; admoueat, aut potiõibus curet, nullã ex iis omnino singularis uates prætermittit. Nouit.n. acutatũ discrimen lentarũmq; ægritudinum.

τίς νύ σε κὴρ ἐδάμασσε τανηλεγέος θανάτοιο
ἢ δολιχὴ νοῦσος, ἢ Ἄρτεμις ἰοχέαιρα
οἷς ἀγανοῖς βελέεσσιν ἐποιχομένη κατέπεφνεν

Sed & tenuitaté uictus multis locis cõmendat, & uini usum non ignorat, Nã ut ingurgitanti maxime noxiũ esse, ita modice à defatigato sũptum uiribus docet cõferre. Adq; ut suaue uinũ letitiæ, genioq; dedicauit, ita temetũ qđ dicitur uehemens & capiti noxiũ cyclopi obtulit, at pramniũ illud uinũ quod stypticæ maxime naturæ esse dicitur, etiam uulnerato machaon indulxit. Exercitationes aũt sic probat ut ne procis aut quidem phæacibus adimat, & lassitudini somnum remedio eẽ in Vlysse naufrago significat: à quo item resolui membrorum compages non ignorat. unde illud ὁ δ᾽ ἀνακλινθεὶς, λῦθεν δ᾽ οἱ ἅψεα πάντα
Periculosa esse quæ supra modũ fiant, multo etiam ante hippocratem

admonuit Homerus,magnũ eſſe ad ualitudinẽ momentũ,in aeris habitu,adq; natura indeſcribendis probauit helyſiis quæ ſit reſrigerandi uis in reſpirante quaſiq; reuiuiſcente monſtrauit ſarpedone. Quãtum calida ſométa fatigatis,proſint in eodé naufrago Vlyſſe,quãtu autem lauacra ei in Vlyſſe,Diomedeq; uigilia confectis declarauit. Age uero, q̃ artificioſe apud Homerũ Sauciũ Menelaũ curat Machaon. Primũ uulnere ſagittam eximit,tum diligẽtiſſime plagam inſpicit,exprimit dein ſanguinem,poſtremo arida inſpergit medicamenta. Sicut patroclus radicem i Eurypyli uulnus amaram indidit,haut ignarus,maxie ad exiccandum ualere amara medicamenta Sed & laboranti poſt curationem diutule aſſedit,ut eius animũ ſcilicet lepidis fabulamentis,a cruciatu ſeuocaret. Potionũ etiam uel quæ proſint uel quæ obſint illa ſint exempla,cũ helene crateri infundit, φάρμακον νηπενθές τ' ἄχολόν τε κακῶν ἐπίληθον ἁπάντων ἐν δὲ βάλλε κρατῆρι καὶ ὕμμας πάντας ὀλέσθαι.

Eſt & diuinationis à ueteribus habita ratio,cuius altera pars,quẽadmodum placet Stoicis artificio cõſtat,ut haruſpicina,auguria, ominaq; & ſymbola. Altera citra artificiũ eſt,ut ea quæ ſomniis,quæq; diuinis furoribus cõtinetur. Omnium ꝓfecto(ſi quæſieris)apud hũc noſtrum inueneris mentioné. Nam & Vlyſſes inquit.

φήμην τίς μοι φαίνει ἐγειρομένων ἀνθρώπων
ἔνδοθεν, ἔκτοθεν δὲ διὸς τέρας ἀλλο φαίνοι

adeo ut ne ſternutamenti quidem præſagium deſiderari ſicut nec hominis, qui diuinam ipſe uocem exaudierit,ut haudquenq̃ miremur, Socratrem quoq; ut teſtatur Plato Genio quodã ſubiicíẽte ſolitum fabulari. Adde huc ꝙ ne Homerus quidem ipſe negari poteſt futuroꝝ præſcius,qui tauto ante manſurũ apud æneadas perpetuo canat ipiũ.

νῦν δὲ δὴ αἰνείαο βίη τρώεσσιν ἀνάξει.
καὶ παίδων παῖδες τοί κεν μετόπισθε γένωνται.

Quod quidem etiam ante nos animaduerſum à Silio Italico eſt quiita de Homero ſcribit. Adq; hæc cuncta prius q̃ cerneret ordine terris prodidit,& ueſtram tulit uſque ad ſidera Troiam, Idem & tragœdiæ ſummus babetur auctor,cum nihil profecto uideri aliud Homeri poemata poſſint,niſi actus quidam & dramata,demptis modo ſcelerum exemplis quæ fortaſſe immoderatius poſteriores perſequuntur. comœdiã quoq; ab eodé ipſo putãt emanaſſe. quod diuerticula quædam in grauiſſimo opere inueniantur ad riſum,hilaritatemq; excogitata,ut claudicans pincerna deorum, & uanus ille,ac deformis Therſites

sites, Irusq; luctans cum Vlysse, & Mars cum Venere, a Vulcano irretitus, sed nec amatorios, aut affectus, aut sermones in eo requires, quãuis pudori legentis maxime parcat. ex ea quippe nota est & illud.

οὐ νέμεσις τρῶας καὶ ἐυκνήμιδας ἀχαιοὺς
τοιῇδ' ἀμφὶ γυναικὶ πολὺν χρόνον ἄλγεα πάσχειν

Sunt nihilominus & epigrammatum exempla apud ipsum, sicut

ἀνδρὸς μὲν τόδε σῆμα πάλαι κατατεθνειῶτος
ὅν ποτ' ἀριστεύοντα κατέκτανε φαίδιμος ἕκτωρ item
ἕκτορος ἥδε γυνὴ ὃς ἀριστεύεσκε μάχεσθαι
τρώων ἱπποδάμων ὅτε ἴλιον ἀμφεμάχοντο.

Quid si eundem picturæ quoq; magistrum, auctorémque uocemus, num opinor mentiemur? cum præsertim sapientis dictum feratur, poesin esse loquentẽ picturam, sicut e contrario pictura ipsa muta poesis uocatur. quod si cui fortasse, aut absurdum uidetur, aut magnificũ nimis, legat obsecro uel illam in Achillis clypeo cælaturam, uel si hoc grauatur, locũ certe hunc de Euryclea anu, Vlyssem ex cicatrice agnoscente diligenter consideret, cuius equidem imaginem, statumq;, & habitum non tam accipere auribus, q̃ ipsis plane oculis uideor usurpare.

τὴν γρῆυς χείρεσσι καταπρηνέσσι λαβοῦσα
γνῶ ῥ' ἐπιμασσαμένη, πόδα δὲ προέηκε φέρεσθαι
ἂψ δ' ἑτέρωσ' ἐκλίθη· τὸ δ' ἐπὶ χθονὸς ἐξέχυθ' ὕδωρ.
τὴν δ' ἅμα χάρμα καὶ ἄλγος ἕλε φρένα, τὼ δέ οἱ ὄσσε
δακρυόφιν πλῆσθεν· θαλερὴ δέ οἱ ἔσχετο φωνή
ἁψαμένη δὲ γενείου, ὀδυσσῆα προσέειπεν
ἦ μάλ' ὀδυσσεύς ἐσσι φίλον τέκος, οὐδέ σ' ἐγώ γε
πρὶν ἔγνων, πρὶν πάντα ἄνακτ' ἐμὸν ἀμφαφάασθαι
ἦ καὶ πηνελόπειαν ἐσέδρακεν ὀφθαλμοῖσι
πεφραδέειν ἐθέλουσα. Et quæ deinceps sequũtur. sed ne in immensum prouehamur oratione. probemusq; aliquantulo uobis, quod à principio nos facturos promiseramus, summum esse, uel Homeri ingenio, uel operi tribuendum locum, agedũ Plinii secundi grauissimi, doctissimiq; uiri, in hac re testimonium adducamus. ingeniorum (inq̃) gloriæ quis possit agere delectũ per tot disciplinarũ genera, & tantam rerum, operumq; uarietatẽ? nisi forte Homero uate græco nullũ felicius extitisse cõuenit, siue opis fortũa, siue materia æstimetur. itaq; Alexãder magnus (etenĩ ĩsignibus iudiciis optĩe citraq; ĩuidiã tã supba cẽsura pagetur) iter spolia Darii Persarũ Regis unguẽtorũ scrinio capto quod erat auro, gemmisq;, ac margaritis pretiosum, uarios eius usus

amicis demonstrantibus,quando tædebat unguenti bellatoré,&militia sordidum,immo hercule inquit librorum Homeri custodiæ det,ut pretiosissimum humani animi opus,quam maxime diuiti opere seruaretur,hoc scilicet Alexandri de Homero iudicium fuit,cuius ét poesin utranq; non solum expeditionum comitem suarum,sed capiti quoque subiectam dormiens plerunq; dicitur habuisse, eiq; adeo studiose incubuisse,ut totam plane aduerbum edidicerit,eumq; poetã nunc summum uirtutis præconem,nunc poetam appellare regium consueuit,cuius quidem carmina,non ut aliorum ad citharam,sed ad tubã potius canenda dictitabat,tum malle se Thersiten Homeri esse,q̃ Choerili Achillem aiebat,Achillémq; ipsum fortunatum prædicabat,qui laudum suarum præconem Homerum inuenisset.Ptolemæus autem Philadelphus Rex ille studiorum laude celeberrimus, tãtus Homeri propugnator fuit,ut Zoylum illum cognomento Homeromastyga,q Homeri se castigatorem profiteri foret ausus, delusum prius aliquandiu,extremo tandem supplicio excruciatum necauerit.nec Scipionem crediderim Affricanum tantum illum uirum non Homero plurimum tribuisse, cum in euocandis manibus apud Silium quærat à Sibylla, quæ nam sit illa umbra,quam tanta heroum ad/mirantium manus cõitetur,cui cum Sibylla Homeri esse aíam respõdisset,tum Scipio talem Romanis poetam contingere optat,felicem,& ipse Achillem uocans, qui tanti uatis carmine sit celebratus.sed ipsum obsecro Silium si uidetur canentem audiamus.

Atq; hic elysio tendentem limite cernens,
Effigiem iuuenis castæ,cui uicta ligabat
Purpurea effusos,per colla nitentia crinis,
Dic ait,hic qui nam uirgo,cui luce refulget
Præcipua frons sacra uiro,multaéq; sequuntur
Mirantes animæ,& læto clamore frequentant,
Qui uultus,quem si stygia non esset in umbra
Dixissem facile esse deum,non falleris inquit
Docta comes triuiæ,meruit deus esse uideri,
Et fuit in tanto non parum pectore numen.
Carmine complexus terram,mare,sydera manis
Et cantu musas,& Phœbum æquauit honore,
Adq; hæc cuncta prius quam cerneret ordine terris
Prodidit,ac uestram tulit usq; ac sydera Troiam
Scipio perlustrans oculis lætantibus umbram.

Si nunc

Si nunc fata darent, ut Romula facta per orbem.
Hic caneret uates, quanro maiora futuros,
Facta eadem irritrarent, hoc inquit teste nepotes.
Felix Eacide, cui tali contigit ore,
Gentibus ostendi, creuit tua carmine uirtus.

Nec ullus fere unquam fuit insignium philosophorum, qui non poetæ huic impense operam dederit. Nam Socrates ille philosophorum parens ita se ei totum addixit, ut esse Homeri discipulus a Dione chrysostomo dicatur, licet ante ipsum poeta hic aliquot sæculis, ætatibusq; floruerit. Archesilaus autem, nunquam aut lecto surgebat, aut cubitũ discedebat, quin quasi soléniter ex Homero aliquid lectitaret, ad amasium pullumq; suũ ire se dictitans. Anaxagoras porro ét Metrodorũ ad hunc legendum adhortabatur, ut de ipsius carminibus naturæ rerũ elicere disciplinam, testari identidem solitus homericam poesin circa iustitiã maxime, uirtutémq; consistere. Aristoteles ipse multa in Homerum commentatus dicitur, neq; quidq̃ habere antiquius uidetur, quam ut ei⁹ auctoris uersus, suis de philosophia libris íterserat, idémq; tradit, Empedoclem agrigentinum, summum illum uirum in primis homericũ fuisse. Pyrrhoẽmquoq; scepticæ herescos auctoré, magnopere Homero deditum scribũt, sicut ut eum supra quam dici possit, admiraretur, eiúsq; semper carmina haberet in oratore. Nam Aristarchũ, Cratetémq; criticos illos, itémq; philosophos grauissimos, Zenonem, adq; Heraclidé compositis in Homeri, uel laudem, uel enarrationem uoluminibus, maximam sibi aiunt gloriam comparasse. Nam de Platone ipso quid dicam nescio, Qui, cum huius auctoris poesin inter prima admiretur, eúmq; uelut rerum omnium imagines concipiẽtem, omnísq; effingentem uoces, fluuiorum, uentorum, adq; undarum augusta maiestate sublimem, plenũq; omnis gratiæ, adq; leporis, neget ullo pacto sine diuino afflatu, musarúmq;, & apollinis ístinctu, talem, tantúmq; euasisse, eundem tamen ciuitate illa sua, non quidem expulit, aut eiecit. sed unguentis delibutum, coronatúmq; uelleribus honorificentissime dimisit, quod (inquit) parum digna de superis, parum læta de inferis fabulatus est. Qua in re iure ne culpetur uates optimus, maiore ꝑfecto ocio diiudicãdũ existimo. neq; n. temere ausim duobus mihi amicissimis hoĩbus, grauissimo utroq;, adq; sanctissimo íterse accusãtibus, dãnare alterutrũ. Cæterũ Platoni ipsi, oĩo multus í ore Homerus é, qué. s. ét magistrũ uitæ appellare non dubitat, sicut nec eos ꝓdicare fortunatos, q usq; quaq; í ei⁹ ꝑtractãdis poematis uersent.

Neq; enim si nocere moribus, homeri libros antiquitas iudicasset, in illorum potissimum lectione, pueros exercuisset. Nec iuriscõsulti nostri, sapientissimi homines, aut illius carmina scriptis suis, q̃uis græca latinis immiscerent, aut eum (quod faciunt) omnium parentem uirtutum nuncuparent. Nec denique theologorum ille omnium fortasse & grauissimus, sed certe (ut mihi uidetur) eloquentissimus Basilius, cui magno cognomentum fecerunt, tam audacter, quodã in libro fateretur, Totam Homeri poesim laudem esse uirtutis. Nam quid barbariã illã extremã, boristhenitas, indósq; cõmemorem, quorum alteri, magnam impendere Homero operam dicũtur soliti. Alteri uero ẽt patria lingua, eum habere conuersum perhibentur. Et cum stellatum quarũdam spectaculo indi careant, q̃ in nostro orbe uisuntur, Priami tamen calamitates, Hecubæq;, & Andromaches lamenta, tum Hectoris, adque Achillis fortissima facta ipsi nobiscum pariter contemplantur. Qua quidem in re etiam mihi Orphei citharam, sirenúmq; cantus uidetur superasse. neq; n. ẽ maius, saxa, & syluas, & immães ferarum greges, dulci modulamento mulcere, q̃ barbaros hoĩes, linguæ rerúmq; nostrarum imperitos, sine ullis natiui sermonis illecebris, materiæ tamen grauitate, sensuúmq; uarietate, & pondere, quasi delinitos, captósq; attrahere. Quæ cum ita sint, quid nobis agẽdum est eruditissimi uiri? An erimus barbaris quoq; ipsis duriores, adq; immaniores, ut hoc celeste opus, in quo tot uirorum lumina, studium omne suum, adq; industriam posuerũt, ipsi in camœnarum gremio enutriti, iacere neglectum in situ, adq; in tenebris patiamur? Tantósq; illos oĩum doctrinarum, sapientiæq; thesauros, tot illa, tãmq; expressa uirtutum simulachra, adq; exempla, tam multa deniq; ad bene beateq; uiuendum adminicula, adhortamentáq; cæcis (ut aiũt) oculis, aut surdis auribus pertransibimus? quin agite mecum alacres, musis beneiuuantibus, regémq; disciplinarum omnium uirtutúmq; parentem, communi fortunæ iniuria perculsum, adq; prostratum, attollite certatim ab humo, adq; erigite, ut hoc tam magno quasi duce recepto, & cõseruato, periclitanti iampridem pulcherrimæ græcorum linguæ, signum ad bene sperandum aliquod, quasiq; uexillum ostendamus, ut quæ in patrio solo deplorata penitus, adq; extincta iacet, apud italos certe, adque adeo in hac pulcherrima ciuitate uestra. Fl. uiri opera reuiuiscat.

DIXI.

ANGELI POLITIANI ORATIO SVPER FABIO QVINTILIANO, ET STATII SILVIS.

Nteq̃ ea dicere exordiar Iuue· quæ ſuſcepti à nobis operis
a propria eſſe uidentur, rationem uobis totius conſilii mei
paucis explicabo. Non.n. ſum neſcius fore aliquos, quib⁹
meum non ſatis iudicium probetur, ꝙ ex tanto optimoꝝ
probatiſſimorúmque numero uoluminum Statii potiſſimum ſiluas
Quintilianíq; oratorias inſtitutiones enarrandas ſuſceperim, quorum
alteras ne poetæ quidem ipſi ſatis editione dignas dicant exiſtimatas, al
teras auté, & ſi maxime accuratæ, eruditiſſimæq; uideri poſſunt, Cicero
nis tamen eodem in genere ſcriptis non fuiſſe anteferendas. ad hæc ne-
que ſatis à nobis noſtrum fieri officium iudicent, qui hac ingenii tenu
itate, hac doctrinæ paupertate, hac tam exigua, atq; adeo nulla dicendi
exercitatione cum ſimus, nouas tamen quaſiq; intactas uias ingredia-
mur, ueteres, tritáſq; relinquamus, Neq; autem diſcentium cõſulere uti-
litati, qui eis maxime ſenibus ſcriptores prælegamus, quo iam Roma-
næ nobilitas eloquentiæ, & quædam quaſi ingenuitas degenerauerat,
multóq; nos profecto fuiſſe rectius facturos, ſi Virgilium, Ciceronéq;
ipſos latinæ facundiæ principes exponere eſſemus aggreſſi, his itaq; co
gitationibus, rumoribúſque hominum non malorum fortaſſe, noſtri
uero etiam amantium paucis occurrendum eſſe exiſtimo· Quod igi-
tur ad Statium attinet, ut non hos ſatis eſſe abſolutos libros pauliſper
dederimus, nihilo tamen ſecius, cur eos prælegendos ſuſcepimus egre
gie nobis ratio conſtiterit· quid.n· prohibet, uel ideo adoleſcentibus nõ
ſtatim ſummos illos, ſed hos, ſi ita placet inferioris, quaſiq; ſecundæ no
tæ auctoresediſcẽdos præbere, ut imitari illos facilius poſſint. Nã quẽ-
admodum nouellis uitibus humiliora primo adminicula, atq; peda-
menta agricolæ adiungunt, quibus ſe gradatim clauiculis illis ſuis, qua
ſiq; manibus attollentes in ſumma tandem iuga euadant· ita nec ſtatim
ad ipſos, ſicuti primi ordinis ſcriptores uocandi adoleſcẽtes, ſed humi
lioribus iis, qui tamen haud abiecti humi, iacentéſq; ſint, quaſi paula
tim, inuitandi ſubleuandíq; uidentur· Itaq; neq; qui aurigari diſcũt, ua
lentiſſimas ſtatim, ac præferoces ad currum quadrigas adhibent, nec q̃
naturali erudiũtur prælio, nõ in portu prius trãquilloq́; mari aliquã-
diu exercentur, neq; non· multo facilius, multóq; libentius adoleſcen-
tuli in ſcholis doctiores cõdiſcipulos, q̃ magiſtros ipſos imitantur, nõ
enim cuiquam temere euadere ad ſummas licuerit, niſi ꝓxime quæq;

antea nisi quæ paratissima amplectatur. adde hūc, ꝙ qui primos illos uobis explicatum ierint, abūde semper habuistis ad eos, q se demittere non recusarit, nullius uobis quantum uideam ad hanc usque diem copia extitit, ut uel hoc ipso nomine magna illis habenda sit gratia, qui dum uestris consulant utilitatibus, quid de se quisq; opinetur, haud in magno ponunt discrimine. Quanquā in hoc quidem, de quo agimus Statio, longe mihi ab iis, quæ dicta sunt aliena mens fuerit. ut. n. non ierim inficias posse aliquid in tāta latinorum supellectile īueniri, quod his libellis uel argumenti pondere, uel mole ipsa rerum, uel oratiōis ꝑpetuitate facile antecellat. Ita illud meo quasi iure posse uideor obtinere eiusmodi esse hos libellos, quibus uel grāditate heroica, uel argumētorum multiplicitate, uel dicendi uario artificio, uel locorum, fabularum, historiarum, consuetudinūmq; notitia, uel doctrina adeo quadā remota, literísque abstrusioribus, nihil ex omni latinorum poetarum copia antetuleris, atq; id ita euenire usu necesse fuit, ꝙ cum singulæ ipsæ, quæ syluæ inscribuntur, singula à se inuicem disiuncta argumenta continerent earúmque fines, haud ita multos intra uersus includerentur, nihil profecto sibi reliqui facere ad industriam, circumspectionémq; poeta debuit, cum & tantæ rerum, de quibus ageretur uarietati respondendū uideret, & haud longo ī opere somnum obrepere sibi ne fas existimaret. Itaq; ut omnē facillime culpam præstari, ab eo intelligas nihil in illis non sagacissime inuentum, non prudentissime, dispositum est, nullus non tentatus locus, atq; excussus, unde aliqua modo uoluptas eliceretur. Elocutionis autem ornamenta, atq; lumina tot, tantáque exposuit, Ita sententiis popularis, uerbis nitidus, figuris iucundus, tralationibus magnificus, grandis, resonánsq; carminibus esse studuit, ut omnia illi facta compositáq; ad pompam, oīa ad celebritatem comparata uideātur, tantū́mq; abfuit quominus tam multiplici materiæ omnibus locis suffecerit, ut eum quoq; quasi Phidias aliquis, aut Apelles insigni opis artificio supauerit. itaq; ut in Thebaide, atque Achilleide secundū sibi inter eius ordinis poetas suo quasi iure locum uindicarit, ita in his syluarum poematis, in quibus citra æmulum floruetit, tā sese ipse, ut meum est iudicium post se reliquit, q̃ eundē Virgilius Maro in superioribus antecesserat. atque huic nostræ de his libellis sententiæ, cum omnes docti uiri, siqui modo illos attigerūt facile suffragabūtur, tum uos (ut spero) ipsi cum totos penitúsq; inspexeritis, sine ulla cōtrouersia assentiemini. Quod siquis nunc forte à me ita quærat, cur igitur si tam nihil in his syluis desiderandum arbitraris, ipse illas tamen

suus

suus auctor, uix quæ in publicum ederentur dignas existimauit, hunc ego contra sic rogabo, cur autem tandem ediderit, si minus ꝓbabat, neque enim tam quid quisq; cogitarit, ꝙ quid tandem senserit, quid decreuerit, quid deniq; effecerit perpendendum est. Itaq; dum se diu multúq; dubitasse ait, an eos libellos de integro collectos emitteret, facile ad id uiam sternit, quo sibi perueniendum destinauerat, ut tumultuaria scilicet esse illos, subito q; calore effusos persuaderet, quálibet enim multis neq; fucosis ornamentis abundarent, minime tamen homini de omni sua existimatione sollicito, uel hæc ipsa celeritatis commendatio fuerat negligenda, quippe cui & indulgentia liberior, & uenia procliuior, & admiratio maior deberetur. Neq; non tamen quam maxime emendatos esse, uel inde colligimus, ꝙ non temere ipsos, neq; inconsulto, sed post longam demum consultationem, quasi quę subducta prorsus ratione edendos censuerit, at uidebat inquies ipse profecto non nihil in his de expolitione desideratum iri. Itaq; quasi suæ conscius imbecillæ causæ ueluti petita ultro uenia sese ꝓmunit, hoc si nos maxime cōcesserimus nihilo tamen secius, posse hos esse, uel quã emendatissimos peruiceri-mus. Ita enim pleriq; ingenio sumus, non tam quid operis effecerimus ꝙ quanti nobis opera steterit ponderamus. Quapropter sæpe euenit ut ue id morositate quadam ígenii, siue iudicii nimia seueritate, atq; adeo tristissima censura, ut nihil iterum absolutum putemus, nisi in quo uehementissime laboratum sit. Contra uero sæpe usu uenit, ut scripta nostra nimia cura, uel peiora fiant, neq; tam lima poliantur ꝙ exterantur. Atq; hoc nimirum excellentissimus pictor Apelles significabat, cum ase una i re Protogenem superari diceret, ꝙ ipe manũ de tabula sciret tollere. Hinc contra statuarius Callimachus Cacizotechnos meruit appellari, quod semper & ipse calumniaretur. neq; diligentiæ finem haberet itaq; cum emendata eius essent opera, gratiam tamen iis omnē diligentia abstulerat. hoc ipsum & Suetonius in Tiberio indicat, quem morositate ait stilum obscurare solitum. Nocet enim ꝓfecto sæpe nimia diligentia. Et ut cultus concessus, atq; magnificus addit autoritatem, ita accersitus ille, atq; fucatus, bonam ipsam uirtuté lenocinio contaminat. Quod si quis tamen pertinaci⁹ illud obtinere uelit, imitatiōe indignas esse has papinii syluas, quas pene ipse auctor improbauerit, idem pari ratione & Virgilii Aeneidem, ne lectione quidem dignam, atque igni etiam concremandam iudicare possit, ꝙ summi homo elegantissimiq; iudicii eius auctor, Virgilius Maro flammis abolendam cauerit testamento, nos tamen & Aeneidem in primis legimus, & græcis illam preci

pue,Homeroq; opponimus,& Statii syluas egregium , atque in eo ge-
nere unicú opus, quódq; auctori suo felicissime omniũ successerit,nõ
solum publice enarrandas , sed ediscendas etiam, & oratoribus æque,
poetísq; imitandas,exprimendásq; censemus.Ac de Statio quidem ha
ctenus.Quintilianum uero non nos quidem illum Ciceroni prætu-
lerimus, Sed has certe eius oratorias institutiones Rhetoricis Cicero-
nis libris pleniores,uberiorésq; esse existimamus.nẽpe quæ ab ipsa qua
si infantia,atque ipsis incunabulis instituendum oratorem susceperit,
summámq; eius eloquentiæ manum imposuerint.Itaq; ne ipse quidẽ
Cicero satis,quæ de arte oratoria scripserit probaste oĩa uĩ.Nã & rhe-
toricos libellos in iis,qui de oratore sint,haud usq;quaq; sequitur,& ru
des inchoatósq; adolescenti sibi excidisse è manibus affirmat , & ab his
ipsis de oratore in alio ad Brutum libro identidem desciscit,neq; ĩ hoc
quoq;,quem extremum absoluerit,ulla de arte præcepta ponit,sed ora
torem quasi ipsum informat,& quod dicẽdi sit optimum genus decer
nit.Ergo ut philosophi nostri non,cum in primis Aristotelem sequan
tur,statim illum Platoni anteponunt,ita nos φ Quintilianum,q̃ Ci-
ceronem interpretari maluimus,non quidem Ciceronis sacrosãctam
illam gloriam detractauimus, sed ad Ciceronem festinantibus uobis
egregie consuluimus,hæc igitur & de Quintiliano nostra ratio fuerit.

Sed neq; inusitatas uias indagamus,cum ueterum libros auctorum
in manus sumpserimus.qui tamen si minus in usum, consuetudinẽq;
hominum aliquot iam ante sæculis non uenerunt,non tam ipsorum
culpa,q̃ fortunæ,ac temporum iniuria effectum est. quid enim nunc
attinet superiorum calamitatem temporum memoria repetere? quod
sine summo dolore facere uix pie postumus quibus insignes illi,atque
immortalitate dignissimi scriptores , partim à barbaris cæsi , fœdéque
laniati sunt,partim ab bis ipsis ad nostrorum usq; parentum memori-
am,uelut in carcerem coniecti, atq; in compedibus habiti,uix tandem
aliquando,sicut erant semilaceri,atq; trunci,multúmq; à se ipsis im mu
tati suam hanc in patriam reuerterunt.Per q̃ igitur inhumanum facinꝰ
à nobis fieret,si de nobis,déque maioribus nostris optime meritos insi-
gnis hos uiros dudum deposita capitis diminutione, iure postliminii
ciuitatem repetentes,non uel q̃ lubentissime agnoscamus,atq; ĩ ipsam,
quæ his maxime debet latinitatem suam in rem.p.suum in ordinem,
atq; adeo intra priuatos parietes nostros,intra nostrum sinum beni-
gne admiserimus.quod quidem si me nunc primum auctore adipiscẽ
tur,cur mihi tandem id uitio uertatur ,aut cur non summa potius gra

tia ab omnibus habeatur, ꝙ quasi mea priuata pecunia publicum omnium æs alienum dissoluere non dubitarim. Postremo ne illud quidem magnifecerim, ꝙ horum scriptorum sæculo corrupta iam fuisse eloquentia obiiciatur, nam si rectius inspexerimus, non tam corruptã atque deprauatam illam, q̃ dicendi mutatum genus intelligemus, Neque autem statim deterius dixerimus, quod diuersũ sit, maior certe cultus in secundis est, crebrior uoluptas, multæ sententiæ, multi flores, nulli sensus, tardi, nulla iners structura, omninoq; non tãtum sani, q̃ & fortes sũt omnes, & læti, & alacres, & pleni sãguinis, atq; coloris. Qu app. ut plurima summis illis, sine ulla controuersia tribuerimus, ita ꝑtiora in his aliqua, multoq; potiora existere iure contenderimus. Itaq; cum maximum sit uitium, unum tãdem, aliquem solũmq; imitari uelle, haud ab re profecto facimus, si non minus hos nobis, q̃ illos præponimus, si quæ ad nostrũ usum faciũt, undiq; elicimus, atq; (ut est apud Lucretiũ)

Floriferis ut apes in saltibus omnia libant.

Omnia nos itidem depascimur, aurea dicta.

Atque hoc profecto est, quod cum diu Marcus Cicero atticis illis limatis, & emunctis oratoribus operam dedisset, post illa tamen, & Rhodiis, & Asiaticis oratoribus, aures commodauit. Quorum lenti illi quidam, atque remissi, ii uero inflati, uani, atq; iactantes, utriq; uero minores atticis, quasiq; ab iis degenerantes existimarentur. Itaque egregie nobilis pictor, qui cum interrogaretur, quonam in primis magistro profecisset, illo inquit, populum intuens, & recte id quidem. Nã cum nihil in natura hominũ sit, ab omni parte beatum, plurium bõa ante oculos ponenda, ut aliud ex alio hæreat, & quod cuiq; conueniat aptandum est. quare hoc idem & uobis persuasum uelim ingenui iuuenes, ut non iis tantum, quæ à nobis explicentur contenti, alios itẽ bonos auctores pertractetis, & cum uos doctioribus, mihiq; longe anteferendis dedideritis, mea tamen hæc, quæ sedulo in medium afferuntur boni consulatis. Tales igitur nostri cõsilii causæ extiterunt, in quo tamen capiendo magis plerisq; uestrum, quibus ita cordi esse intellexetim, q̃ aut meo animo, aut priuatæ persuasioni sum obsecutus. Nũc ad rem nostram aggrediamur.

Nos quidem cum poetam legere instituerem us, ante omnia, quod ad ipsam poeticen pertineret, ea, quæ maxima in nobis fuerit diligentia enucleauimus. Idem hoc tempore de arte oratoria facere supersedebimus cum quia nihil fere ẽ, quod quidem ad Rhetoricam ipsam requiratur quin ab hoc, quo de agitur Quintiliano, uel præclarissime explicatum

sit,tum q̄ si qua nobis p̄terea succurrāt,ea suū aliud in tp̄s, suūmq; aliū in locum aptius reseruamus.quapropter iis, quæ maxime huius operis propria sunt,contenti,intentionem primum,mox utilitatem horum exponemus librorum,tum pauca de auctore prosecuti,ipsam,quæ princeps nobis occurrat epistola paucis interpretabimur.

Est autem Quintiliano propositum,oratorem eum instituere, qualé fuisse neminem,memoriæ sit proditum,qui & moribus perfectus,& oī scientia,oīq; dicēdi facultate sit absolutus.quapp qui tantæ moli sit destinatus,eum recens natum, quasi de matris gremio suum in sinum cótinuo accipit,nihilq; sibi reliqui facit,quod quidem ad educādum,erudiendum,informandúmq; illum pertinere intelligat, nunq̄ à se ante dimissurus,quā tum uiuendi,sciendi,dicendiq; omnibus numeris perfectum,atq; absolutum,planeq; oratorem summum,singularémq; reddiderit.Atq; ad hunc unum terminum omnes non suas modo,sed omnium, ut quique probatissimi forent ueterum scriptorum sententias,omniaq; præcepta quasi sagittas in scopulum rectissime collineat. Ac de intentione hactenus,utilitas autem tāta in his uoluminibus existit,quantam uix fortasse in unis,alterisue ex omni græcorum,latinorúmq; copia inueneritis.nam ut quod caput est, ipsam tantummodo, qua de hic in primis agitur Rhetoricen inspiciamus.quid est quæso p̄stabilius,q̄ in eo te unum uel maxime præstare hominibus,in quo homines ipsi cæteris animalibus antecellant?quid admirabilius,q̄ te ī maxima hominum multitudine dicentem,ira in hominum pectora,méteśq; irrumpere,ut & uoluntates impellas quo uelis,atq; unde uelis retrahas,& affect⁹ oīs,uel hos mitiores,uel cócitatiores illos emodereris,& ī hoīum deniq; animis uolentibus,cupientibuśq; domineris?quid uero præclarius,q̄ præstantis uirtute uiros,eorūq; egregie res gestas exornare,atq; extollere dicendo? Contráq; improbos pernitiosośq; homines orandi uiribus fundere,ac profligare,ipsorúmq; turpia facta uituperando prosternere,atq; proculcare?Quid auté tam utile,támq; fructuosum est,q̄ quæ tuæ rei.p.carissimiśq; tibi hominibus utilia,conducibiliáque inueneris,posse illa dicendo persuadere,eosque ipsos à malis, inutilibúsque rationibus absterrere?quid autem tam est necessarium,q̄ loricam semper eloquentiæ,telúmque tenere, quo & propugnare te ipse & incessere aduersarium, & circunuentum à pessimis hominibus tuá innocentiam tueri possis?Quid autem tam munificum,támque bene institutis animis consentaneum,q̄ calamitosos consolari, subleuare afflictos,auxiliari supplicibus,amicitias,clientelásq; beneficio sibi adiúgete,

gere,atq; retinere. Age uero ut nunq̃ forum,nunq̃ rostra,nũq̃ subsellia, nunq̃ conciones ineamus,quid tandem est in hoc ocio, atq; in hac priuata uita iucundius:quid dulcius:quid humãitati accomodatius:q̃ eo sermonis genere uti,qui sententiis refertus,uerbis ornatus,facetiis,urbanitateq; expolitus, nihil rude, nihil ineptũ habeat,atq; agreste.In quo omnia comitate,omnia grauitate & suauitate condita sint. Hæc igitur una res,& dispersos primum homines in una mœnia cõgregauit, & diffidentes inter se conciliauit,& legibus,moribusq;,omniq; deniq; humano cultu,ciuiliq; coniunxit. Quapropter etiam deinceps in omnibus bene constitutis,beneq; moratis ciuitatibus,unà omnium semper eloquentia efflorui,summumq; est fastigium consecuta. Quid ego nunc iam inde usq; ab heroicis temporibus posita facundiæ summa præmia, maximos oratoribus honores habitos,maxima commoda,publicis rebus per homines eloquentissimos importata commemorem? Quæ si iam singula non dicam exornare dicendo, sed percensere coner enumerando,ante diem clauso componet uesper olympo. Itaq; ut quod sentio complectar breui. Nulla unq̃ profecto uitæ pars, nullum tempus est,nulla fortuna,nullæ ætates,nullæ denique nationes, in quibus non cum maximas dignitates,summosq; honoris gradus facultas oratoria consecuta sit,tum non suis modo,sed priuatorum quoq;,& pluriмorum,atq; adeo uniuersæ ciuitatis rationibus plurimum contulerit. Ad hanc igitur talem,tam præclaram,tam egregiam possessionẽ Quintilianus hic noster expedita quadam,quasiq; militari uia uos perducet iuuenes,in quam citato gradu agite,dum uniuersi ingredimini,ut & decori uestro,& amicorum usui,& huius florentissimæ rei.p. emolumento cõsulatis. Hæc de utilitate. nunc de Quintiliani uita paucis absoluã.

Marcus Fabius Quintilianus ex hispaniæ oppido calagurie maxie,ꝑpter obsessum in eo Sertorium insigni, Nerone imperate à Galba,qui & ipse deinde imperator fuit,Romam adolescens admodum perductꝰ est,patre autem quantum colligimus cum erudito uiro,tum in rei.pu. suæ administratione honestissime uersato usus est. Ipse cum in ea tempora incidisset, qbus & Anneus Seneca,& Iulius Africanus, & Vibius crispus,& Tracalus,& Afer Domitius,aliiq; Romanum forum præclarissima ingenia illustrarent. Domitium in primis senem,iam colendũ sibi affectãdũq; proposuit, hominem cum omnium eius ætatis oratorum eminentissimum,tum præcipua quadam facetiarum,atque urbanitatis laude memorandum, neque illius solum actiones, uerum & domesticos sermones diligentissime omnes obseruauit. Amauit etiam fa

miliarissime æqualem suum Iulium secundum miræ facundiæ, miræque gratiæ uirum, cui tametsi properata mors iniuriam fecit, magnum tamen, sic quoq; inter laudata ingenia sibi locum uindicat. cũ uero & probatissimis moribus, & summa ingenii ui, & acerrimo studio Quintilianus esset, prima statim iuuenta celebrare forum, atq; in summis patronorũ numerari occepit, ad eamq; uirtutis, & ingenii cõmendationem repente peruenit, ut nõ solum maximæ quæq; ad illũ causæ deferrentur, sed & notarii, qui eius dicentis uerba exciperẽt, uulgo a studiosis hominibus conducerentur. Quotiens uero cum aliis agebat, omnium non solum concessu, sed & consensu fere ab ipso ponendæ causæ initium erigebatur. Primã uero actionem iuuenili quadã cupiditate gloriæ ductus, eam emisit, quæ Neuii Arpiniani causã continebat, ĩ qua quæsitum fuerat præcipitata ne esset ab illo uxor an se ipsa sua spõte iecisset. iter cæteras ãt, quas egit causas Quintilian⁹, duæ in primis insignes habentur. Altera, quam pro Regina Berenice apud eã dixit, altera, qua ream tuebatur, quæ subiecisse dicebatur mariti testamentum, & chirographum marito expirãte hæredibus dedisse, quod uerum fuerat. nam quia per leges institui uxor non poterat hæres, id fuerat actum, ut ad eam bona per hoc tacitum fidei commissum peruenirent, & caput quidem queri facile erat, si hoc diceret palàm, sed pse deperibat hæreditas. ita ergo figurate causam egit, ut iudices illud intelligerent factum, delatores autem nõ possent apprehendere, ut dictũ. idq; cum maxima Quintiliani laude utrunq; contigit. uerum præter ingenium, quod in illo fuit eminentissimum, tantam etiam uim cõcipiendarum imaginum, quas phantasias uocant, habuisse accepimus, ut frequenter ita motus sit, ut nõ solum lacrymæ illum, sed & pallor, & uero similis dolor deprehenderent. Sed cum diu iam in foro tanto successu, tantaq; gloria uersatus foret, ut inde non ingẽtis modo opes, sed & Romanã ciuitatẽ, omniaq; nobilitatis iura cõsequutus esset, & iã maxius (ut Iuuenalis ĩquit) orator haberet, hõestissimũ sibi agẽdi causas finẽ statuens, dum ad huc desideraretur, receptui cecinit, suaq; mox operam uir pculdubio hoĩum causa natus ad pcipiẽdi munus trãsferre coactus est. Quo loco adnotãdũ uobis est primũ oĩum, Quintilianũ Romæ publicum iuuẽtutis gymnasium, & e fisco eximiũ stipẽdium accepisse, multiq; ex eius ludo, quasi ex equo troiano literarum proceres extiterunt, ĩter quos & Plinius ille iunior fuit, q ẽt in epistolis Quintilianum præceptorem suum libentissime agnoscit, & Iuuenalem item fuisse (ut quidam arbitrantur) maxime uerisimile est, qui de

illo

illo his uerbis honorifice mentionem facit. unde igitur tot
Quintilianus habet saltus,exempla nouorum
Fatorum transi fœlix,& pulcher,& acer,
Fœlix,& sapiens.& nobilis.& generosus,
Appositam nigræ lunam subtexit alutæ
Fœlix,orator quoq; maximus,& iaculator.
Et si perstrixit,cantat bene.

Erat autem in eo præter cætera adeo exprompta fideli'sq; memoria,ut quæ ex tempore aliquãdo dixisset,ad uerbum etiam repetita redderet, cuius rei sæpissime periculum fecit,si quando interuentus aliquorum qui hunc honorem mererentur iterare declamationis partem coegisset,postq̃ uero inerudiendis iuuenibus uiginti annos tanta sua gloria, tantaq; iuuẽtutis Romanæ utilitate posuit,ut ab ingeniosissimo latino rum epigrammatum poeta,& uagæ iuuentutis moderator,& Romanæ togæ gloria uere meruerit appellari, etiam hunc laborem deprecatus, studiis aliquando suis quietem impetrauit,atq; ut nõ solum ætatis suæ hominibus,sed & posteris quoq; consuleret, totum illud ociũ ad hos de oratoria institutione libros componendos transtulit.quorum cum tertium iam in manibus uolumen haberet Domitianus Augustus curam illi sororis suæ nepotum delegauit.uxorem pretorii uiri filiam omnes, quæ in fœminam cadunt laudes (ut ipse inquit) supergressam, cum nondum ætatis undeuigesimum explesset annum,duos enixam filios amisit. Quorum alterum quintum iam annum egressum miræ gratiæ, iucunditatis,ingenii'que puerum defleuit extinctum. alter autem sui nomen parentis referens iamq; ætatis decimũ egressus annũ omnibus etiam,quas uix illa capiat ætas corporis,animiq; laudibus cumulatus,& consulari nuper adoptione ad omnium spes bonorũ prius admotus,atq; auunculo prætori gener destinatus,& omnium spe saeris eloquentiæ candidatus,cum octo mensium ualitudinem perpessus esset infelici parenti hos ipsos etiam in pueri usum elucubranti libros, alterum orbitatis uulnus inflexit,atq; hunc suum casum in horum librorum sexto uir pius,sed oĩum suorum superstes miserabiliter delamentatur. Hos autem qui nunc in manibus nostris libri uersãtur uictori Marcello cum summa sibi amicitia cõiuncto,tum eximio studiorum amore flagranti dicauit,de quibus id quod de Carthagine Salustius ait silere satius puto q̃ pauca dicere. Ferebantur autem & alii duo sub Quintiliani nomine libri artis rhetoricæ,neq; editi,ut ipse in quit a se,neq; in hoc comparati. Nam alterum sermonem per biduum

habitum pueri.quibus id præstabatur exceperant. Alterum pluribus fane diebus,quantum notando consequi potuerunt intercep tum bini iuuenes temerario editionis honore uulgauerant.Hos deinde compo fuit,in quibus eadem funt aliqua,multa mutata plurima adiecta. Fuit enim in homine ut in nullo unq̃ ingenuus quidam animus.Itaq; oía in his libris fedulo præcipit & omiffo interdum fpeciofiore ftili genere ad utilitatem fe difcentium fummittit, omniaq; in iis, quæ fecutus ipfe eft,quæ partim præceptis,partim ratione cognouerit ufurpata, fine ulla diffimulati one promit.Sed neq; ueterem, prorfufq; uulgatam opinionem fuam damnare ipfe in his libris eft ueritus,neq; in tanta re homo candidiffimus confcius effe fibi diffimulati in ulla parte iudicii fui fubftinuit,præter hos autem,& unum librum de caufis corruptæ eloquétiæ,& alterũ ité,qui núc quoq; extat declamatióum compofuit, miro aũt candore ueterum ingenia uirtutefque omnium iudicauit. Senecam tantum damnare,inuifumq; habere eft creditus,quod accidiffe fibi ipfe fcribit,dum corruptum,& omnibus uitiis deprauatum dicendi genus reuocare ad feueriora iudicia cótédit. nam cum folus ferè Seneca in manibus adolefcentium foret,non quidem ipfum omnino conabatur excutere,fed potioribus præferre non finebat.Hactenus mi hi de Quintiliano comperta funt,nunc ad epiftolam ipfam,fi uidetur exponendam aggrediamur.

ANGELI POLITIANI PRAEFATIO IN SVETONII EXPOSITIONEM.

i Nter omne fcriptorum genus,quibus uel græcæ, uel Romanæ literæ floruerunt ,ii mihi haud dubie de humanis rebus egregie meriti effe uidétur,ꝑ quos aut excellentium populorum,aut fummorum principum,aut oío illuftrium uirorũ res geftæ fidelibus hiftoriaꝶ monuméntis cómédatæ funt.Pofuere.n.in medio nobis uitã,mores,factaq; illoꝶ,cõfilia ité,atq; euentus rerum,ĩ quæ oís pofteritas,tãq̃ in exemplar infpicere,unde ea cape, atq; haurire documenta poffet.Per quæ uel publicis,uel priuatis rõnibus cõfuleret. Nam & iuniores ex hiftoria multiplici quadã exéplorum copia ad uitã reddũtur iftructiores,& maioribus natu uiris multo plus inde pitiæ fuppeditatur,q̃ quantum longiffima hoís ætas afferre potuerit.Itaq; L. Lucullum fcribit Cicero cum effet Roma ad bellum mitridaticum ꝑfectus rei militaris oío rudis,tantam tamen inter nauigandum,qua pcũctandis pitioribus,qua rebus geftis legendis opam pofuiffe,ut cum i

Asiam plane dux factus peruenisset, tãtus in omni genere belli extiterit, ut maximi illius regis confessione, atq; iudicio, oĩbus quorũcunq; sæculorum impatoribus anteferretur. Alexãder aũt Seuerus Romanus pnceps, quoties sibi deliberandum de negocio bellico foret, pitos historiæ hoĩes in primis consulebat, neq; id iniuria. Si.n. sapiam, quod ait Afranius usus quidem genuit, mater aũt pepit memoria, qui nã tandem sapientiores, uel esse, uel haberi debent, q̃ ei, q non ætatis unius, atq; urbis, sed oĩs æui, omniũmq; nationum facta, atq; mores aĩo & memoria cõprehenderũt. Zenobia quoq; illa, quæ post Odenatum maritum impatoria occupauit insignia, diuq; Rõanis principibus insultauit, nõ solũ græce latinam historiã pdidicerat, uerum alexandrinã ẽt, atq; orientalẽ breue ipsamet in cõpendium redegerat. Quominus mirãdum sit, non uirtutem mõ, & cõsilium, scientiam pterea gerendi impii, sed auctoritatem quoq; ei tantam supfuisse, ut se nõ arabes unq̃ regnãte, & fœmina, & barbara, nõ saraceni, nõ armenii cõmouerẽt, ut suspicari quidẽ possimus tale illi quiddam mulieri cõtigisse, quale de hoĩs rustici oxore fertur in fabulis agricola inquiunt deformi facie metuens, ne sibi cõsimiles liberi gignerentur, hoc remedium cõmẽtus est, domi imagines egregie formosas collocauit. In eas aspicere uxorem q̃ minime cõniuentibus oculis assidue iussit. Ita de se q̃ pulcherrimã subolem propagauit. Eodem hæc uidelicet pacto fœmina insignis, magnã uirorum excellẽtium similitudinẽ cõtraxerat, quorum sibi exempla ad imitandũ ppo suerat, quorum assidue facta, & mores in historia ipsa, quasi ĩ tabula aliqua, aut speculo contemplabatur. recte.o. eam Cicero tpm testem, lucẽ ueritatis, uitã memoriæ. nunciam uetustatis appellat historiã. Ea ẽ una cuius ope aduersus oẽm fortunæ temeritatem, quasi uulcaniis armis muniti sumus, atq; armati, ea hoc quoq; nobis præstat, ut qđ ad rerũ cognitionem attinet supioribus ẽt uixisse ætatibus uideamur. neq; nõ tñ & illud historiæ ingens est meritũ, qđ & bonos uiros laudãdo extollit, & ĩprobos uitupãdo detestatur, sola deniq; & custos est fidissima tporũ & ipsa à tpibus quasi mutuo referẽtibus gratiã custoditur. Negãt sanè phi quidã, appetendã gloriã esse, eãq; rectius à uirtute uelut minĩe necessariã negligi autumant. uirtus.n. inquiũt ipsa sibi est prætiũ, ipsa est p sese nullis extrinsecus illecebris expetẽda. Atq; hæc illi cũ scribũt, suũ tamẽ eis libris nomẽ ĩscribũt. Idq; uel maxĩe tũ captãt, unde exterrere alios enitũtur. nẽo ẽ.n. tã cornea fibra (ut ait Persius) quin dulcedĩe aliqua laudis titilletur, nẽo tã penitus frõtẽ, uel pstituit, uel amisit, qn metu ĩfamiæ aliquo uellicetur. quo circa recte illa apđ Prodicũ chiũ uirt⁹

queadmodũ quidẽ Xenophõ Socraticus meĩnit,iis ad se Herculẽ illecebris cõtradicẽte uoluptate cõatur attrahere,ut ĩrer prĩa decus ei honoreq; polliceatur,p me ĩquit Iuuenes senio℞,laudibus gaudẽt.Seniores ipsi iuuenũ honoribus lætãtur.Iucũde præterita meĩnerũt,suauiter in præsẽtibus agũt.Per me dis amici,cari amicis,patriæ honorabiles sunt ubi ãt uita excesserũt,nõ obscuri,nõ ĩglorii iacẽt,sed ꝑpetua meõria celebres uigẽt.Eadẽ quoq; apud Siliũ uirtus ait.

Mecum honor,& laudes,& læto gloria uultu.
Et decus & niueis uictoria concolor alis.
Me cinctus lauro perducit ad astra triumphus.

Neque enim existimandum est,aut hunc ipsum Herculem cuius egregia toto orbe terarum facinora celebrantur,aut heroas cæteros tanta illa fuisse pericula subituros,tãta adituros certamĩa,si suarum memoriã rerũ iuxta secũ ĩtermoriturã putassẽt.Pulchre itaq; Valerius flaccus de suo agẽs Iasõe ad hũc modũ exclamat.

Tu sola animos,mentẽmq; peruris.
Gloria te uiridem uider immunẽq; senecte
Phasidis in ripis stantẽ,iuuenẽsq; uocantem.

Ego uero ẽt cõditas à prĩordio urbis,ẽt posita ciuitatibus iura,ẽt mľta in usũ hoĩum ĩuẽta,atq; excogitata sola gloriæ cupiditare crediderĩm,quã nisi eẽ ciuibus necessariã,ueteres rerũ publicarũ guberbatores existimassẽt,nũq̃ tãta eius fomẽta,tot corõas,tropea,palmas,tot arcus illos magnificosq; triũphos ꝓposuissẽt.Itaq; uidere ẽ nostris his calamitosissimis tpibus ẽt cũ uirtutis fructu uirtutẽ ꝓpe ipsã ĩtercidisse,nã quis eã q̃so amplectatur,ut Iuue.ĩquit præmia si tollas,ꝑmiũ ãt qđ nã ẽ hõestius ueræ uirtutis q̃ ipsa gľia,q̃ ut ĩ reliquis mõumẽtis tpariũ aliqđ hr̃e diuersoriũ põr,Ita in excellentiũ historicorũ libris ꝑpetuũ sibi domicilium fabricata ẽ,nã oratorẽ quidẽ facile,ut oĩa extollẽtẽ in maius auerseris historia siquid uel gratiæ,uel offẽsæ dederit,suũ iã nomẽ nõ retinebit.Quãobrẽ,ut certior,uerіorq; in ore muliebri,ingenuus & natiu⁹ color q̃ uel cerussa,uel purpurisso illitæ buccæ,Ita historiæ sincerũ testionium fucosis oratorum præcõiis diuturnius.qđ scilicet & Cicero ipse intelligens belle agit cum Luccio,sui ut rumores mõumentis illius cõmẽdẽtur.Et Pli.iunior hõ ætate sua ĩter ꝑmos eloquens habitus,optat Cornelii taciti inseri historiis,qđ immortalis futuras eas augurаretur.Sed neq; orator quisquam,uel mediocris sine exemplo℞ uarietate unquam fuerit,quod sine ipsis (ut ait Cicero) nihil recte docetur,neq; historiæ munus implere alius nisi eloquentissimus poterit.Itaq;,& Plinius idem

us idem dies, noctesq; cogitare se scribit, qua se quoq; possit tollere humo. id autem solam prope historiam polliceri, beatosq; putat, quibus deorum munere datum est, aut facere scribenda, aut scribere legenda, beatissimos, qbus utrũq; atq; utinã Ciceroni quoq; ipsi parere aliquãdo historiam licuisset, q̃ tunc præcipue egregium illud ingenium parturiebat, cum scelere inimicorum caruit rebus humanis, talem iam illã quantum auguror haberemus, qualem adhuc ne suspicari quidem possumus. Nam si in orationibus illis suis, ubi oĩa ad perscriptum dicerentur, ita sunt quædam breues insertæ narrationes per oĩs ductæ sẽsus, atq; affectus, ut non dici res illæ, sed plane geri, atq; esse oculis subiectæ uideantur, quanto uberiora tandem, amplioraq; oĩa in liberrimo illo historiæ campo, quasi in olympiaco curriculo apparuissent, cum forensi asperitate carens oratio fuso, atq; æquabili suo quodam tractu deferentur, cum crebrioribus uti, & sensibus, & aculeis, liberioribusque uerbis, figuris remotioribus, & ad poeticam sublimitatem q̃ proxĩe accedentibus liceret, cũmq; omne argumentũ magis ad memoriã posteritatis, famãmq; ingenii, q̃ ad præsens iudicium ad exponendã rem gestam, q̃ ad fidem faciendam componeretur. Et quoniam dicendo ꝓuecti sumus, ut de stilo ẽt ipso historico meminerimus, non alienũ fortasse uideri poterat, reliqua etiã, quæ essent in hoc opere obseruanda, quæq; item fugienda præcipere, quo utendum principio, qui tenor rebus, qui modus accõmodandus, quæ subticenda, quibus ĩmorãdum, quæ carptim tantummodo perstringenda, quo pacto fieri fides, quoq; modo uacare oĩ suspitione auctor possit, quæ sint oĩo in temporum ordine, locorũ descriptione, causis, consiliis, euentibus, rebus ipsis gestis explicandis, obseruanda, quid spectare in primis auctorem, à quibus auocare aĩum, q̃tũ utilitati seruire, q̃tũ indulgere uoluptati oporteat. uerũ hæc, aliaq; in præsentiarũ breuitatis studio, spatiiq; (ut Virgilius ait) exclusus iniq̃s prætereo, atq; aliis post cõmmeoranda relinquo, iã nec poeticen quidẽ si ad gloriã spectes, ulla ex pte cũ historia contuleris. q̃ppe cui aut oĩo fides abrogetur, aut tum deniq; habeatur, cũ sese maxime ad historiæ ĩitationẽ cõformet. & is haberi sũmus poetarũ debet, qui q̃ facillime quorũ uelit auditorib⁹ faciat fidẽ. Quapp, & musæ quoq; ipsæ apud Hesiodũ ĩ libro eo, q̃ de deorũ generatione ĩscribitur ad hũc fere modũ de se ꝑdicãt. nã uersiculos ipsos, & si fortasse ĩcõdite, ad unguẽ tñ latine exprimere conabor, Scimus falsa q̃dem narrare similia ueris. Scimus itẽ quoties libitũ ẽ, & uera ꝓfari, sed et legũ latores, q̃q; ciuitatib⁹ iura ĩstituãt, nisi historiã plane tenuerint, mẽdose suũ

officium faciant,necesse est,ut.n.pictor qdã interrogatus quonã potis
simum magistro ꝓfecisset,populũ digito demõstrãs,illo inquit.sic isq̃
leges ferat,in ipsos hoíumcætus diligẽtissime inspicere , tanq̃ í exẽplar
debet,ut ex singuloꝝ morib⁹, quæ ad coẽm oíum utilitatẽ ptineãt,eli
ciat.Eaq; in unũ contracta,& emẽdata, tũ deniq; in mediũ ꝓferat, atq;
promulget. Ac neq; ipsas qdẽ quãlibet sacrosanctas leges, qđ mihi pa
ce oíum dixisse liceat,neq; ipsas inq̃ leges utiliores esse hoíum generi,q̃
monumẽta historiaꝝ temere cõcesserim. Nã cũ sit finis idẽ legũ latori
positus,& historico,cũq; eundẽ quasi in scopulũ uterq; aspiciat,uideli
cet, ut q̃o primis moribus iter se hoíes agãt, tanto tñ esse reꝝ gestaꝝ cõ
ditoris ꝑstabilius officiũ uidetur,q̃ legiferi,q̃to doceri hoíem,q̃ puniri,
atq; torqueri ꝑstat.Ad hæc phía quoq; ipsa,neq; de moribus agere,neq;
de dõesticaꝝ,publicarũq; administratõe reꝝ sine exẽplorũ multiplici
copia,uarietateq; satis possit.Id si cuiq̃ incredibilius uideatur,maxiorũ
clarissimorũq; de ea re phõrũ libros,atq; í primis Aristotelis in manus
sumãt.In q̃bus nullũ fere,aut pceptũ,aut documẽtũ íueniet,qđ nõ ex
ipsa historia,tãq̃ è capite,uenaq; penni,& fõte aliquo uberrimo emana
uerit.rerũ uero naturã quo pacto tractabit is , qui ipsã naturæ historiã
nõ calleat.Negẽt fortasse id argutuli q̃dã nr̃æ ætatis phí , ut q̃ nec plinii
singulare op⁹ de eo negocio cõprobẽt.Iccirco uidelicet,q̃a ẽ elegãtissíe
scriptũ, nec Arist.historiã de aíalibus euoluãt, quia latíe iã & ipsa The
odoro gaza íterpte cœpit loqui.ii mihi similes esse uidẽtur seruis,q̃ do
minorũ hæreditate facti repẽte diuites,neq; quo pacto induẽda sit heri
lis uestis,neq; oío ipsius tenere ordinẽ norũt.Sed sæpe apro,aut lepore
turdoq; forte,aut ficedula í mẽsa positis,ipsi tñ ius aliqđ fatuũ,aut pul
mentũ,& sordidissima quæq; cibaria magna igluuie deuorãt. Atq; ut
ꝑgnãtes mulierculæ,cũ circa tertiũ fere à cõceptu mẽsẽ morbo eo labo
rãt,quẽ græci medicinæ auctores κίτταν.Id latíe pica ẽ,appellauerũt.uti
les quidẽ,cõsuetosq; cibos aspnãtur,cretã uero,& extinctos carbões,aut
rudera aliq̃ auidius cõedũt,qđ multa uidelicet í stõacho excremẽta ma
le cõcocta hẽant.Ita ii nostri bñ quidẽ palliati phí, cũ sint & ipsi corru
ptissima illa sua disciplía íbuti,elegãtis quidẽ bñq; sentiẽtis scriptores,
ut pote sui dissimillios iure fastidiũt.Inquinatissimũ ãt quẽq; auctorũ
maxíe quasi blãdũ filiolũ amplectũť.Libuit mihi aliq̃ñ excutere scru
pulosius cõmẽtaria í Aristotelẽ nõ nulla,q̃ isti ítet príа adamãt,ipsis ẽt
getis barbariora.Deus bõe,q̃ mõstra í illis,q̃ portẽta dephẽdi,q̃ aut oío
nihil sentiunt, aut cõtra eũ ipsum,quẽ interpretãtur ridicule sentiunt,
contuli & græcum Aristotelem cum Teutonico , hoc est eloquentis
simum

simum cum infantissimo,& elingui. Hei mihi qualis erat, quantū mutatus ab illo. Vidi eum, uidi,& uidisse pœnituit nō cōuersum ē græco, sed plane peruersum, sic, ut ne minimum quidem alterius uestigiū in altero appareret, nihilo tñ secius, quæ ē hoībus duritia oris, arrogare sibi uenerandū philosophi nomen haud erubescunt. Sed quorsum ego hæc, cū sint, uel isti ī primis, qbus isana in gymnasiis sint posita pmia, ut tanta mercede latini homines nihil saperedīscant ēta barbaris, cū iaceant, proh dedecus,& neglectui habeantur bonæ, hoc est romanæ literæ,& quæ exercere caput, atq; attollere paulum oculos superiore sæculo cepissent, neminem iā reliquū, aut sane q̄ paucos habent, qui sublevare eas, qui erigere prostratas conetur. Quæ quidem laus propria ēē uestræ huius rei.p. debuit Florentini, ut qua in ciuitate nup eæ sunt renatæ literæ, in eadem ēt alerentur adolescerentq;, pristinumq; uigorem aliquando, atq; antiquam uirtutem recuperarent. sed redeo unde digressus sum, ne ipsa quidem philosophia inq̄ sine historiæ, adminiculo suum cursum tenebit unq̄, non magis q̄ sine uelis nautæ, atq; remigio. utq; ualentius, efficaciusq; docendi genus per exempla, q̄ per præcepta esse nemo non fateatur, ita prolixius humanum genus historia, q̄ philosophia demeref. Ac phīlosophiā quidē multi ceu prorsus inutilem, & neq; imperantibus, neq; rem.p. administrantibus accommodatam reprehenderunt. multi ēt grauius insectati uerbis icesserūt, nonnulli autem, inter quos Cicero propugnarunt. historiam nemo agit ream. nemo defendit, nullius quippe patrocinium, quæ sit innocentissima desiderat. nullis peti maledictis potuit, quæ præclarissime de uniuerso hoīmnum genere sit merita. Age uero quid dicam de artibus cæteris: quarū partim ad fœlicitatē nihil pertinet, partim (ut inqt ille) plus aloes, q̄ mellis habet, neq; tantos usus hominibus, quanta affert detrimenta, quædam ēt docent non tam quo pacto erigere uerū possis, atque fundare, q̄ quomodo prosternere, ac demoliri. Historia & fœlicitatem participat nobis,& citra ullum nocumentum prodest homini, & ueritatem ipsam uelis, equisque (quod aiunt) inter prima psequitur. quapropter, ut in pauca conferā, uere hoc mihi uideor ēē dicturus, nullius aut facultatis, aut disciplinæ tantā utilitatē, q̄ta historiæ existere, nā cū perpetua stigmata inurat ī probis, cū sēp iterna gloria afficiat bonos, illos a malis artibus metu dedecoris absterreat, hos ad p̄clara facinora spe laudis adhortef, magna merito ex pte præstātissima quæque excellentium uirorum opa dicta, factaq; ipsi accepta referentur historiæ. Sed quoniam de ea uniuersa, satis (ni fallor) pro tempore

locuti sumus, pauca etiam de illustrium uitatum scriptoribus persequamur, qui mihi quidem tanto eos antecellere uidentur, qui multifariam illam hominum, locorum, temporúmq; diuersorum, quasi syluam in medium exponunt, quanto & diligentius singula quæq; exprimere, & facilius imitari, atq; effingere, quam uniuersa quis possit. Itaq; nunquam ego, aut Plutarchum minus hominibus, q̃ Herodotũ, aut Suetonium, quam Salustiũ fatear contulisse. Vt enim Sertorian⁹ robustissimus miles totam semel equi caudam manu comprehensam auellere non potuit, quam deinde tamem lixa imbecillus setas scilicet ipsas siogulatim carpens, paulo negocio depilauit. Ita imitari cõgesta in unum uaria exempla difficile sit omnibus, seperata autem, atq; digesta facile cuiuis liceat. Auctoris ꝑterea mens cogitata illa sua rectius quasi sagittas collineabit, si sensum totum, atq; animum unum ad argumentum, atq; personam, unámq; quasi ad metam direxerit, quã si eodem tempore diuersas in partis circumegerit. neq; autem maior continentibus illis scriptis uoluptas inest, cũ nihil æque historiæ lectorem afficiat, quã uarietas ipsa rerum, in qua ancipites insint hominum casus, inexpectatiq; euentus, itaq; etiam quoquo modo scripta (ut Plini⁹ ĩquit) delectat. quod sunt natura homines curiosi, & qui nuda etiã rerũ cognitione capiantur ea, quæ haud minus hoc scribendi genere, quã perpetuis historiis exprimuntur. Cætera uero ad ingenii modo ostentationem pertineutia, neq; si adsint, asperner, neq; si absint manopere desiderem. Vt enim Nicostrato illi ab Hercule oriundo maximo quidem athletæ, sed turpissima facie homini, nemo idcirco Milesium illi Alcæum, luctatorem & ipsum, in stadio præposuerit, quod esset adulescens formosissimus, neq; enim de forma illic agitur, sed de uirtute. ita nec historia, si qua ei extrinsecus ornaméta, uelut equo phaleræ adiungantur, nudæ huic, atq; sobriæ, suaśq; tantum partis exsequenti antefe retur. Vt neq; citharedum sanus quisquam optimum esse cũ affirmauerit, q̃ quam pulcherrimam purpuram sit indutus, sed cui & in fidibus, & in cantu, numerorum, & modulationis ratio constiterit. Ad illa mihi pro se quisq; aduertat animum, quãtum domestica in iis interioraq; exempla, magisquam in superioribus repræsententur. quæ mihi haud dubio multo esse conducibiliora, utilioráque uidentur, quam eorum, quæ in foro, quæ in bello, quæ in luce, atque in oculis denique hominum gerantur. Altera enim persæpe & simulata, & temporaria, Altera propria semper, & perpetua esse solent. Nemo enim quod in prouerbio est, diutius personam ferre potest, atque hæc singula

ita

ita Suetonius hic noster persecutus in sua historia est, ut præter explicandi scientiā, qua mirifica est usus, ét diligentiam nobis, fidémq;, & libertatem suam plane probauerit. Nulla in his libris suspitio est gratiæ, nulla simultatis, nihil studio dictum, nihil suppressum metu, rebus ipsis data omnia, ueritati in primis seruitum est, ut plane appareat ad perpetuam magis possessionem (ut Thucydides ait) quam ad intuitū hoc opus, pugnámq; præsentem comparatum est. Nam qui, aut fœdis assétationibus, aut malignis obtrectatiunculis, supra quam res ipsa postulet, quasi seruire historiam cogunt, ii mihi haud minus eā dehonestare uidétur. atq; ii, qui Herculem ipsum depingant Lidiæ Omphalæ ī muliebri, & crocina tunicula famulantem, sedentémq; cum lana, & colu inter ancilullas, cū interim domina leonis induta spolium, clauam illius manu sustineat, ac supplicantis herois caput Sandalio cōmitiget. quāobrem laudandus in primis Macedo Alexander, qui Aristobulo historiam de suis rebus gestis sibi inter nauigandum recitanti, ubi homo adulator multa supra ueritatem affinxerat, ereptum manibus librum in Hydaspen fluuium demersit, & tu inquiens o Aristobule eodem fueras pacto præcipitandus, qui isto modo solus pro me depugnas, quiq;, uel iaculo ipso interficias elephantos, & iure id quidem. res enī ab aliis accipere scriptorem decet, ipsum domo prudentiam, eloquentiámq; afferre. Nam ut Phidias, Praxiteles, Alcamenes, aliiq; insignes statuarii, non ipsi aurum, argentum, ebur, reliquam materiam conficiebant, sed ab Eleis puta, argiuis, atheniensibus acceptam perpolibāt, desecabant, componebant, coagmentabant, formabant, auróq; inspergebāt. Itaq; se præclare artificio suo satis fuisse existimabant. sic eū profecto, qui sit res gestas posteritati cōmendaturus redigere, quasi in quadram, quæ facta sint, atq; in ordinem oportet, eáq; quam maxime aperte, euidentérq; disponere, sic ut qui audiat, non tam excipre sibi auribus, quam usurpare oculis uideatur. Atq; hanc in primis captare historicus laudem debet, ut libertate usus maxima in scribendo, ut neq; assétationi quasi obnoxius, neq; obtrectationi quasi offensus, sed fidei seruisse, atq; incorruptæ ueritati existimetur, ne quid in eo seruile, néue quid malignius deprehendatur, sic ut nec ullis cōditiōibus sollicitatus, neq; mercedula cuiquam auctoratus, sed sui homo iuris, rectus, atq; intrepidus neutram in partem præponderet. Neque enim debet huius operis conditor, inanis illos præsentium rumusculos statim quasi manu pretium aucupari, sed solidum posteritatis expectare iudicum. Id quod fecisse Cnidium quendam architectum dicunt, qui fabri-

catus regi maximam illam, pulcherrimámq; in pharo ægypti turrem.
unde uidelicet nautis nocturna lumina ostenderentur, suũ qdẽ nomẽ
in muri ipsius lapide clam incidit, calcem deinde super inducens no-
men inscripsit Regis, fore id, qđ accidit auguratus, ut haud multo post
literæ illæ cum lorica sua defluerent, atq; insculptum saxo apparerét.
Sostratus dexiphanis cnidius dis salutaribus ob nauigantes. non igitur
sæculi tantum sui leuissimum captabat applausum, sed sibi in longũ
tempus, dum turris illa staret prospiciebat. quod idem est in historia as
piciendum, præstare autem historico perennem laudem ueritas in pri-
mis poterit. Sunt enim posteri rerum scriptarum acerrimi iudices, &
qui à falsis æque discernant uera, atq; aurum purum purum facile peri
tus argentarius ab adulterino dinoscat. Quocirca tantum abest, ut hic
noster qdq̃, uel metu, uel studio adductus, rebus ipsis detraxerit, ut Ner
uæ etiam, Traiãi, Adrianíq; suæ ætatis Imperatorum uitas tacere præ
ptauerit, q̃ aut periculose de uiuentibus male sentire, aut extollendo
potentioris, parum uideri liber. sed neq; aut obscœnitatis apud hunc
quisq̃, aut crudelitatis exempla reformidet, siquidem, & lacedæmonii,
(ut est apud Plutarchum) soliti ẽt fuĩt per festos dies bene potos seruos
atq; ex eo parum sui compotes, quos illi ἑλωτας uocabant, ostenderei-
ter cõuiuia, atq; illo pacto docere adulescentis, quantũ in se mali ebrie-
tas contineret, & thebanus Gismenias bonos iusta, malósq; tibicinas di
scipulis ostendens, hoc mõ aiebat, canere oportet, illo non oportet, uide
licet collatæ uitiis uirtutes, magis aliquanto, q̃ si seorsum inspexeris di
lucescunt. Fuere autem ex Romanis omnibus imperatoribus nimis q̃
pauci probabiles, ut non ridicule à scurra quodam mimico dictum
sit, in uno anulo bonos omnis principes perscribi posse, atq; depingi,
cuius quidem rei multæ in promptu causæ sũt, licentia in primis, qua,
(ut Comicus inquit) deteriores sumus, rerum deinde affluentia, quæ
parens contumeliæ esse solet. Itaque feris tauris fasciculos è fœno
antiqui pastores alligabant cornibus, insinuantes (ut mihi quidem
uidetur) nulla adeo ab re alia nimiam illam ferociam, quam ab
saturitate prouenire. Vnde in prouerbium quoque adducta res est,
ut cum cauendum à quoquam significare uelimus, illum dicamus fœ
num in cornu gerere. Post hæc amici aulici, satellites, ĩprobi, factiosi
detestabiles, in quod uis facinus conspirantes, ut uere ab homulio
quodam dictum Traiano Imperatori fuit, meliorem esse rem publi-
cam, & prope tutiorẽ, in qua princeps malus esset, quã ea in qua sint
amici principis mali, unus quippe à multis facile corrigitur, multi ab

uno superari nulla ratione possunt. Ad hæc ignoratio rerum omnium pleriq; n. aut rapuerunt, priusq̃ mererentur imperium rem inuidiosissimam, aut ad ipsum tempestate quadam quasi ad scopulum ĩpegerunt, aut ĩpositũ sibi illud onus, priusq̃ uires cõsuluissent subierũt. Quapropter ut hoĩes equitandi parum periti, facile ab equo sternace excutiũtur. Ita ii sunt à principali solio nullo ferè negocio deturbati, ut à priuato adhuc Dioclitiano uere uideatur dictũ, nihil esse difficilius q̃ bene imperare, sed de his hactenus. Nunc q̃ de Suetonio ipso cõpta babeamus, haud multa illa qdẽ, sed multo cõqsita labore paucis pstrĩgamus. C. Suetonio tranquillo pater fuit Suetonius lenis, othonis augusti clauius, & qui bello ad bebriacum interfuerit tertiæ decimæ legionis tribunus. Ipse Tranquillus Adriani principis epistolarum magister aliquãdiu fuit, cui tamen successor à principe deinde est datus, quod se apud uxorem sabinam in iussu eius familiarius egerat, q̃ reuerentia domus aulicæ postularet. hunc non nulli inter grammaticos recensent, ac declamatorem fuisse perhibent. egisse eundem ẽt causas, de epistola quadam Plinii colligimus. Cuius tamen in recentioribus libris mendosa est inscriptio. Non Suetonio Tranquillo, sed Septitio claro, qui præfectus prætorii apud Adrianum fuir nostræ lectiõi uetustissimorum codicum fides astipulabitur. familiare ei Suetonio fuit amare breuitatem. idem à Flauio Vopisco emendatissimus, & candidissimus scriptor appellatur. libertas illa, qua malorum principum uitia p secutus est, etiam cuidam post eum magno stetisse dicitur. nam scelestissimus imperator Commodus, eum, qui Tranquilli librum uitam caligulæ continentem legerat, feris obici iussit, quod eundem diem natalis ipse habuerat, quem & caligula. historia duodecim Cæsarum à Iulio in Domitianum usq; descendens, octo in uolumina tantũ distribuenda est. Scripsit item permulta alia, ut de græcorum lusibus librum unum, de Romanorum certaminibus, & spectaculis duos, de anno Romano unum, de signis, quæ in libris reperirẽtur unum, ad hæc de re. p. Ciceronis contra Dydimum grammaticum, de uestium genere, atque nominibus, de ominosis uerbis, & unde quæq; fuerĩt appellata, de Roma ipsa, eiusq; institutis, & moribus libros annales. prĩum etiam stegma seriẽmq; illustrium Romanorũ, de quo scilicet uolumine, & diuus Hieronymus meminerit, de officiorum institutione, de prætoribus, cuius ex quarto, octauoq; libro, nõnl'la uerba, & Prisciãus adducit. Et scriptor ali⁹ de poetis, idẽq; de triũphis agẽs, Trãquillũ utrobiq; allegat auctorẽ scripsit etiam de uitiis corporalibus, ut meminit Seruius in Bucolicis.

Extat præterea, ſed mutilum, atq; dimidiatũ. quod ei quoq; aſcribitur opuſculum de claris grãmaticis, & rhetoribus. Atq; hæc fere ſunt, quæ de auctore hoc ex diuerſis, uel græcis, uel latinis ſcriptoribus primi nos (quod arroganter tamen dictum uideri nolim) ſed certe primi nos (abſit inuidia) collegimus, primi quantum uideo in mediũ extulimus. Nã de his omnibus apud Domitiũ quoq; ipſum Ariſtarchũ alterũ, ut iſti uolunt eſſe, mirum ſilentiũ eſt qui tamen ſiniſteriora quædam de Suetonii moribus conſectatur marii neſcio cuius teſtimoniũ citans. nos .n. adoleſcentes, ipſum me ſæpe audiri Domitiũ, cũ diceret habere ſepeculiarem marii ruſtici librum, quem cæteris incognitũ ſecum de gallia attuliſſet, qui tamen codex, ne extincto quidem illo, nunq̃ comparuit. Atq; ego quidem ſtudio incogniti mihi ſcriptoris incenſus ẽt ad ipſius Domitii parentis benaci lacus accolas acceſſi, oẽmq; eius librorum ſupellectilem ſcrutatus, mariũ certe hunc ruſticũ inueni nuſq̃. Itaq; neque obfirmabo temere, quæ ille ſcribat, neq; ut cõmẽticia refellã, quia neutram mihi in partẽ ſatis conſtat. Vos qui rem, qui hoĩem noſtis, de eo pro arbitrio iudicaritis, ſcripſere, ꝑter quos ipſe adducit, Suetõius augustorum tpm hiſtoriã, qui quidem extent græce Dion, atq; Herodianus, cuius in Alexandro & Maximino ĩprobatur fides, pauca Plutarchus, nõnulla Procopius. Latini Cornelius tacitus Suetõii æqualis, cuius ne libri lectorum incuria deperirent, iuſſit Imperator tacitus in oĩbus bibliothecis collocari, denoſq; annis ſingulis publicitus deſcribi. præter hũc Aelius ſpartianus Iulius capitolius, Lampridius Treuellius uopiſcus. Marcellinus. ac ſi cui ẽt addendi uidentur. Oroſius. Eutropius Paulus, reliqui æuo interciderũt. Græci quidem Dexippus. quo etiam duce uicti ab athenienſibus ſunt gotti, item Callicrates, Linus græcorũ longe doctiſſimus ſcriptor. alii ẽt nonnulli, quos iuſſu conſtantini ꝑncipis Tatius cirillus è græco ĩ latinum conuertit. Latini Plinius iunius Cordus loquacior Paulo, & minutiſſima quæq; ſcrupuloſius conſectatus. Philippus item patris alexandri libertus, & qui alexandri quoq; ipſius itinera conſcripſit acholius. Præter hos Marius maximus, Aelius Sabius. Fabius Marcellius, Theoclius. Aſclepiodor⁹. Aſtyanax Cornelius capitolius. Gargilius Martialis Suetonius optatiãus, qui Taciti imp. uitã ſcripſit. ipſeq; quoq; imperator Seuerus uitas bonorum principũ uerſibus comprehendit. Et is, qui nulla fide hiſtoriam cõtexuerit Gallus antipater, hæc hactenus. reliqua ſi uidetur altera commentatione tranſigemus.

DIXI.

Pro oratoribus Senensium ad Alex·vi·Pon·Max·

e

Tsi christiana omnis res pub. electione Romani Pontificis, quécunq; eum tandem esse contigerit, gaudere semper iure, ac lætari debet, quoniam sine pastore grex domini periclitatur, tamen boc tempus est B. P. in quo profecto redundantem lætitiã suam cohibere homines nequeunt, ꝙ is tu nobis Pontifex Maximus contigisti, cuius & prudentiam, & uirtutem diu Romana res pu. ecclesiaq; maximis, arduisq; in rebus experta admirataq; semper est. Verum Senensi ciuitati hoc est rei pu. nostræ ad cõmunem hanc omnium christianorum propriæ quoq; & peculiares accedũt lætitiæ causæ· sic ut pene à sedibus cõmouere se ipsa, & sua quadam uoce gratulatum uenire ad te, tuisq; se aduoluere sanctissimis pedibus uelle, ac gestire uideatur. Sed quoniam boc facere eam natura non sinit, nos ad te ciues suos. B. P. publicæ gratulationis oratores misit, qui scilicet in hoc celeberrimo gratissimoq; nobis munere uicem totius ciuitatis impleremus· Gratulamur igitur tibi Alexander Sexte Romane Pontifex, ꝙ ad rerum humanarũ fastigium subuectus, immo ad diuinitatem ipsam plane sublatus, omnia præter deum minora, inferioraq; te uideas, sic ut reges etiã ipsi & principes adorare submissi uestigia tua, & puluerẽ pedum tuorum lingere non modo non dedignentur, sed loco etiã præclari muneris concupiscant· Gratulamur & christiano gregi, cui tu uidelicet is pastor diuina prouidentia datus es, ut illum facile tutum securũq; præstiturus, & à furũ insidiis, & à luporũ incursibus uideare· Gratulamur quoq; nobis ipsis hoc est Senensi ciuitati priuatis quibusdam gratulandi causis, quas proxime suo loco cõmodius attingemus· Post hoc autẽ obedientiam tibi humilem, ac deuotum obsequium uero christi ĩ terris uicario, quanta maxime possumus ueneratione exhibemus, paratosq; semper fore pollicemur etiã uitam ipsam, & sanguinẽ, ubi opus sit, pro incolumitate, & dignitate sanctitatis tuæ, Romanæq; ecclesiæ profundere· Tum iidem & sentimus, & clare profitemur hoc obediẽtiæ officium non ad gratiam ullam, sed ex debito tibi esse offerendum sic ut à quoq̃ mortalium sine summo scelere, sine grauissimo periculo prætermitti neq; possit, neq; debeat. Nam si rerũ natura ordine quodam miro, & pulcherrima uarietate distĩcta est, sic ut à summo ad imũ per medios quosdam gradus, diuinitatis imago refulgeat, quanto hic ordo magis, atq; hæc uarietas nexa inter se, apta, & congruens in ecclesia ipsa conspici, atq; eminere debet, quæ prorsus naturam transuolat, omniq; impetu, conatuq; suo tendit ad gratiam. An uero triumphans illa in cœlis ecclesia, ordine miro fulgebit Angelorum, quorum alii

aliis præfecti subiecti' ue sint.hæc uero militans ecclesia ad illius exemplar in terris instituta incondita erit,& carebit ordine.Et quo pacto igitur terribilis erit,ut castro℞ acies ordinata?Aut quõ oĩno acies,nisi ea ad unũ quasi imperatoré diuersi quidã ordines aliis alii gradatim,uel parẽtes,uel imperãtes redigãtur?Siquidẽ unitatis ipsius,quæ maxĩe in ecclesia quæritur congruẽtior causa est,unus q̃ multi,quo circa ille & rerum naturæ sagacissimus interpres Aristoteles ubi diutius roẽm optimã præstãtissimãq; regẽdæ ac gubernãdæ uniuersitatis roẽm quæsierat,sic Homericis tandẽ uerbis exclamauit,rex unicus est, rex aũt,& princeps noster baud dubie Christus est,cuius in terris locum uertex apostolo℞ Simon obtinuit,etiã Petrus ob id appellat',quod sup eũ dominus quasi super petrã ecclesiã suã fuerat ædificaturus.Huic & claues cœlestis, terreniq; regni,& potestatẽ Christus illã imẽsam tradidit,ut quod ligaret in terris,aut solueret,ligatũ solutũq; etiã foret in cœlo.Hic est cui cœlũ ascẽsurus mandauit,ut oues pasceret suas,quo uerbo uicariũ, successorẽq; eũ sibi & instituit,& consecrauit.Hic est etiã quẽ uenire ad se super mare ipsum relicta nauicula iussit,quia nõ nauẽ hoc est ecclesiã unã sicuti alii suã quisq;,sed mare,hoc est seculũ ipsum susciperet gubernãdũ.Hic est etiã cui dixit uni ut se sequeretur. Hic idẽ unus linteũ illud è cœlo demissum uidit quadrupedibus oẽ genus serpentibus uolantibusq; refertũ,ac surgere,occidere,& mãducare inde iussus est,unde etiã merito de illo mater decãtat ecclesia,tu es pastor ouium, princeps apostolorũ,tibi tradidit deus oĩa regna mundi,ut igitur hæc oĩa in pauca conferãtur & ordinẽ habere militans ecclesia debuit, & is ordo ad unum quasi caput fuerat referendus,& totius ecclesiæ caput ac fundamẽtũ Petrus est apostolus.Sed quando ecclesiã suã Christus ita instituit,ut non protinus euanesceret,sed ad consumationẽ seculi usq; pduraret,dubitandũ nõ est,quin potestas illa tanta in ipsius quoq; Petri successionẽ, quasiq; e posteritate descenderet.Oportuit.n. (ut Paulus inquit) tãdiu hanc durare potestatẽ,q̃ diu ecclesia ipsa ædificatione indigeret.ædificatione aũt adusq; finẽ seculi indiget, in quo electorũ numerus cõplebitur.Iure igitur,p patribus tuis nati sunt tibi filii canimus in ecclesia constitues eos principes sup oẽm terrã. Neq; n.fas erat,ut ordo ille apostolicus à sapiẽtissimo Iesu Christo institutus in sui statim primordio deficeret.Sed quis rogo uerus petri successor?An alius q̃ Romanus põtifex?Non.n episcopi sedes est in qua primo,sed in qua postremo sederit.Petrus aũt Hierosolymis,Antiochiaq; relictis,Romã iubente domino,Romã hoc est in locũ pascuæ suæ properabat,ibi ad extremum

usq;

usq; uitæ spiritum pastoris functurus officio. Quod si Petrus loco domini semper, si Romanus pōtifex Petri successor, & Christi uicarius ī terris est, profecto iure diuino caput oēs tibi sancte pater, & genua īclinamus, omnesq; tibi tanq̄ ipsi domino Iesu Christo obtemperamus, tantaq; tuam .B.P. esse potestatē fatemur, ut iudicia quoq; tua firma immobiliaq; permaneant, quasi deus ipse p te iudicet. Nec autem potestas ista conferri homini ab homine tanta potuit, sed ille solus cōtulit, qui Romanā ecclesiam solus fundauit, & supra petram fidei mox crescentis erexit, quiq; beato Petro æternæ uitæ clauigero, terreni simul & cœlestis imperii iura cōmisit. Qua propter apostolicæ sedis iura priuilegiaq; sic alte radices, atq; ita in solidum egerunt, ut transferri cōmoueriq; nō possint. trahere fortasse tentabit quispiam, sed eas nō uiribus ullis rumpere, nec duro poterit cōuellere ferro. Si autem in ueteri lege tantus pōtifici honos diuino impio habebatur, ut qui iussa illius detrectaret, extremo supplicio afficeretur, quid nobis faciēdum christianis nomen illius gerentibus ē: qui sic uicariis suis locutus ē, qui uos audit, & me audit, qui uos spernit, & me spernit lesæ profecto diuīæ maiestatis crimē incurrit, quisquis dum christianū se asserit, sedi isti apostolicæ obedire cōtendit. Verum sit aliis cōmunis hæc & publica, nobis autē hoc est Senensi ciuitati priuatæ quoq; sunt, & propriæ huius præstādi officii causæ, nam & Romana semp ita nos ecclesia protexit, ut illi uni libertatē, dignitatē, incolumitatēq; nostram debeamus. Et tuus ille secundum carnē patruus in pontificatu autem pdecessor sanctæ, īmortalisq; memoriæ, Callistus eius nominis tertius toto eam sui pontificatus corpore, atq; oībus ecclesiæ Romane urib' auxiliante ēt diuinæ uirtutis prīcipe Francisco Sfortia ab Iacobi picinini incursu impressiōeq; defendit. Idemq; æneam Piccolomineum nostræ ciuitatis hominē doctrina & nobilitate pstantissimum præsulem tunc Senensem in amplissimū fratrum suo℞ Cardinalium collegium coaptauit. Quiquidem post eius obitum statim successor eidē in pōtificatu electus, & pius uere nobis, & secundus fuit, quippe qui rem pu, nostram pene ab īteritu ad uitā reuocauit, uiribus firmauit, auctoritate muniit dignitate auxit opibus honestauit, ut ne plura quidē, aut maiora optare à supis nostra ciuitas auderet, q̄ quot in eam Pius ille pōtifex, quātaq; contulit. Eniuero si referri omnia ad suas causas debent, sicuti certe debēt, profecto ꝙ uiuimus, ꝙ libertatē nostram tuemur, ꝙ dignitate, gloria, diuitiis aucti Senenses decoratiq; fumus, nulli post deum neq; magis neque prius q̄ patruo illi tuo adorandæ nobis memoriæ Callisto acceptum referimus.

A quo uidelicet tanq̃ a fonte quodã perenni, tanta illa in nos, tanq; affluens omniũ rerũ felicitas redũdauerit. Nec uero ingratus, aut immemor accepti a Callisto beneficii Pius fuit, sed expeditionẽ, quã ille aduersus imanissimũ turcæ gentis tyrãnum susceperat, obitu interpellatam statim ut ipse ad pontificatũ adscitus est, ita nauiter continuauit, ut in ipso molimine apparatuq; rerũ uitam efflauerit nihil sibi neque ad salutem certius, neq; ad laudẽ maius existimans, q̃ si sanctissimi illi⁹ sapiẽtissimiq; pontificis promotoris, decessorisq; sui uestigiis institisset. Cæterum illis forsitan importuna mors tantũ illud decus ob id ipsum inuidit, ut hæc ad te laus integra illibata indeflorataq; descẽderet. Nã & sapientia singularis, cuius tam multa experimẽta tot annis sacri princeps senatus dedisti, & præstans animi magnitudo, qua mortales crederis omnes antecellere, & ætas ipsa pariter auctoritati retinendæ laboribusq; ferendis idonea, & uigor iste tuus oculoꝝ, ac uultus plenaq; dignitatis, plena maiestatis facies, ac totius corporis uiuida quædã uis, & solidũ robur. Tum istud ipsum Alexandri nomen oĩbus orientis populis formidabile, quod tibi credo non frustra, sed diuinitus adoptasti magna quædã de te nobis rara, ardua, singularia, incredibilia, inaudita pollicentur. Nõ.n. dubitatur quin receptura retẽturaq; ius maiestatẽq; suã Romana ecclesia sit, quin uirtuti & bonis artibus honos te pontifice sit habendus ac uiri docti disciplinisq; omne genus ingeniisq; florẽtes p̃mia laborũ sint uigiliarũq; laturi, quin principes oẽs christiani arma quibus inter se nunc impie sæuiunt cõtra Maumeticã potius rabiẽ impulsu auctoritateq; tua cõuersuri sint. Tibi.n. tibi laus hæc uere Alexãdro debetur nõ magno, sed maximo, nõ regi, sed pontifici. Tunc enim uere tu pastoricũ beluas illas teterrimas, tot annos christianorũ hoc est, tui gregis cruore, & cædibus pastas, totiq; quotidie Italiæ atque adeo sedi isti tuæ sanctissimæ rabidis faucibus inhiãtes baculo isto diuinæ potestatis repelles, abiges, contũdes. Quod ut fortiter aggredi constanterq; nõ dubites en ipsa tua te patria pulcherrima illa hispania nũc maxime adhortatur, quæ quasi rebus tuis præludẽs regẽ reginãq; suos diuinis honoribus efferendos alacri studio in bellum secuta maximis quidẽ laboribus, & periculis, sed maiure profecto laude gloriaq; barbariem illã truculentã, & fœdam nostris totiens cladibus triũphantem Europæ tandem finibus exturbauit. Sed quid ego hæc apud te sũme pontifex, quasi uero aut meæ partes sint tui adhortandi, ac non potius adorandi, aut tu stimulis indigeas ullis incitãdusq; cuiq̃ sis, qui tua spõte nihil unq̃ nisi arduũ nisi excelsum nisi singulare, uel cogitas uel mo

liris

liris. Quare finem dicẽdi faciam. si prius rem pu. nostram deditissimã deuotissimãq; tibi sanctę pater cunctis animi, & cordis uiribus suppli citer cõmendauero, quę nõminus Alexandro Sexto pontifice maximo nunc exultat, q̃ olim Alexandro tertio ciui suo Romano item pontifice exultauit, illo qui Federici Imperatoris ueniam petẽtis ceruicem pede calcauit. Nam neq; dubitamus quin tuti semp sub umbra alarum tuarũ Senenses futuri simus, sicuti sub aliorum pontificũ pręsidio fuimus hactenus, & beneficia, cõmodaq; nec pauciora absite, nec minora prorsus expectamus, q̃ olim a patruo illo tuo sanctissimo põtifice accepeirmus. Reliquũ est, ut deũ optimũ maximũq; precemur, ut fęlix, faustũq; tibi sit semp quicquid agas, quicquid cogites, utq; in ista sublimi cathedra, sedens, atq; imperans annos Petri procul excedas, quo uidelicet oues tuę uocẽ agnoscentes tuam, tutę undiq; sub tãto pastore, & saturę diutina securitate perfruantur. DIXI.

Pro oratoribus Florentinorum ad Alphonsum Siciliæ Regem.

Vdito ferdinandi sapientissimi regis obitu florentina ciuitas
a inuictę Alphonse rex, nõ minus cõsternata est, q̃ si ipsa quoq; tecum parente indulgentissimo esset orbata. Nullũ n. ab eo nostra res pu. uel studium, uel officium desiderabat, quod pręstare un q̃ Pius genitor etiã carissimis liberis consueuisset, ut qui eã totiens & cõsilio iuuetit, & opibus defenderit, & auctoritate munuierit. Itaq; in com muni quasi luctu nos ad te ciues suos uenire iussit, ut tecum gemitus, lamenta suã uicem conferremus, cui postq̃ muneri satisfecissemus, tũ colligere nos ea tecum pariter mandauit, quibus cõmunis dolor si nõ penitus tolleretur, at certe minueretur. Multa autem se se nobis offerũt, quę nimium luctum quasi suo iure castigẽt. Sed illa in primis, q̃d perpetuo quodam tenore fœlicitatis est usus, dum uixit ferdinãdus, quod exitum habuit facilem, non annis melioribus fraudatus, non fastidia tristioris senectutis expertus, q̃d superstitem sibi gloriam reliquit, sic ut iustitię, sapientię, constantięq; famã, quę proprię regię sunt uirtutes nemini etiam ueterum concesserit. Ad hęc regnum tibi tradidit, hoc est cui maxime debuit, cui maxime uoluit opulentum, tranquillum, pacatum, uiris, armisq; florens. Tibi inq̃ regnum hoc tradidit Alfonse rex maximo natu filio, tot rebus, tot bellis exercitato, quem totiens uictorem complexus est, totiens triumphantem prosecutus, cuiq; uiuẽs adhuc regni totius habenas domi, forisq; tradiderat, cuiusq; uigilantia

fretus in utram uellet aurem (qđ dicitur) ociosus dormiebat. Quos au tem tibi fratres genuit? Quã quidẽ sentientes? Quã etiam semper una/nimes? Quem uero etiam nepotem uidit ex te natum, sibiq; cognomi nem regiæ uere indolis iuuenem: iam castris regendis idoneum miris excellentem uirtutibus, expressissimã quandam (ut uere omnes dicũt) imaginẽ uultus animiq; tui. Mitto necessitudines alias, amicos, socios, adiumenta, præsidia, stabilimentaq; tegni tãta, mitto popularium stu dia, quæ prius etiam per se prompta, tua tamẽ quoq; liberalitas euoca uit. Hæc igitur atq; alia, quæ breuitatis studio prætereo, cum tot tantaq; sint, ut neq; plura neq; ampliora optare homines prudentes audeant a superis, ingrati profecto simus, si non ratiocinemur, quæ reliqui sũma fiat, ac saltem bona ipsa cum aliis compẽsemus. Reliquum est rex ma gnanime Alfonse, ut rei pub. nostræ nomine, quæ tibi deditissima est omnia polliceamur, demusq; fidem nunq̃ florentinos tuos ulla in re quæcunq; sors ceciderit defuturos. DIXI.

Pro oratoribus Florentinorum ad Alphonsum Siciliæ Regem.

q Vanta nos affici lætitia credis, quanto esse gaudio perfusos in uicte Alfonse rex, cum tanta oĩum alacritate, studioq; popu/lorum tenere te pacatissimum regnum moderariq; uidemus. Quod inaudita quadam uirtute tuus ille diuinissimus auus peperit, qđ incredibili sapientia prouidentissimus pater gubernauit. Et enim si uotis optandus rex fuisset non alium profecto, quicunq; rebus italis fauent a superis poposcissent, q̃ eum principem, qui ductu imperioq; suo dissentiẽtem Italiam pacauisset. Idemq; feras illas & sanguinarias Turcorũ nationes, tot contentionibus, tot prælijs, tanto labore, tanto etiam periculo a nostris iugulis, a nostris ceruicibus, a templis, ab alta ribus depulisset, qui deniq; res aduersas fortiter, secundas moderate fer re, utranq; fortunam expertus didicisset. Atq; hæ bellicæ quidem lau des quemadmodum tuæ sunt Alfonse rex prælijs scilicet & peculia/res, Ita illæ pacis artes certatim sibi te uindicãt, fides, iustitia, grauitas, al titudo animi, moderatio, constantia, tum liberalitas, indulgẽtia, clemẽ tia, comitas, affabilitas, humanitas, quæ maiestatem pariter & gratiam conciliant. Et cum mortales omnes ad te amandum colendumq; alli ciant, regii tamen Diadematis fulgori nihil officiunt. Iam quantũ in/genio, quantum consilio ualeas quis ignorat? Memoria certe rerũ uer/borũq; tanta tua esse dicitur, ut penẽ prodigio similis habeatur. Litteræ

autem

autem tam multæ,tamq; elegantes,ut illustrare etiam professores ipsos atq; hoc unum semper agentes abunde queant. Itaq; si nūc socraticus ille Xenophon reuiuiscat minime dubitandum sit,quin Cyro illo ꝑ terrio te sibi unum deligat Alfonse cuius ad exemplar imaginem per fecti regis,atq; oībus absoluti numeris effingat.Merito igitur gratulan tur tibi omnes quicunq; rem pu.Italoꝝ saluam cupiunt. Sed in cōmu ni Letitia uehementius tamen florentina ciuitas exultat sic,ut uix cape re animis inexplebilem lættiam possit.Quæ tam multis ultro citroq; meritis atq; officiis diu iā se tibi rebusq; tuis inenodabili uinculo copu lauit.Ipsa mediusfidius tecta urbis & mœnia nobis huc proficiscētib⁹ gestiebant,& q̄d rerū natura non patitur reuelli pene a solo urbs,& cu pere ipsa nobiscum ire ad te gratulatum uidebatur,q̄d quoniā nō po tuit nos tamen potissimū ciues suos publice misit,ut isto nobis gratissi mo munere desungeremur,quo etiā priuatim tibi maioribusq; tuis, & esse & fuisse deditissimos intelligebat. Gratulamur igitur tibi rex in clyte publico patriæ noīe,gratulari (si locus ferret) etiam priuato tibiq; & tuis diem illum quo regno patrio atq; auito inauguratus es auspica tissimū esse uolumus,ac deum optimū maximum precamur ut pro speris initiis rerum tuarum perpetuum diu fœlicitatis tenorem,ac po stremo secundissimos exitus accomodet. DIXI.

Pro prætore Florentino ad Dominos ineuntes summū magistratū.

I Audanda hæc in primis consuetudo a maioribus uestris tra dita Magnifici potentesq; domini,ut apud uos urbanus præ tor summū ineuntes magistratū de iustitia uerba faciat. Quo uidelicet una opera & uos officii uestri admoneat,& ipse sui reminisca tur. Nam qui iustitiam colit,eū necesse est,ut uirtutes etiā cæteræ comi tentur omniū quippe nutrix & mater iustitia,quæ si in animis uerse tur sapientia,si incorporalibus bona ualitudo,si in domo concordia,si in ciuitate pax,si deniq; in mundo prouidentia nominatur. Hanc qui habeant hi nec metu perturbantur,nec pudore confunduntur,nec sol licitudine carpuntur,nec angoribus excruciantur,sed ipsi sibi constāt, & quæ sincera uoluptas est tranquillo animo semper & quieto perfru untur. Itaq; gens indoꝝ,qui pedalii uocantur,nihil a diis aliud in sacri ficiis q̄ iustitiam poscebant. Qua una impetrata omnia se adeptos arbi trabantur. Sed cum tueri iustitiam mortales omnes debeāt,tum uestrū in primis hoc munus excelsi potentesq; domini. Quorū qui primus

eſt ipſo ſe nomine iuſtitiæ ferræ uexillum profitetur, ut qui deinceps eum ſequimini nihil aliud omnino aut eſſe, aut dici q̃ eiuſdem iuſtitiæ milites fortiſſimi, ac propugnatores acerrimi debeatis. Nihil igitur uerbis aut meis opus eſt uobis, aut cuiuſq̃. Si locum gradumq; & ordinem iſtum cognoueritis, in quo uos ſenatus populuſq; Florentinus collocauit. Quo circa finem dicẽdi faciam, ſi prius illud Epitecti ſtoici dictũ ueſtris auribus ingeſſero. Neminem recte aliis ius dicere niſi qui iudex prius ipſe in ſe mer fuerit. In Feſulano Ruſculo. M.cccc.lxxxxii.

Magni Athanaſii in pſalmos opuſculum Ange. Pol. Interprete.

o Mnis quidem ſcriptura diuina magiſtra eſt & uirtutis & ueræ fidei, ſed liber pſalmorum habet etiam quodãmodo imaginem ſtatus animarum, ut enim qui adit regem, prius ipſe habitum uerbaq; componit, ne forte imperitus habeatur. Sic diuinus hic liber currentes ad uirtutem & eos, qui uitã ſaluatoris i corpore cognoſcere geſtiunt, admonet prius per lectionem motionum omnium, quibus anima afficitur, deinde uariis format inſtruitq; ſermonibus. Poteſt igitur unuſquiſq; in pſalmis motum ſtatumq; animæ ſuæ deprehẽdere, atq; ita figuram quiſq; diſciplinamq; ſuam quibuſq; uerbis placere deo poſſit. Et quibus uerbis ſe ſe corrigere ualeat, & deo agere gratias. Neſi præterq̃ fas eſt dicat, incidat in impietatem. Non ſolum enim de operibus ſed de omni ocioſo uerbo reddenda apud iudicem ratio eſt,

Si igitur beatum aliquem dicere uelis, habes quõ, & quãobrem, & quẽ dicas in pſalmis. i. Beatus uir qui non abiit. xxxi. Beati quorum remiſſe ſunt. xl. Beatus qui intelligit ſuper egenum. iii. Beatus uir qui timet dominum, &c. xxvii. Beati omnes qui timẽt dominum.

Si conqueri iudeorum cõtra ſaluatorem inſidias, habes. ii. Quare fremuerunt gentes. *inſidiat.*

Si te tui perſequuntur & multi inſurgunt aduerſum te. iii. pſalmum di cas. Domine quid multiplicati ſunt.

Si autem ad hunc modum tribularus inuocaſti dominum, & quoniã exaudiuit agere uis gratias. Canito. iiii. Quom inuocarem, &c. xiiii. Dilexi quoniam exaudiet dominus.

Si uides inſidias tibi à malignantibus fieri, & auribus percipi cupis orationem tuã, canito pſalmũ. v. Verba mea auribus percipe.

Si minas dei ſentis, & inde territum te uides, dicere potes pſalmum. vi. Domine ne i furore, & xxxvii. Domine ne i furore &c. qm̃ ſagittæ tuæ.

Si autem

Si autem cōsilium ineunt aliqui cōtra te, queadmodum Architophel contra Dauid,& hoc aliquis tibi nunciet,cane.vi. Domine deus meus in te speraui.& confide in deo qui te liberabit.
Cernens autem gratiam saluatoris circūquaq; diffusam,& restitutū saluti genus humanum.Si alloqui dominum uis,cane.viii. Domine dominus noster q̄ admirabile est nomen tuum.
Si rursus canere uis pro torcularibus deo gratias agens, habes.viii. Domine dominus noster,&.lxxx.Exultate deo salutari nostro.
Si coherceri inimicum uis & creaturā saluari,non confidens in te ipso sed in dei filio,dic.ix.psal. Cōfitebor tibi domine in toto corde meo.
Si quis te metu afficere uelit,tu confidens in domino cane.10.In domino confido quomodo di.
Si multorum superbiam & malitiam uides habundare, ita,ut nihil sit inter homines sanctum.Confuge tu ad dominum & dic.xi.psalmum Saluum me fac domine.
Si diutius pseuerēt aduersario ꝑ īsidiæ,ne te ip̄m negligas quasi tui dominus sit oblitus,sed īuoca dominū canens.xxvi.psal. Domius.illu.
Si quos audis blasfemantes contra prouidētiam,ne sis tu quidem particeps eorum impietatis,sed ad deū confugiens,dic.xiii. Dixit insipiēs in.c.s.n.est deus.Corrupti sunt,&.lii. dixit insipiens & cætera.
Si scire uis qualis est regni cœlorum ciuis. Cane.xiiii. domine quis habitat in.t.
Si tibi oratione opus est propter resistentes tibi & circundantes animā tuam cane.xvi.Exaudi domine iustitiā meā,&.lxxxv.Inclina domine aurem tuam.lxxxviii.Misericordias domini in æternū cantabo,&.iio. domine clamaui ad te exaudi me.
Si scire uis quo pacto Moyses orabat,habes.lxxxix. domine refugium factus es nobis.
Si eua sisti ab inimicis & liberatus es à persequentibus te,cane tu quoq; xvii. Diligam te domine fortitudo mea & cætera.
Si miraris ordinem reꝝ creatarum & diuiæ prouidētiæ gratiam cane. xviii.Cœli enarrant gloriā dei &c &.xxvii.Ad te domine clamabo &c.
Si tribulatos uides,consolare eos & pro eis orans dic uerba psalmi.xix. Exaudiat te dominus in die tribulationis & cætera.
Si te custodiri à domino uides,et prospere agere,gaudens cane psalmū xxii.dominus regit me & cætera.
Si cōtra te irruunt inimici.eleua animam ad deum,& dic.xxiiii. Ad te domine leuaui animā meā &c & frustra eos inique agentes uidebis

Si perseuerauerint inimici,& sanguinolentis manibus abstrahere, uel occidere te quærũt, ne des homini iudiciũ. Suspecta enim sunt huma na omnia. Sed deum iudicem postulás. ipse enim solus iudex est, & dic .xxv. Iudica me domine quoniam ego in .xxxiiii. Iudica domine no-centes me & .xlii. Iudica me deus & discerne causam meam.
Si autem fæuius instent,& multitudo instar castrorum sint inimici de spicientes quasi ne unctus quidem sis, nihil formidans cane .xxvi. Oés gentes plaudite manibus & cætera.
Si rursus impudentes sint, qui insidiãtur, minime illos curans, cane ad dominũ, quæ sunt in psal .xxvii. Magnus dominus & laudabilis nimis.
Si scire uis quomodo gratias acturus accedere ad deum debes, intelligi biliter intelliges. cane .xxviii. Audite hæc omnes gentes & cætera.
Deinde renouãs domũ tuam & animam, quæ dominũ suscipit,& sen-sibilem domũ, in qua corporaliter habitas, age gratias & dic .xxix. Deus deorũ dominus loquutus est,& c .xxvi. Nisi dominus ædificauerit & c.
Si te odio haberi ꝓpter ueritatem ab amicis & propinquis uides, ne re-mitte studiũ, neue aduersantes extimesce. sed futura cogitans cane .xxx. In te domine speraui.
Si baptizatos uides à corruptibili generatione liberatos diuinam beni gnitaté admirans cane .xxxi. Beati quorum remisse sunt iniquitates.
Si canere uis inter multos iustos uiros,& recte uiuentes colligens cane .xxxii Exultate iusti in domino & cætera.
Si incidisti in hostes,& eos prudẽter euitasti, atq; insidias effugisti,& ob id agere uis gratias, conuoca mites homines,& cum eis cane psal .xxxiii. Benedicam dominum in omni tempore.
Si uides iniquos in malum certare, ne putes secundum naturã esse in illis peccatum, quéadmodum heretici quidam. sed dic .xxxv. psal. Dixit iniustus ut delinquat in semet ipso non est timor dei ante oculos eius,& uidebis ꝙ ip simet peccandi causa sunt.
Si malos iniqua agentes cernis & contra paruos superbientes & admo nere uis aliquos, ne istos attendant aut emulentur quoniam cito extin guentur, dic & tibi & aliis .xxxvi. Noli emulari in malignantibus & c.
Si statuisti habere tui curam,& uides insidiantem aduersarium maxi-me enim cõtra tales excitatur, ac uis temet in eum parare. cane .xxxviii. psal. Dixi custodiam uias meas & cætera.
Si multos uides pauperes & mendicos, ac misereri uis, potes & eos, qui iam sunt miserti, probare & alios ut idem agant hortari dicens .xl. Bea-tus, qui intelligit super egenum & pauperem & cætera.

Si desiderium habes erga deū, inimicos audis exprobrātes, ne perturberis, sed intelligens immortalē fructum, qui ex hoc desiderio nascitur consolare animā tuā spe erga deum, & hac releuans mitigansq; uitæ dolores dic.xli.psal. Quēadmodum desiderat ceruus ad & cætera.
Si recordari frequenter uis beneficia dei, quæ patribus fecit & in exitu de ægypto & ī deserto, & quomodo deus quidem bonus, ipsi autem ingrati, habes.xliii. Deus auribus nostris audiuimus. item lxxvii. Attēdite popule meus & cæt. lxxxviii. Misericordias domini in æternū cātabo & cæt.ioi. Domie exaudi orationē meā & c.m.ad.t.u.& cæt.c.v. Cōfitemini domino.q.b.q.in.f.m eius.c.vi. Confitemini d q.b.q.in.f.m. eius. dicant qui.c.xiii. In exitu israel de ægypto & cætera.
Si cōfugiens ad deū euasisti, quæ aduersus te dicta sunt, & gratias agere uis deo, & narrare eius erga te benignitatem, habes.xlv. Deus noster refugium & uirtus.
Si peccasti, & conuersus pœnitētia afficeris, & uis misericordiam consequi, habes confessionis uerba in psalmo.l. Miserere mei deus secūdum magnam misericordiam tuam & cætera.
Si calūniam passus es apud malū regē, & diabolū uides gloriantē, fecede & dic, quæ sunt l.i. Quid gloriaris ī malitia, qui potens es iniqtate.
Si q te psequūtur & calūniātur pdere uolētes, sicut pharisei Iesū & alienigenæ dauid, ne tædio marcescas, sed cōfidēs ī domio.cane liii. Deus ī noīe tuo saluū me fac & lv. Miserere mei deus qm̄ conculcauit me hō.
Si autem concurrat persecutio & non cognoscens in speluncam ingrediatur, in qua tu absconderis, ne metue. habes enim in hac necessitate utilia cum ad consolandum, tum ad memoriā rei colendam uerba in lvi.psal. Miserere mei deus miserere mei, quoniam in te cōfidit anima mea & c.xli.psal. Voce mea ad dominum clamaui.
Si obseruari iusserit domum, qui īsidiatur, iusserit ut effugeris, age gratias deo, & in tabulis animæ tuæ rem incidēs.dic.lviii. Eripe me de inimicis meis deus meus.
Si exprobrent inimici, qui tribulant te, & loquacius detrahāt, qui amici esse uidentur. & in exercitatione tua labores aliquantulū, potes inuocare tu quoq; deum dicens, quæ sunt i.iiii. psal. Quū inuocarem, exaudisti me deus iustitiæ meæ.
Contra hypocritas & in facie gloriātes dic ad eorum conuersionē lvii. psal. Si uere utiq; iustitiam loquimini recte iudicate f.h.
Si aspere irruant in te, & capere animam tuā uelint, opponeillis subiectionem tuam ad deū. & bono animo sis. quo.n. magis īsæuiunt illi, eo

magis domino subiicientur. dic autem psal.lxi. Non ne deo subiecta erit anima mea?

Si persecutionem fugiens in desertum concesseris, ne metuas quasi solus ibi sis, sed habens deum. & ad ipsum diluculo surgés cane.lxii. Deus deus meus ad te de luce uigilo.

Si perterrefaciant inimici, nec struere insidias desinant, & omnia íquirunt aduersum te, etiam si plurimi sint, nec cesseris. Sagitte enim paruulorum erũt horum plagæ, si cecineris.lxiii. Exaudi deus orationẽ meã cum deprecor &.lxvii. Exurgat deus & dissipentur inimici eius &. fiqui o.euma sceius.lxix. Deus in adiutorium meum intende domine & cætera &.lxx. In te domine speraui non confundar in æternum.

Si canere deum uis, habes.lxiiii. Te decet hymnus deus in syon &c.

Si quos imbuas resurrectionis misterio, habes.lxxix. Qui regis israel intende & cætera.

Si misericordias a deo petis, cane psal.lxvi. Deus misereatur nostri, & benedicat nobis.

Si uideas impios in pace prosperari, ne scandalizeris, ut commouearis. dic tu quoq; lxxii. Quam bonus israel deus his qui recto sunt corde.

Si irascitur populo deus, habes uerba, quibus hunc cõsoleris in.lxxiii. Vt quid deus repulisti & cætera.

Si confessione tibi est opus, cane.lxx. In te domine speraui &c.lxxiiii. Confitebuntur tibi deus c.&c.lxxxxi. Bonum est confiteri domino í psal.&c.c.iiii. Confitemini domino & inuocate nomen eius.c.v. Confitemini domino quoniam bonus &c c.vii Paratum cor meum deus & cætera.c.x. Confitebor tibi domine in toto corde meo.c.xvii. Confitemini domino quoniam bonus c.xxxv. Confitemini domino quoniam bonus.q. in æternum mise.&.c.xxxvii. Cõfitebor tibi domine in toto corde meo.q.a.uerba oris mei.

Si uituperare gentilem uis & hereticos, ut apud quos dei cognitio non est, potes intelligendo canere, & dicere, quæ sunt in psal.lxxxv. Inclina domine aurem tuã, & exaudi me, quoniã inops & pauper sum ego.

Si occupauerint inimici effugia tua, & magnopere tribuleris q̃q̃ perturberis, ne despera sed ora. & si clamás exauditus fueris, age deo gratias dicens, quæ sunt in psal.lxxvi. Voce mea ad dominũ clamaui uoce mea.

Si perseuerátes inimici irruerint, & polluerint domum dei, ac sanctos occiderint, & eorum corpora uolatilibus cœli proiecerint, ne metuas illorum crudelitatem sed compatiens patientibus dic psal.lxxviii. Deus uenerunt gentes in hæreditatem tuam po.t.s.tuum.

Si canere

Si canere uis domino in celebritate, conuocatis dei seruis, cane.lxxx. Exultate deo adiutori nostro iu.deo,iac.&c. lxxxxiiii. Venite exultem* domino iubilemus deo salutari nostro.
Si rursus inimici congregentur undiq; & minentur domui dei conspirantes contra pietatem,ne te multitudo & potentia illorum perturbet, habes uelut anchoram spei uerba,quæ sunt in.lxxxii.Deus qui similis erit tibi.ne taceas neq; con.d.
Si uides domū dei & æterna eius tabernacula,& desideriū habes ad illa sicut hēbat apostol⁹,dic & tu.lxxxiii.Quā dilecta tabernacula tua &c.
Si cessauerit ira.& soluta captiuitas fuerit habes,quibus gratias deo agas lxxxiiii. Benedixisti domine terram tuam,& cætera.&.c.xv. Credidi ꝓpter quod locutus sum & cætera.
Si discordiā catholicæ ecclesiæ aduersus schismata cognoscere uis, & illos conuertere,potes dicere,quæ sunt in psal.lxxxvi. Fundamenta eius in montibus sanctis & cætera.
Si exhortari te ipsum uis & alios ad religionem ac persuadere ꝙ spes ī deum non confidunt, sed intrepidam reddit animam,lauda deum dicens,quæ sunt in psal.lxxxx.Qui habitat in adiutorio altissimi &c.
Si canere uis sabbato habes.lxxxxi.Bonum est cōfiteri domīo & psallere nomini tuo altissime.
Si gratias agere uis dominico die,habes.xiii.Dixit insipiens in c.s.non est deus.c.s.& cætera.
Si canere uis ī secūda sabbati,habes quæ sunt ī.lxxxxiiii.Venite exultemus domino & cætera.
Si canere uis parasceue,habes laudationē in.lxxxxii.Dominus regnauit decorē indutus est &c.Tunc.n.domus ædificata est,quāuis circūire conati sunt hostes.Atq; ideo triūphale carmen canendū est ipsi deo.
Si captiuitas fuerit ac uastata domus, rursusq; ædificata,cane quæ sunt in.lxxxxv.Cantate domino canticum nouum.c.d.o.c.
Si uexata terra fuerit ab hostibus & deinde quiescat regnante domino habes,quem canas.lxxxxvi.dominus regnauit exultet.t.
Si uis quarta sabbati canere habes lxxxxiii.deus ultionū domīus deus ul.Tūc.n.traditus ulcisci mortē cœpit.& de ea triūphare,qūo igit̄ euāgeliū legēs uideris iudæos cōsiliū ineūtes aduersus dominū & ipsū audacter stare ꝓ nobis aduersus diabolū,cane q̄ sūt ī.lxxxxiii.ut dictū ē.
Si uides prouidentiam domini in omnia,& dominū ipsius,& uis imbuere aliquos ipsius fide & obedientia, Cum persuaseris prius,ut confiteantur,cane.lxxxxviii. Iubilate deo omnis terra.

Si poteſtatem iudicādi in eo cognoſcis,& ꝙ miſericordiæ iudicium ad miſcēs iudicat deus,atq; accedere ad ipſum uis,habes ad hoc uerba.100. pſalmi.Miſericordiam & iudicium cantabo tibi.d.
Si propter imbecillitatem naturæ noſtræ aſſiduis uitæ malis aliquādo, ceu medicus,tedio afficeris, & conſolari te uis, habes pſal.101. Domine exaudi orationem meam & clamor meus ad te ueniat.
Et quoniā cōuenit ſemper & ī omnibus agere deo gratias,quādo ipſi benedicere uis,habes,quo tuam animā adhorteris.c.ii. Benedic anima mea domino & omnia, quæ intra me ſunt nomini ſancto eius &c. et .c.iii,Benedic anima mea dominum domīe.d.m. mag.es uehementer.
Si laudare uis deum & ſcire qūo ob aliquod oportet laudare,& q̃ uerba dicere laudans debet,habes c.xii.Laudate pueri dominū.l.n.d.&c.c.xvi. Laudate.d.oēs gentes,l.e.o.p c.xlv. Lauda aīa mea dominum.L.d.i u.m. pſal.d.m.q̃ diu fuero.c.xxxii.Ecce q̃ bonum &c.c,xlvi. Laudate dominum qm̄ bonus eſt pſal c.xlvii. Lauda hieruſalē dominum.l.d.t.ſyon. c.xlviii Laudate dominum de cœlis&c.c,xlix,Cantate domīo.c.n.l.e. in.e.ſanctoꝝ.c.l Laudate dominum in ſanctis eius.l.e.in.f.u eius.
Si habes fidem quēadmodum dominus dixit,& credis ī his quæ orans loqueris,dic.c.xv.Credidi propter quod loquutus ſum.
Si te aſcendentem ſentis actionibus ſic ut dicas his obliuiſcor autē qui præcedunt contendo,habes ī uno quoq; proceſſu quæ dicas quindecim graduū Cantica.
Si captiuatus es alieniscogitationibus,& ſenſiſti te abduci .& pœnituit, deſine deinceps.& manens ubi te peccantem deprehendiſti ſede,ac luge tu quoq;,quēadmodum fecit populus dicens quæ ſunt in,c.xxxvi. Super flumina Babilonis illic ſedimus &c.
Si temptationes putas eſſe tui probationem,age poſt temptationes gratias deo dicens.c.xxxviii.Domine probaſti me & cognouiſti me.
Si teneris rurſus ab inimicis & liberari uis, dic.c.xxxix.Eripe me domine ab homine malo ui.i.e.me.
Si orare uis & deprecari,dic.v.uerba mea auribus percipe.c.xl. Domīe clamaui ad te,exaudi me.c.xli.Voce mea ad dominum clamaui.u.m.a d.d.c.xlii.Domine exaudi orationem meam. au p.o.b.c.xlv. Lauda anima mea dominum & cætera.
Si inimicus tyrannus inſurrexit aduerſus populum,tu quoq; ſicut Dauid Goliath.ne timeas,ſed una cum Dauid crede,& canens dic.c.xliii. Benedictus dominus deus,qui.d.m.m.ad prœlium.
Si bonitatem dei,& in te,& in omnes recolis, & benedicere deo uis, dic

uerba

uerba quæ Dauid dixit in. lxxxiiii. Benedixisti domine terrã tuã &c. Si cantare uis domino, habes quid dicas. lxxxxv. Cantate domino. c. n. & cætera. lxxxxvii. Cantate domino canticũ nouũ qa mirabilia fecit. Si paruus forte in aliquo usu fratribus anteponeris, ne extollaris cõtra ipsos, sed dans gloriam deo psalle tu quoq; c. li. Quid gloriaris in malitia, qui potenses iniquitate, qui proprius dei es, alias. c. l. Laudate dominum in sanctis eius & cætera.

Si canere uis obedientiã habentẽ alleluia. habes. c. iiii. Confitemini domino & inuocate nomen eius. c. v. Confitemini domino. q. b. q. i. m. e. quis loquetur. p. d. c. vi. Confitemini domino. q. b. q. i. m. e. dicant nunc qui. et. iio. Confitebor tibi domĩe in. t. c. m. iii. Beatus uir qui timet dominũ in. m. e. u. n. c. xii. Laudate pueri. d. l. n. d. c. xiii. In exitu israel de ægipto. c. xiiii. Dilexi quoniã exaudiet dominus. c. xv. Credidi ꝑpter quod loquutus sum, c. xvi. Laudate dominũ oẽs gentes. c. xvii. Cõfitemini. d. q. b. q. i. n. m. e. dicat nũc israel. c. xviii. Beati imaculati. c. xxxiiii. Laudate nomen domini. c. xlv. Lauda anima mea dominũ & cætera. c. xlvi. Laudate dominũ. q. b est psalmus, c. xlvii. Lauda hierusalẽ dominũ. c. xlviii. Laudate dominũ de cœlis. c. xlix. Cantate domino canticũ nouũ. l. e. in eſanctorum & c. l. Laudate dominũ in sanctis eius.

Si seorsum uis canere de saluatore, habes de eo in quo uis psalmo. Precipue uero habes. xliiii. Ad te domine leuaui aĩam meam. c. ix. Dixit dominus domino meo sede a dextris meis & cætera. Indicantes ipsius ex parte legitimam generationem, & corporalem eius præsentiã. io. aũt. s. In domino cõfido. & lxviii. s. Saluum me fac deus & cætera prædicẽtes de diuina cruce. Et quantũ pro nobis insidiarum suscepit & q̃multa passus est & ii. Quare fremuerunt gentes & c. viii. Beati immaculati significantes iudæorum insidias, & malignitatem, & iudæ scharioti ꝓditionem. Itẽ. xx. Domine in uirtute tua. xlix. Deus deorum dominus loquutus est & cætera lxxi. Ostendentes regnum eius & iudicãdi potestatem. & eius præsentiã in carne. xv. aũt cõserua me domine quoniã speraui in te & c. Indicat eius in carne resurrectionem gloriosam. xxiii. Domini est terra & plenitudo eius & xlvi. Omnes gentes plaudite manibus & cætera nunciant eius in cœlum ascensum. lxxxxii. Dominus regnauit. lxxxxv. Cantate domino canticum nouũ. c. d. o. t. lxxxxvii. Cantate domino canticum nouum. quia. m. f. lxxxxviii. Dominus regnauit irascãtur populi. Si leges speculari poteris, quæ dominus nobis beneficia per passionem contulit.

Talis est igitur stilus & caracter psalmorum ad hominum utilitatem.

Angeli Politiani Dialectica

Vod facere nauiũ gubernatores solẽt,ut maria,portus,litora,i-
q sulas ĩtra unã paginã colligant,unde q̃tum peractũ,q̃tũq; sup
sit itineris ratiocinẽtur,idẽ mihi nũc arbitror faciendũ libris
his enarrãdis,quibus argumentãdi uerissima p̃cepta cõprehendũtur.
Nam cũ proximo biennio præter Porphyrii cõmunes quinq; uoces,
etiã Aristotelis ipsius decem summa rerum genera,hoc est (ut quidam
inq̃t) decẽ naturæ uerba,librũq; de elocutione singularẽ,priorisq; duos
qui resolutorii dicuntur,& extra ordinem de cauillorũ præstigiis unũ
publice interpretati simus,supersintq; duo posteriores,cũ quibus hoc
anno luctabimur,& de argumentorũ sedibus octo,quibus tota dispu-
tandi ratio continetur,facturus operæpretiũ uideor si prælectione dũ-
taxat unica rerũ capita ipsa,quas aut hactenus enarraui,aut ad enarran
dum deinceps accingor,breui quadã uelut enumeratione sub oculos
constituero. Nam & quæ necdũ tractauimus,facilius ita cognoscẽtur,
& quæ iam perdidicimus fidelius continebuntur. Prius igitur,q̃ in
Aristotelis adyta reciperemur,excepti a Porphyrio sumus,uelut ab edi
tuo,q uoces nobis cões illas ĩsusurrauit,genus,speciẽ,differẽtiã, p̄priũ,
atq; accidẽs,genus illud eẽ docens,quod de pluribus etiã specie,speciẽ,
quæ de pluribus tantũ numero differentibus diceretur,sic tamen,ut in
terroganti quid est utrunq;,respondeamus,summa esse genera decem
quæ semper despiciant.Infimas aũt species multas quidẽ,sed numera
biles,quæ tantũ suspicrant,quæ media sint,& alterutra sũmis,atq; infi
mis interiecta,defungi utroq; munere sempq; sursum colligi,deorsum
dissipari,dici de inferioribus,quæ supra sint retrorsus non dici.De nul
lis indiuidua.i.quorũ proprietates in uno altero nõ cõcurrant,quæ qñ
comprehendi numero nequeunt,nullũ cũ philosopho habere cõmer
ciũ. Differẽtiã de specie quoq; discrepãtibus prædicari,suggeri eam ta
men,quærenti quale quid est.Genera his diuidi,species cõpleri,subire
formæ uicem,sicuti materiæ subeat genus,atq; ad eorum substãtiã con
ducere,quæ sub genere eodẽ sunt propriũ,quod uocatur speciei cõpe
tere uni toti,& p̄petuo. Aduenire accidens,& abire,sed illo incolumi,
quod subiicitur.Nam & inesse eidem posse & nõ inesse,cũq; nec genus
nec species,nec differentia,nec proprium sit,alio tamen usq;quaque
fulciri.Nam quæ cõmunia cunctis,quæ quibusdam,quæ nõ nullis p̄
pria,quæ singulis,facile his cognitis tutemet indagabis. Ecce autẽ ma
gnus ille peripateticorum princeps prima nobis rerum genera pro-
ponit,quæ prædicamenta dicimus,sed æquiuoca prius esse docet,qui
bus idem nomen,ratio non eadem.nam si ratio quoq; sit eadem dici

uniuoca

uniuoca ſicuti etiam denominatiua, quæ ab origine ipſa qua produ-
cātur ſolo differant caſu. Dici quædam iunctim, quædam ſeparatim.
Dici aliqua de ſubiecto, quæ in ſubiecto non ſint. Eſſe aliqua in ſub-
iecto, quæ de ſubiecto non dicantur. Competere utrunq; aliis, com-
petere aliis neutrum, diuerſas eſſe diuerſorum generum ſpecies, quæ
deinceps in ſerie non ſint, nam ī ſerie ſi fuerint, non eſſe interdū diuer
ſas. quæ ſeparatim dicantur ſubſtantiā quantum. quale. ad aliquid. ubi.
quando. iacere. habere. facere. pati. uocat. Subſtantiā primam decernit,
quæ de ſubiecto nō dicatur, ſecundam quæ dicatur, quæ de ſubiecto di
catur ea nomen illi & rationem, quæ in ſubiecto ſint nunq̄ rationem
ſæpe nec nomen, cōmunicare. Cætera uel de primis dici, uel in primis
eſſe ſubſtantiis, ergo his ſublatis oīa tolli. De ſecūdis magis eē eā ſubſtā
tiā, quæ primæ uicinior. Atq; ut prima ſe habeat ad reliqua, ſic ſpecies
ad genus. Nec magis unā ſpeciem ſubſtantiā eſſe q̄ alterā, de iis loquor,
quæ tantum ſpecies, nō & genera, ſicut nec unam aliquam primā ma-
gis altera eſſe ſubſtantiam, atq; ut prima ſe indicēdo habeat ad reliqua
ſic ad accidentia ſpecies earū & genera. Cōmune utriuſq; ſubſtantiæ id
eſſe. ut in ſubiecto nō ſit. Tam nomen ſecundæ, q̄ rationem de prima
dici, quod idē tamē & differētiis competat, quæ in ſubiecto quoq; ſint,
ſed ut partes. Atq; ab utriſq; hoc eſt, & ſubſtantiis, & differentiis dici uni
uoce omnia, ſed primā ſubſtantiā ſignificare hoc aliquid, ſecundā qua
le quid potius hoc eſt non quale penitus, ſed quatenus ad ſubſtantiam
pertineat. Nihil bis eſſe contrariū, ſed nec quāto ipſi certo præſertim,
quodq; ſubſtantia ſit id illam nec magis eſſe. nec minus proprium ta-
men illius eſſe ut eadem numero contraria ſuſcipiat nequaq̄ muta-
tionis expers, ne quæſtionem uel oratio moueat uel opinio. Quan-
tum uero eē aut diſcretū, aut continuū, rurſus aut habere partium ītet
ſe poſitum, aut nō habere. Diſcretū quod nullo cōmuni termino iun
gatur, ut numerus, ut oratio. Continuū quod huic diuerſum, ut linea
ſuperficies corpus tempus locus. Nam partiū poſitu conſtare lineam
ſuperficiem ſolidum, non conſtare numerum tempus orationē, quan
do in his ordo ſit potius, quicquid præterea quantū dicatur horum ſi-
militudine dici, nihil huic eſſe contrarium nec enim obſtare magnū
& paruum. Nam & eſſe ad aliquid & uacare contratio, niſi ſi quis de lo
co ambigat, nec autem recipere magis, aut minus, propriū tamē quan-
ti eſſe quod æquale uocamus & inæquale. Ad aliquid illa quidem pu
tari quæ quod ipſa ſunt eſſe aliorum dicantur uel alio quouis pacto.
Suſcipere contrarium, ſuſcipere magis & minus, quāq̄ nec omnia re-

ciproca esse, nec uno tamen casu, ut autem reciproca negentur quædã reddentium fieri uitio, quare interdum fingenda uocabula, nec ad accidens tamen, sed referendũ esse ad illa ipsa, ad quæ dicuntur, ubi sublatis etiam cæteris recurrere. nam ex iis pleraq; simul esse, Nullas re uera substantias esse ad aliquid. si recte uoces ad aliqd hoc est quod hoc ipso sit, quoniam aliquo pacto se ad aliquid habeat. quare altero ad liquidum cognito, protinus & alterum cognosci. Qualitatem deide, qua dicamur quales in habitu, & dispositione cõsistere, quarum sola discrimen diuturnitas faciat. Item in naturali quadam facultate & facultatis eius uacuitate in affectiuis qualitatibus, quas & affectiones quidam uocent, quæ uel sensus afficiunt, uel ex affectionibus oriuntur. At si maneant, affectiuæ qualitates, si protinus abeant, affectiones potius nominentur, quum ab his quales non dicimur. Postremo in forma cuiusque & figura, quibus densum tamẽ & rarum non adnumeres, ut quæ magis positu contineantur, denominationes hinc produci, nisi si uocabula desint, interdum uero ne tum quidem cum psto sunt. Cæterum cõtraria non qualitatibus modo, sed & qualibus esse nec omnibus tamen ac si alterum quale sit ex contrariis, esse item & alterũ, magisq; suscipere & minus, nec ubiq; tamen qualitatis esse propriũ simile ac dissimile, & cum singularia i qualitatibus sint, unde quales appellamur, genera ipsa interdum ad aliquid esse, nec absurdum tamẽ ut duobus idẽ generibus adscribatur. Reliqua in unũ quasi fasciculum prædicamẽta colliguntur, facere eni & pati contrariis offeruntur, quæ magis ẽt minusq; suscipiant. Iacere ipsum denominatur positionibus tantũ quatuor alia prorsus, ut manifesta dissimulantur. Oppositis immoratur Aristoteles, quæ sint, aut ad aliquid, aut contraria, aut quale habitus & priuatio, aut quale dedicatio abdicatio. Plurimum uero inuicem differant, nam ad aliquid ipsum quod sunt oppositorũ dici, aut quo alio pacto. contraria non item, sed hoc ipsũ contraria, quæ si eiusmodi sint ut necesse alterum sit esse medio carere, alioqui non carere, sed mediis esse aliquibus nomen, aliquibus fieri, si extrema negatis. Priuationem circa idem suapte natura uersari, & habitum. nec enim alibi esse priuationem, quã ubi naturaliter habitus, aliudq; priuationem & habitum, q̃ quod priuatum fuisse, aut habere habitum dicitur, q̃q̃ utrobiq; oppositio, sic aliud esse dedicationem abdicationem, aliud quodcũq; his subest. Oppositionis tamen eundem modum. Non easdem esse priuationis habitusq; oppositiones, quæ ad aliquid sint. quoniam illæ nec alterius dicuntur, quod fuit, nec retro aguntur. non item eadem, quæ cõ

trariorum

trario ℞. Nam nec necesse illa alterum inesse, ut contrariis quibusdam & inesse omnibus aliquando, quod nunquã his euenit contrariis, quæ medio uacent. Addit & illud non posse regredi ad habitum priuationem, deniq; abesse à dedicatione abdicationeq;, quibus ueri falsiq; necessitas in sit, necessitas illa inq̃, quæ nec cõtraria tangit, nec illa q̃ ad aliquid, q̃q̃ aliter id in contrariis, sed iunctim prolatis apparet. Postremo contraria circa idem genus uersari, quin potius aut esse in eodem genere, aut in generibus contrariis, aut ipsamet esse genera. Docet & illud uocabulum prius aut tempore dici aut cum retro si agas esse alterum non probetur, aut ordine, aut dignitate, aut quoniam sit alteri causa. Vocabulum simul uel tempore uel natura, sed citra causam uel quoniam sub eodem genere sectione eadem contra partiaris. Sex esse motus species. generationem. corruptionem. incremẽtum. decremẽtum. uariationem. loci mutationem. motui quietem contrariam, corruptioni generationem, decremento incrementum, loci mutationi mutationem alteram in contrarium locum, uariationi, uel nihil, uel qualitatis pausam, uel qualitatis incontrarium mutationem. Quum illud habere nunc ut ad habitum dispositionemq; referri nunc ut ad quãtum nunc ut ad aliquod circa corpus aut in corporis particula, nunc ut ad partem, nunc ut ad id quod in uase, nunc ut ad possessionem, nnnc ad exemplum illud quo uxor uirum, uir habere uxorem dicatur. Atq; hactenus in prædicamentis. Sed age librum quoque περὶ ἑρμηνείας inspiciamus, in quo iam uerba nectuntur. quæcunq; igitur uocibus insunt notæ illorum sunt, quæ animo sicuti uocum notæ ipsa quæ scribimus sed nec uoces, nec literæ tamen eædem cunctis cũ sint in animo omnibus eadem, quorum sunt hæ similitudines, conceptiones, & in animo sint ueri expertes & falsi quibus nomina, & uerba respondent. nã uerum falsumq; diuisionis est & compositionis utrobiq;. Nomen dico uocem significatui habilem exposito sine tempore cuius pars nulla seorsum significat, licet affectet. Cui quidem negatio si obstiterit inde finitum uocabitur nomen, sic aliud à nomine, quemadmodum, & nominis casus. Eadem & uerbi finitio, modo tẽpore non fraudetur, quod est eorum signum, quæ de altero dicuntur à quo itidem indefinitum uerbum casusq; uerbi discrepant. Hæc autem seorsum quidem significant, sed non uerum tamen, ac falsum. Quare ad orationem pergamus quæ uox est significatui habilis cuius etiam seorsum partes ipse significant, nec omnis tamen oratio uerum falsumq; recipit, sed enũtiatiua

duntaxat, quæ affirmatio primum, uel negatio est, etiamq; prius q̃ copula uinciatur, uerbum autem sibi enuntiatio poscit, quod etiam finitionibus adhibetur, estque una interdum enuntiatio in uocabulis pluribus, est & in uno multiplex. sensus enim potius ibi respicitur, sed affirmatio de quopiam. negatio à quopiam, quid enuntiat. Nullaque omnino est affirmatio cui nó aliqua aduersetur negatio, quod totum contradictio dicitur. Agatur de eodem oportet, reiecta æquiuocatione, & cauillamentis cæteris, fit autem ut uniuersalia nomina, fit ut & singularia committantur, sed uniuersalia, nunc uniuersali nota, nunc particulari, nunc prorsus nulla proferantur, ubi nota non est, nihil repugnat, ubi uniuersales, contraria nascuntur, quæ simul uera nunquam sunt, cum uera illa esse possint, quæ his opponuntur. At cum ab angulis mutuo respiciunt cótradictio fit. cuius pars altera uera semper. aut falsa, quod in singularibus quoque deprehenditur, etiam quauis nota carentibus. Idem tamen quod affirmatum fuerat abdicari ab eodem conuenit, cui fuerat dedicatum. Non enim affirmationis cuiusquam plures singulis negationes, ueraque semper alterutra, nisi cum futurum tempus singularia præsertim respiciunt, ne fateri illud absurdum cogamur fortuito nihil fieri. Nam neutrum simul nunquam omnino non uerum distinctum. quippe uerissimum semper. ex nomine autem, & uerbo, uel ex indefinitis, nunc utroque nunc altero affirmationes primæ constant, & negationes, quæ sic tamen porriguntur, ut uerbum est. tertium quiddam sit ac prædicato adnumeretur, aut uerbum certe aliud adsit, quod in hoc ipsum denique resoluatur. hic uero enuntiationum geminatur numerus. Tum ubi quæ dixi mus indefinita ponuntur. multa oritur diuersitas, pro ut negatio locũ mutat. nam uerba ipsa & nomina quáuis loco priore cedát minime intellectum uariant, alioqui negationes plures affirmationis erunt unius. Verum nec una dialectici interrogatio. quæ uel unum quærit de pluribus, uel de uno plura, quare nec una responsione excipitur. Nam cum sint duo interdum separatim uera. falsa eadem si iungas deprehendentur, quæcunque autem ex accidéti uel de uno eodemq;, uel ipsa inter se dicuntur nequaquam fieri unum possunt nec item si quod ipsum dicitur, inerat illi iam de quo dicitur. Quibus autem prædicationibus repugnãtiæ nihil adhærescit, & ubi uocabulis orationes dicuntur, quæ uidelicet à se ipsis non ex accidenti prædicantur, & pu re uerum profertur & quadantenus. Nec tamen illud omnino est,

quod

quod est in opinione. Cæterum per modos etiam contradictio uariatur, qui uicem prædicati obtinēt sicuti subiecti quod reliquum. Necessariu dehinc illa & possibilis & contingentis, atque impossibilis multa & uaria, sed ab omnibus decātata contradictio. In qua tamen impossibilis æquiuocationem caueas, necessarium propterea quod actu sit, in capite constituas. Nam disceptationem prætereo sex illis argumentationibus confectam, qua repugnare magis negatio affirmationi colligitur, q̃ duæ interse affirmationes. quoniam eam pleriq; Aristotelis esse negant. quare per priores iam resolutorios decurramus. Præcepta igitur de demonstratione daturus Aristoteles ipsam prioribus libris ratiocinationem, quoniam cōmunior, edocet propositionem finiens, quæ aliquid aut confirmet, aut neget de aliquo. Sed uel uniuersalem eē ait, uel particularem, uel indefinitam, tum aliud demonstratiuam propositionem, atque aliud dialecticam, quoniam sumat illa propositionem contradictionis alteram. Hæc ipsius cōtradictionis interrogationem si quæras illius optionem quod uerisimile uideatur si respondeas. Terminum quo propositio resoluatur. Sed eum uel subici uel prædicari, uel affirmari, uel negari, in qua oratione quæpiam statuantur unde aliud necessario efficiatur, propterea quod illa sint eam proprie ratiocinationem dici, quæ si necessaria protinus appareat esse perfectam, sin ad id uno aut pluribus indigeat, quæ necessaria quidem terminis fiant, licet ex propositionibus non sumantur imperfectā, quod si nihil accipere de subiecto possis, de quo non alterum dicatur esse illud in altero toto diciq; alterum de omni, sed & de nullo eadem ratio est. Retro agi ꝓpositiões incolumi sensu siue absolutæ, siue necessariæ sint. quotiés uel uniuersales negēt, uel pticulares affirment ad affirmantis uero uniuersales recurrere eiusdem tantum ordinis particulares. nā quæ particulares negent minime esse retrogradas, nisi cum propriæ cōtingunt, ubi particulatim magis, quam ī uniuersum remeant. Perfecta ratiocinatio in prima duntaxat e' figuris tribus deprehenditur, quoties in toto medio sit ultimus terminus in primo uel toto uel nullo sit medius, sed in medio ultimus, affirmans ubique, nec in uniuersum modo, sed & per partis, ita modi quatuor emergūt oībus problematis idonei, medium uero illud appello, quod ipsum in altero cum sit in ipso alterum medio quoque loco recipitur, extrema cum quod ipsum est, in altero, tum illud ī quo est alterum. In figura secūda medium illud est, quod de utroque dicitur, extrema de quibus medium,

ſed maius quod propius ipſum minus, quod longius, nec ĩ medio me-
dium, ſed in capite, nec perfecta ibi ratiocinatio, ſiue autem bis uniuer
ſale, ſiue ſemel ſit hoc eſt in maiore tantum propoſitione negare alterã
conuenit. unde modi exiſtunt quatuor reiectis cæteris quorũ duo prio
res ad primæ ſecundum tertius ad tertium retro acta propoſitione alte
ra, ſed non utralibet reuocantur, quartus impoſſibili pficitur, nec unq̃
quod colligitur aſſeuerat. At quoties eidem uel utrunq; omne uel
maius nullum minus omne uel maius aliquod minus omne, uel item
contra uel maius nõ omne minus oẽ uel maius nullũ minus aliquod
figura hæc poſtrema, modiq; ſex imperfecti particulatim colligentes.
Primus tertius, quartus ad primæ tertium, ſecundus ac ſextus ad eiuſdẽ
quartum propoſitione altera ceſſim redeunte perducendi. Nam quin
tus impoſſibili ſe perficit, hic medium poſtremo quaſi gradu ſubſi-
dit, ac de illo tam maius, quod longius abeſt, quam etiam minus extre
mum prædicatur, quod adhæreſcit. Reliqua omnia coniugata reicito
niſi ſi major ait, minor negat, ſed utraq; ĩ uniuerſum. Nam ſi ambæ in
figura prima retro eunt, in ſecunda minor in tertia maior rite quidem
ſed non quod uoles ratiocinabere. Abſolutis neceſſaria congruunt
licet hic expoſitione perficiatur quæ illic impoſſibili. Quod ſi neceſ
ſaria miſceas abſolutis, neceſſarium colliges, quoties maior neceſſaria
fuerit, at in ſecunda, quoties uniuerſalis neceſſario deneget, in tertia ue-
ro, quoties in affirmantibus utriſq; uniuerſalibus, utra uis neceſſaria
proponatur, aut ſi altera neget, ipſa quæ neget, aut ſi particularis altera
ſit, ipſa quæ pticularis nõ ſit, ſed & cõtingens hoc loco excutitur quod
neceſſearium non ſit, at ſi eſſe tamẽ concedatur, nihil impoſſibile con
ſequatur, quare omnis propoſitiones recurrere, quæ figuram habeant
in contrapoſitis affirmantem, Sed cõtingens modo in his uerſari, quæ
ſæpius uſu ueniant neceſſitate repulſa, modo in iis, quæ ſuſquedeq; ſe
habeant. Conuerti oppoſitas utrobiq; propoſitiões, ſed illic quod ſua-
pte natura ſit, ad illud quo neceſſario non ſit. Hic autem, quod ſuſque
deq; uocamus, à quo demonſtratio excluditur, utriſq; igitur contingẽ
tibus ſemper in figura prima contingẽter colliges, ubi iugationes quas
diximus obtinueris, ſed & cum neget utraq; cum neget & minor tantũ
(quod licet) ad affirmandum compellas cõtingenter efficies, quod uo-
les. Ita ſi contingentibus abſoluta permiſceas maiorq; contingens mi-
nor abſoluta ſit & contingenter colligas, & perfecte. Nam minor cõtin
gens nõ imperfecte modo, ſed improprie cõtingens efficiet. Hic illud

tractatur

tractatur, si necesse est, hoc esse cum illud est, & cum possibile hoc est, necessario & illud fore possibile, quod ab hoc emanat, posito falso, qđ impossibile non sit etiã quod inde fit, non esse impossibile, sed falsum, quod si maius interuallum contingat, & uniuersale sit, minus absolutum ponas, & particulare, colliges quidem modo particulare affirmet, sin aũt particulari contingat imperfecte concludes, ac si neget conuersione, sin uero affirmet impossibili perficitur. Necessarium uero contingenti perinde se miscet, ut absolutum, tantũ illud uariat, quod ubi propositio negatur absoluta contingens euenit conclusio, necessaria uero, quæ negat, & contingens colligit, & quod non absolute sit. Porro in secunda nihil euenit ex contingentibus, quo loco illud acerrime tuetur Aristoteles uniuersalem contingentem, quæ neget, nusq̃ recurrere. At si neget contingens affirmet absoluta, nimirũ colligi ait, quem admodũ & si neget utraq;, sed transmutanda contingens. Lex eadem & necessario, fitq; conclusio semper late accepti cõtingentis, quoties uniuersalis necessario perneget. In tertia contingentes duæ colligũt si terminos rite adiugent. Nã uel sibi ipsæ cõstant, uel cõuertẽdo restituunt͂ uerum si altera absoluta sit, altera contingat nimirũ, continget, & quod efficitur. Quod si necessaria & contingens cõmittantur, ubi termini asserunt, contingit quod efficitur. At si tantũ necessaria propositio affirmet, cõtinget ut nõ sit, sin uero neget, nõ modo ut non sit continget sed & prorsus nõ erit. Et quoniã ex ĩpossibili argumẽtatio, pars conditionalis est, iure illud ostenditur, ad has oĩno formas & eam redigi, quoniã robur ipsius ratiocinãdo tutamur. Deniq; illud quoq; facilius expugnari, quæ rarius colligũtur, ægrius defendi, sed & expugnare se ĩuicem, quæ particularia, quæq; uniuersalia sunt defendi ab uniuersalib⁹ tantũmodo pticularia, ꝓsumq; esse facilius oppugnare, q̃ tueri. Agamus, & de propositionũ copia. De nullo singularia dicuntur nisi ex accidenti. De summis generibus opinione reiecta nihil dicitur. Constet oportet quid sit de quo agitur, quæ finitio, quod eius propriũ quid sequatur, quid ue præcedat, quid inde abhorreat, quæ ut quid sint, quæ ꝓpria, quæ accidẽtia, quæ opinione, quæ uero. sumendũ quod rem non quod hanc rem sequatur. sed adiciẽda particularis nota ne fallat indefinitum. Totũ sumendum, quod præit nõ quod sequitur. sumptis quibus comprehenditur subiectum, superuacuo sumpseris, quæ ĩ uniuersum sequantur. sume autem quæ speciem ꝓprie consequantur, quæq; sint ut plurimum, nec autem, quæ succedunt omnibus. Sume quæ cõmuniora, sed & medium inspice, siue demõstras, siue colligis impossi-

bili, uenari potes ex diagrãmate sex illos, quasi limites, quibus aut affirmes, aut neges. Non nihil sibi & diuisio colligit, ea est imbecilla ratiocinatio, sed noscenda omnium disciplinarum principia, ut ubiquaq; ratiocineris. Ut autem resoluas propositiones captandæ, uidendumq; utra in toto, utra in parte farciẽdum quod desit, reiciendum quod inane sit. Nec esse statim ratiocinationem credendum, quod necessarium sit. Propositiones ad terminos redigendæ. Nam figuras inde singulas odorabere. Discernenda terminorum similitudo, notæ addendæ, ne discrimen exiguum fallat. Cauẽdum a terminis perperam expositis, spectandus, & habitus & quod ex habitu. Non semper terminis imponenda nomina. Termini sic statuendi, ut primi nominũ situs, pro positiones casibus uariandæ. Quod duplicatur, iuxta maiorem ponẽdum uariandi termini. Cum quid in plenum colligis, & aliquatenus. Nomen pro nomine, sermonem pro sermone, alterum capiendum pro altero dũmodo idem ualeant. Cæterum pro sermõe in terminis nomina capienda Discrimen articuli, notæq; uniuersalis peruidendum, nec extimescendum, cõtinuo si quid ex terminis efficiatur, sic nos illis utimur ut Geometra literis, ut sensibus discipulus. Resoluendum quidq; ad ratiocinationem suam non ad aliam pariter concludẽtẽ. Finitionis partes in terminis non integra finitio sumẽda. Ad hypotheticas, quod resoluamus non est, ex alijs figuris redigere ad alias licuerit. Non est hoc & est non hoc, diuersum significant, quare illud uidendum ne in contradictionibus offendas. In secundo priorum libro quædam quasi adulterina tractant̃, quæ ueritatem plerunq; ementiũtur, quo circa dicenda breuibus. Plura semel colligi, ut pticularia a uniuersalibus. Ex ueris falsa. nam contra uideri, q̃ esse potius. Presertim si non prorsus falsa maior. Id in figuris omnibus Recurrere demonstrationem recurrentibus terminis, uersa in propositionem conclusione, sed recurrente conclusiõe manere alterã propositionem. cum tollatur altera. Posita conclusionis contradictione atque altera adsumpta ꝓpositione, tolli alteram impossibili, quod eisdem peragi terminis quibus & iusta demonstratio. Ex contradicentibus quoq; ratiocinationem cludi. Iam illa, q̃d principii petitio, quid non ex hoc sequens, quod falsæ rationis discerniculum, quo pacto nec raciocinando capiamur, nec refellamur, nec falso conuictos credamus, recursusque illi etiam alterni extremorũ, ac medii, tum inductio, exemplũ, auocatio, obiectio, signum, uerisimile cõmentum, signorũq; in physiognomico problemate exercitatio reliquum sibi huius uoluminis ascis cunt. Itaq; ad posteriora transeamus.

Iusta

Iusta hic demonstratio tractatur cuius nobis insita animo quasi semina, ut iam quod discimus non in plenum. Sed quadantenus sciamus. Prænoscimus aut esse aliquid, aut hoc significare, sed & utrunque quædamq; prius & posterius, quædam simul intelligimus. Rite quid ex causa scimus, & demonstratione, ducitur ea ex ueris primis, medio carentibus prioribus, causis necessariis. Prioribus naturæ potius quam nobis. Principiis credendum potius quã conclusionibus. Prædicatum dici per se de subiecto debet, priusque de omni, per se nunc accipe uel essentia uel proprio, sed & uniuersaliter, uniuersale hic intellige, quod & de omni & per se & qua ipsum est nec in alio prius. Nec ideas demõstraueris. Caue autem ne demonstrasse uniuersale falso te credas, aut nõ demonstrasse. Fallimur cum de indiuiduo agimus solitario. Cum uacat nõie illud quod specie dissidẽtia deuincit. Cũ discrimen ĩter uniuersale nõ cernimus, & quod de oĩ Nec ueritas mõ sed & necessitas exigitur. Eaq; nõ cõclusionũ mõ, sed & principiorum, nõ mõ esse indicans, sed & cur sit, nõ mõ ex necessariis, sed & è suis, hoc est ex iis, q̃ uel unius, uel cognati generis, tũ ex uniuersalibus, nec enĩ corruptibiliũ, nec autẽ scientia ulla sua tuetur principia, sed ad unam rediguntur omnes, quæ sapientia uocatur. Quæque primas, & easdem maxime causas considerat, subiectum statuimus esse. Proptium quærimus quid significet, Axiomatis utrunq; debemus. Quorum interdum ui utimur potius, sed & quædã sunt Axiomata, quæ scientiis congruunt omnibus, duæ scientiam facultates constituũt, sapientia, & dialectica. Nunc eadem scientia & esse aliquid scimus, & cur sit, nunc diuersis. Causæ mutuo, & signa interdum recurrunt. Altera alteri scientia subest. Prima demonstrationi figura debetur, aut rem sic ignoramus, ut esse nesciamus, aut ut aliter esse putemus, quæ dispositionis inscitia uocatur, fit autem uel ubi præsto est medium, uel ubi desit, utrobique autem aut notione simplici, aut adulterina ratiocinatione. Debellandæ contrariis potius, quã contradictoriis minus ueræ propositiones. Si sensus defuerint, etiam demonstratio deerit, nam illorum ope inducimus, atque abstrahimus. Nosce quod ex accidenti dicitur uarie dici. Cæterorum accidẽs quoq; de accidenti. Sed & de accidenti eodem rursum substantia, quasi præter naturã prædicatur, nec subiecta in infinitũ, nec prædicata procedunt. Particulari præstat uniuersale, affirmatio negationi, iusta demonstratio illi, quæ fit ex impossibili. Potior illa & prior facultas, quæ causam docet alterius, quæ circa intelligibile, circa uniuersale uertitur, quæ superior, quæ simpliciora habet principia. Nam quarum di-

uersa principia sunt, hæ diuersæ scientiæ, res eadem uariis demonstratur medijs, nulla fortuiti scientia, nihil sensibile demonstratur, demonstrationis origo in sensibus, diuersarum scientiarū, nec eadem propria principia, nec cōmunia. Etiam utra opinio, & subiecto differt à scientia & æstimationis modo. Nec eiusdem omnino rei opinio & scientia. Solers ille qui medium quasi de improuiso corripit. Ergo in libro secūdo demonstrationis mediū excutitur, quoniāq; formalis causa mediū potissimū demonstrationis est. ea porro definitio de definitione agit. Sed & de cæteris causis, siue quæ factiōem, siue quæ materiā, siue quæ finem spectent. quærūtur & illa num finitionis demonstratio. num finitionis finitio, quibus finitio competat atq; unde abhorreat. Agūtur & quæstiones, an est, quod est, ex uero simplices ac prior magis eadem. an illi illud competat, & cur competat, ex compositæ, magis tamen posterior. Conueniunt illæ terminis, hæ propositionibus. Cuius demonstratio est, non eius omnino definitio. Nec idem omnino definitione scitur & demonstratione. Constituit definitio quid est, ipsam demonstratio accipit, demonstratio prædicata, rerū naturas definitio exhibet. Neq; diuisione finitio, neq; subpositione demonstratur utrobiq; principium petitur. eadem nec inductione probatur nec sensibus. definitio quidem ratio dicitur eius quod est, q̄d tamen aut nominis est, aut naturæ. Ratio autem una loco tantum differens à demonstratione. Diuersæ causæ medii locum subeunt, diuersæ inq̄ & tempore. Quarum uel ordo, uel recursus inspiciendus, quoque pacto finitionis finitio sit, aut non sit. Cōmuniora definitis accipienda, non tamen & definitorū generæ, quæ definitum iuncta simul exæquent. Indiuiduarum partiū de finitiones generum quoque definitionibus indagandis adhibentur, ubi eorum spectatur ordo, quæ sumuntur. illud cauetur ne quid utile prætereatur. Ipsum quoque quod definitur arte quæritur ne res aut nomen inuicem perturbent, ubi duplex inspicitur subiectorum series. Nihil idem causa eiusdem ex pluribus, nec idem conclusionis, & rei. Postremo semen carentis medio propositionis in animo habemus, quando uniuersale illud, quod unum præter multa sit sensibus imaginatione memoria intellectu, formisque & notis quibusdam paritur. Principium scientiæ intellectus hoc est cognitio principiorum scibilis rei. Nunc & Topica percurramus. Differere hic in quo uis negotio docemur. Tractaturque dialectica potissimum ratiocinatio ex probabilibus, differens à litigiosa. Quoniam in ea non tam probabilia sunt, quam uidentur. Confert exercitationi, congressibus philosophiæ

losophiæ. Propositio igitur omnis, uel problema, quod a ꝓpositione
modo tantum differt circa genus definitionem proprium atq; accidẽs
& quidẽ in prædicamentis oĩbus uersantur. Cernitur & idem & alteꝝ
quod utrunq; genere specie numero, quatuor dialectici instrumẽta, ac
ceptio propositionũ, distinctio intellectuũ, inuentio differentiarum.
Consideratio similitudinis. Propositiones accipimus, ex omnium ex
uulgi e sapientium opinionibus, uel moralibus, uel naturalibus, uel ra
tionalibus. Distinguuntur intellectus ĩ spectis oppositis speciẽ ne an uo
cabulo differant, itẽ casibus, generibus, finitionibus, comparatiõibus,
discriminibus. Differentiæ generibus exquirũtur, similitudo iis inda-
gatur, quæ diuersoꝝ sunt aut eorũdẽ generũ. Hoꝝ quælibet usus ha-
bent in disputando proprios. In libro secũdo loci tractantur absolu
ti accidentis siue refellendũ, siue sit asserendũ. loci aũt sunt hi fere. Nõ
est accidens interdũ, quod ut accidẽs enuntiatur. Subiectũ seorsum ca
pitur ab accidenti, seorsumq; definitur. Transfertur problema ad uni
uersalem ꝓpositionẽ, quæritur quid ipsi obiciatur. Decernitur, quibus
appellationibus multitudinẽ sequi, quibus inde recedere oportet. Di-
stinguẽda æquiuocatio, sed & ambiguitas, obscuris infundenda lux, ge
neris inspiciẽda contraria, sed & propositi generis species, utendũ defi-
nitione, cõsequentia, tempore, reuocandũ problema illuc, ubi argumẽ
tationes circufluãt, uestigãda quæ sequũtur. Inspiciendũ quo affirma
tio, ac negatio differant. Eruenda etymologia, pensanda quæ cui necel
sario, quæ secus competant. Complectenda aĩo multiuoca, cõtrarioꝝ
cõnexio, & opposita quælibet, & conserta, & consertis obuia, & genera-
tiones corruptiõesq;, & propositionũ consequẽtiæ, præterea, quod ma
gis, quod minus, quod æque sit, & appositio, & ꝙ aliquatenus, & quan
do & ubi. Tertius comparationum locos habet accidentibus adscri-
ptos, cõsideras, utrũ diuturnius, stabilius optabilius potioribus, uel seip
so, uel ex accidenti. Præterea utrũ simpliciter optabilius, & suapte natu
ra, utrũ præstãtioris naturæ, uel bonũ, uel propriũ, utrũ honoratius, ac
prius utrũ finis, utrũ fini ꝓpinquius, utꝝ ad finẽ præstantiorẽ. Vtrum
possibile. Finiũ ꝓportionẽ cogitas, & a quibus ꝑstantur fines, utrũ pul
chrius, honestius, laudabilius. Præstabilioris origo, ubi plura sint bona
ubi uoluptas, ubi opportunitas, ubi frequẽtior tẽpestiuitas, utrius cor-
ruptio peior, generatio melior utrũ bono uicinius, aut similius, sed &
meliori, utꝝ illustrius, utrũ magis ꝓpriũ, utꝝ ĩ genere meliore, utꝝ ma
gis ex habũdãti, utrũ rarius, utrũ sine altero eligibili⁹, utrũ negetᷓ min⁹

utro amiſſo, qui doleat minus reprehendatur. utrum ſua ui ſtet, utrum
aut bonum, aut meliorem reddat cui adſit. utro bonum præſtantius ef
ficiatur. Huc loci etiam plerique abſoluti accidentis faciunt. Tum illi
quod ex duobus optabilius tertio, ipſum quoque altero optabilius, ut
cuius exceſſus, exceſſu alterius, ut quod ſeipſo potius optabile, ut quod
cui adicitur optabilius facit, ut quod maiori additum. Totum mox
ipſum reddit optabilius, quã quod minori, ut quod ſui merito non
gloriæ cauſa optabilius, ut quod utroque, ut cui notiones competant
omnes optabilis. Quodque propter optabilia meliora ſit. Cui nihil
admixtum quod fugias. Sume tamen uniuerſales magis locos, quos &
ad particulares tranſferre poſſis, ſiue determinatos, ſiue determinatio-
nis expertes, quæ uariis defenduntur, ac refelluntur modis, & ad uſque
indiuidua perducuntur. In quarto genus agitur ubi cognata inſpi-
cis omnia. an ſit de quo non dicatur. De quo ut accidens an poſſit, &
non ineſſe. an ſit in eadem diuiſione, genus, & ſpecies. an capiat eius
partem genus, quod ſit in genere. an propoſita ſpecies, alicui uere com
petat, cui genus ipſum non competat an quod poſitum ſit in genere,
nullius ſpeciei ſit particeps. an ſit genere amplius. an ex æquo ſpecies
dicatur, & genus. an ſpecie quippiam differat. Cuius aut non ſit illud,
aut non uideatur genus an aliud eiuſdem ſit generis, quod nec conti-
neat genus, nec contineatur. an ſuperiora omnia genera de ſpecie dicã-
tur, qua quid eſt. an genus, uel ipſum, uel ſuperius ſpeciei ſit particeps.
an ſi ſpecies, ut quid etiam genus immo uero genera ut quid prædicen
tur. an rationes generum ſpeciei congruant. aut omnino his, quæ par-
tem ſpeciei capiunt. An in genere poſita differentia ſit. an & ſpecies,
an in ſpecie differentia. an indifferentia genus. an dictum genus, ut dif
ferentia. an ut data ſpecies eſt, nulla de his differentia dicatur, quæ ſunt
generis, an prius natura ſpecies. an abeſſe poſſit, aut genus, aut differen
tia, an quod in genere ſitum particeps alicuius, aut ſit, aut eſſe poſſit,
quod generi ſit contrarium. an ſpecies alicuius particeps, quod com-
petere his poſſit, quæ ſub genere ſunt. an ſint æquiuoca ſpecies, &
genus. an eſſe aliqua nequeat propoſiti generis ſpecies. an dictum tra-
latione genus. an aliquid ſpeciei cõtrarium. an in contrario contrariũ,
an quod generi contrariũ, nullo ſit in genere, ſed ipſum ſit genus. an ge
nus & ſpecies alicui contraria ſint, cũ ſit alterius tantũ mediũ, uel ſi utri
uſq; tamẽ alterius diſſimile. an mediũ quoq; ĩ eodẽ genere. an alicui cõ
trariũ genus, ſpecies nulli. an mediũ aliqđ ĩ ꝓpoſito genere. an aliqd ge
neri

neri contrarium. An in casibus,& serie,& æqualiter se habentibus & generationibus, generantibus, corrumpentibus ex æquo sequatur. An priuatio speciei opponatur. An & generi sui sit negatio. an ad aliquid.an non ad idem dicatur, ut species,& ut genus. Vel ut genus, & quæ sub generean itidem genus & species dicatur in casibus.an quæ similiter,ad aliquid dicuntur nō similiter recurrant.an nō ad æqualia genus dicatur,& species an contrapositi contrapositum genus.an quæ ad aliquid,partim necessario,partim secus an in actu habitus, aut contra.an habitus in consequenti,sed potestate.an temere quod sequitur, acceptum ut genus,an utrunque in eodem aliquo.an quadantenus, species generis particeps,an totum in parte sumptum.an in potestate aut possibili.an quod in duobus generibus,aut pluribus,in altero positum.an genus ut differentia expositum, uel contra. an affectio, uel in affecto,uel pro affecto capiatur.an in subiecta specie redditum genus.an ē contrariis,quod melius,aut quod æque bonum.deteriore in genere ponatur. Specta & magis,& minus siue sit siue appareat. Et an de quo genus dicitur non sit inter species Distingue à genere differentiam. Nam & amplius est,& qua quid dicitur. Concreta abstracta comitantia peruide. Quinto uolumine proprium libratur. Inspice, an in proprie proprium. an minus notum. an æquiuocum ibi nomen.an & subiectum.an & idem.an quid ibi omnibus competat.an plura eiusdem propria,nec distincta an id cuius propriū.an quod tantum semper comitatur.an quod nunc proprium.an quod non solis noscitur sensibus.an definitio magis an nusquā proprii genus, uide illud quoque cuius proprium traditur. an nomen ibi genusque dissideat.an subiectum proprium ei traditum,quod in subiecto.an quod in proprii participatu.an prius ibi aliquid,& posterius.an eorundem qua sunt eadem non idem sit proprium,aut non idem semper eorundem speciei.an pro illo nunc illud semper asseratur.an idem eiusdem proprium. Considera & quæ similium sunt partium,& opposita quælibet,& quæ de quibus prædicentur. Quæ subiciantur, quæ distinguantur. Sed & casus etiam in contrapositis. Et quæ similiter se habeant,& quæ itidem. Sed & ideam. Magisque,& minus,& quod ui proprium. Ex quod superlatione. In sexto definitionis aguntur loci. Cuius negotii quinque partes. Sed hæc duo prius exquirimus. An obscura elocutio. An plus dictum, quam oporteat. In priore. An tranlatio adhibita, an uerba insolita, an inde contra-

rii patum nota ratio, an nõ continuo cognita definitio. In posteriore. An plane omnibus, & an omnibus eiusdem generis competat. An superfluum quippiam, an quod eiusdem speciei non competat oĩbus. an dictum idem sæpius, an uniuersali additum particulare, utrum aũt impleta sit definitio, íde colligis si ut ideas, an nõ ex prioribus, ac notioribus, an certi definitio incerta, an res in genere non ponatur, an non quæ oportet definitum respiciat, an transiliatur genus, an omittantur differentiæ generis, an differentia desit, quæ cõtra diuidatur, aut ex uero non sit genere, an genus negatione diuidatur, an genus, an etiam species, ut differentia reddatur, an differentia hoc aliquid significet, an ex accidenti definitio competat, an differẽtia, uel species, uel quæ sub specie dicantur de genere, an rursus de differẽtia, uel genus, uel species, uel quæ sub specie, an non differentia, specie prior, & an alterius quoq; generis, an quod in aliquo est, an etiam affectio pro differentia, an illius, quod est ad aliquid ipsa non sit ad aliquid differentia, an alio ipsum, q̃ quo debeat referatur, an non primi definitio cum de pluribus agatur, an affectio, uel dispositio, uel definitum quid aliud quod dicitur non suscipiat, an tempore aliquo dissentiat, an alio pacto magis cõueniat, an res ipsa magis q̃ definitio, an non ambo pariter crescant, an magis, quod re, q̃ ꝙ ratione, an utriq; alterum pariter competat, alterũ non cõpetat, an utrobiq; definitio duobus competat, an si loco nominum sumantur orationes alicubi dissentiant, an non finem respiciat, generatio sit, an actus, an indistincta prædicamenta, an habitus pro habente, uel contra, an eorum quæ sunt ad aliquid, eodem referuntur, & genus & species, an in reliquis oppositis ordo teneatur, an similes congruant casus, an ideæ congruant, an una ratio æquiuocorum posita, an & impliciti, an & compositi, an transumptio adhibita, an uariatus intellectꝰ uariatis nominibus, an trãsumptio non differentiæ, sed generis, an est cuius ratio traditur, non est id quod sub ratione, an indistinctum, quo illud referendum, quod est ad aliquod an definita non res, sed bene habens, aut perfecta res an quod sui causa eligendum sit alterius eligendũ causa dicatur, an nõ ipsum, sed q̃d ex ipso definiatur, quæ scite singula discernes, ut totum, & partes, ut magis, & minus, ut melius & peius ut uni uocationem ut præteritum compositionis modum, ut quod dicimus hoc post illud, ut quot modis alterum cum altero dicatur, ut an totũ uocetur aliquoꝝ cõpositio, & an altero contrariũ q̃ppiã definiatur, declaranda interdũ, & definitio, interdũ & melior excogitanda.

Habes

Habes in septimo deeodem & altero, casus hic & series, & contradictio & efficientia, & destruentia perpenduntur. An cui alterum idem & alterum. Sed & accidenna eorum, & quibus accidant, An idem prædicationis genus. An genus alterius utrius, non idem An non eædem alterius utrius differétiæ. An alterú magis ad mittatur, alterum respuatur. Sed & accessio, & decessio, & an ex supposi tione aliquid competat. An subiectum alicubi a prædicato discordet. An iisdem dicédis alius modus. An esse alterum sine altero nequeat, obiciat affirmans raro a dispu tantibus definitionem ratiocinando colligi. Nam tradere exactam disciplinæ esse alterius, sunt enim affirmantiú, & negantium non idé loci. Difficiliusq; defenditur, q̃ oppugnatur definitio. Octauo qui ulti mus est. Artes ipsæ disceptantium traduntur, uel interrogantium, uel respondentium, locos inueni, temet rogita, cum altero cógredere, locorum inuentio philosophi, duo reliqua dialectici, propositiones extra necessarias, quatuor. Aut enim sunt inductióis gratia, ut uniuersale có cedatur, aut ad pompam sermonis, aut ad conclusionis latebras, aut ad explicandum quod obscurum. Necessaria non statim proponéda, sed recedendum procul, nisi cú sunt manifestissima. Inducenda ex par ticularibus uniuersalia, ex notis ignota, latebis secundæ ratiocinatióis ope, & si posterius conclusiones interrogabis, & congeres, nec perpetuo sed interpellatim rogabis. Atq; aliorsum tendes, q̃ quo sis euasurus, aut similitudinibus ages. Ac tute tibi aliquid obiectabis. Nec magnifacere uideberis, cui plurimum fidas, ꝓpones aliquid ut exemplú. Nec aút quod obtinere uis, sed unde id sequatur, & si posterius interrogabis, qd optinere uis prius, sed mutanda tamen ratio, si cótumax homo sit, aut acer cú quo disputas dilatandus interdú sermo, & quæ nihil ad rem faciant insertáda. Magnificam præstabit disputantis orationem, uel inductio, uel diuisio, perspicuam uero exempla, & imagines, ratiocinandum contra dialecticos, sed inducere uniuersalia nó semper licet, aliter obiciendum, si unú proponas, aliter si duo. ex impossibili nó magnopere argumentandum, cauendú & illud ne parum dialecticas proposi tiones afferamus. Nec idem rogandú sæpius, tenéda prorsus quæ diffi cile oppugnentur, quæ facile defendantur, ut prima, ut primis proximæ, ut quæ sunt, aut incertæ definitionis, aut impropriæ. Respódentis officium est, necubi labascat, sed alia ratio, si cógruat opinioni propositio. Alia si abhorreat, alia si medium teneat, alia si simpliciter, alia si uel sibi, uel ei quem tuetur congruat. Videndumq; illud, an ad rem faciat, quod quæritur. Si quid obscure quæratur postulandú audacter

ut explanet. Si æquiuocũ, tũ ex cõmodo, aut dandũ, aut diſtinguẽdũ. Ac ſi quid ex conceſſis deducatur quod nolis dicendum illud alio ſpectantem conceſſiſſe. Si manifeſtum ſit quod quæritur, reſpondeto eſt, non eſt. Aliter tamen particularibus, aliter uniuerſalibus occurrendũ. Nunquã abſurda poſitio tuenda. Interpellanda concluſio, quod procedet ſi illud ſubſtuleris, unde deducitur, ſi interroganti obieceris, ſi ad interroganda dixeris, ſi diem (quod eſt nouiſſimũ) dicendo exemeris, nec autem uera modo, ſed & falſa, nec ex ueris modo, ſed & ex falſis colligendũ dialectice potius agendum, quã litigatorie. Nam & ſermo increpatur, & diſceptatur. Sermo igitur quinq; modis, ubi nihil colligit͛, ubi nihil ad rem, ubi fruſtra quippiam adicitur, unde rurſus auſertur, ubi ex inopinabilibus, aut minus credendis deducitur. In uniuerſum cauenda ratiocinationis uitia. Principii contrariorumq; petitio, meditandum ſæpe quid interroganti, quid reſpondenti proſit, opus tamen ingenio maximo, noſcendæ rationes primarum maxime quæſtionũ, definitiones, & plurimæ, & nobiliſſimæ, & primæ, tenendæ memoria pernoſcenda illa potiſſimum, de quibus frequentius diſputatur. Conſueſcendum ut ex una ratione plures efficiamus. Propoſitiones à ratiocinantibus accipiendæ potius ab inducentibus exempla proponendi obiiciendiq; capienda exercitatio, cum hominibus indoctis nõ magnopere diſputandum, habenda quaſi arma ſemper in promptu aduerſus problemata quælibet rationum illarum, quæ non facile de improuiſo excogitantur. Peregimus topica, leuiſſime nunc elenchos attingamns. Hi non tam præſtant ut ſimus, quã ut docti uideamur. Aſpiciendi tamen non nihil ne facile à ſophiſtis confutemur. Quorũ hi ſunt in diſputando fines, ut refellanr, ut mentiri cogant, ut abſurda loqui & barbara, & nugatoria, loci eorũ in uerbis, aut extra uerba. In uerbis æquiuocatio, ambiguitas, compoſitio, diuiſio, accentus, dictionis figura. Nam ſubiectans generibus ſpecies omitto, extra uerba aũt, quod ex accidenti, quod pure, & aliquatenus, tum confutationis inſcitia, & quod ex conſequenti, nec non principii acceptio, & poſitio non cauſæ tanquã cauſæ, & multarũ interrogationum in unam colliſio, quos explicare longiſſimum. Et fortaſſe quoniam plerunq; ad topica referuntur, ſuperuacuum. Hactenus Ariſtotelis ars omnis, uel ratiocinandi, uel peculiariter demonſtrandi, uel diſſerendi, uel poſtremo cauillãdi. Quam qui penitus inſpexerit, edidicerit, exercuerit, & ſecũ quod opus eſt argumentando colliget, ac demonſtrabit, & cum alio diſputans facile quod uolet, aut impugnabit, aut tuebitur. Dixi.

ANGELI POLITIANI PRAELECTIO DE DIALECTICA.

d Ialectica nobis in manibus, non illa quidem, quæ ars una omnium artium maxima dicitur, eadémq; purissima philosophiæ pars est, quæq; se supra disciplinas oēs explicat, omnibus uires accomodat, omnibus fastigium īponit, illa enim (si Plotino credimus platonicorum summo) præstat, ut ratione quadam de quouis dicere possimus, quod sit, quo differat ab alio, in quo cōueniat, aut ubi, quidque sit, an sit quod est, quot sint, quæ sunt, quot rursus, quæ nō sunt, alia scilicet ab iis, quæ sunt, Hæc & de bono disputat, & de eo, quod bonum non est, omniáq; pertractat, quæq; sub bono sunt, quæq; sub eo, quod contrarium bono. quærit item, quid sempiternum, quid rursus tale non sit, sic tamen, ut opinionem reiciat, scientiam tantum admittat, errorémque tollat omnem, quem sensilia concilient, supráque id statuat nos, quod sit intelligibile, prorsúsq; mendacium repudians, in illo, qui dicitur ueritatis campo animum pascat, utatúrq; Platonis diuisione, nunc species distinguens, nunc indagans, quid unun quodq; sit, nunc prima intuens genera, quæq; de his fiant, quasi quodā mentis digito implicans, donec omne intelligibilium transmittat spatium, rursúsq; eodem recurrat, unde ab initio profecta fuerat, telā quidem Penelopes exemplo modo texens, modo retexens, ubi uero qeta, nihil iam quærit ultra, sed in se ipsa considés, etiam, quaeq; logica disciplina uocatur, inter præpositiones, ratiocinationésq; suas, interq; regulas, & rhoremata agitantem. Nec enim ipsa illa talibus, tamq; minutis uacat, sicut neq; literis, sed ueritate perspecta, atq; animi cognitis motibus, & hæc ipsa plane peruidet, sed materiæ sordes reformidans, uolutare in eis logicam sint, quæ tamen quoniam similitudine quapiam dialecticam repræsentat, nata inde contentio inter philosophosē, pbilosophiæ ne pars, an instrumentum dialectica sit, an (quod Boetius existimauit) utrunq;. uerum platonica ista remota nimis, nimisq; etiā fortassis ardua quibusdam uideri poterit. Itaq; operæpretium credo faciemus, si institutā orationē quasi de fastigio deducamus in planū, hoc est si ad ea, quæ sunt instituti operis propria descendamus. prius tamē quam longius progrediar respondendum mihi tacitis quorundā cogitationibus uideo, qui quoniam ante hoc tempus partem hanc philosophiæ nunquā attigerim, quærent ex me fortassis, quo tandem magistro usus, dialecticæ me doctorem profiteri audeā, quibus ego tamen minime ad Epicurri exemplum respondebo. ille .n. ut audio se ipsum

tantum sibi in omni disciplina magistrũ fuisse iactabat,atq; αὐτομαθὴς
hoc est à se ipso doctus,& esse,& haberi uolebat. Ego si de me idem dixe
ro,profecto mentiar. Doctores enim habui numero plurimos,doctri-
na eminentissimos,auctoritate celeberrimos. Pictor autem nescio qs
interrogatus,quis ei magister artis contigisset,digito populum mõstra
uit,inde se uidelicet symmetriæ luminum colorum,linearumq; ratio-
nem,inde sensus omnes,uenustatem,elegantiam,argutias,aliaq; id ge-
nus hausisse significans. Et ego igitur si ex me quæratis,qui mihi præce
ptores in peripateticorum fuerint scholis,strues uobis monstrare libra
rias potero.ubi Theophrastos,Alexandros,Themistios,Hammonios,
Simplicios, Philoponos,aliosq; præterea ex Aristotelis familia nume
rabitis,quorum nunc in locum (si diis placet) burleus,erueus,occan,tis
berus,antisberus,strodusq; succedunt. Et quidem ego adulescens docto
ribus quibusdã,nec is quidem obscuris philosophiæ,dialecticæq; opã
dabam,quorum alii græcarum nostrarumq; iuxta ignari literarum ita
omnem Aristotelis librorum puritatem dira quadam morositatis il-
luuie fœdabant, ut risum mihi aliquando interdum etiam stoma-
chum mouerent. Pauci rursus,qui græca tenebant. quãquã noua quæ
dam nonnullis inaudita,admirabiliaq; proferre uidebantur, nihil ta-
men omnino afferebant,quod non ego aliquanto antea deprehendis
sem in iis ipsis commẽtariis,quorum mihi iam tum copia fuit, huius
beneficio Laurenti Medicis,cuius totum muneris hoc ẽ,quod scio,qđ
profiteor. Quo circa cum ne ipsi quidem quicq̃ nisi (quod dicitur) ex
commentario saperent,libenter ego quoq; ad illos adiunxi me duces,
quorum trita uestigiis ad usq; lares philosophiæ semita patebat. Sed cũ
ad ipsam quoq; dominam affectarem uiam, nequaq̃ postrema fuit cu
ra etiam eius mihi ancillas & pedissequas conciliandi, quæ liberales à
nostris artes appellantur. Earum igitur me scitis ad hanc usq; diem fa-
miliaritate intima esse usum,quoniam non inutiles esse audieram,pre
sertim si præpararent ingeniũ non detinerent.nam si philosophiã nõ
docent,ipsæ mox tamen percipiendæ locum parant,si non perducũt,
at certe expediunt,quapropter minime equidem negauerĩ harũ quoq;
beneficio factum,ut ipsis aliquando dominæ mensis accubuerim, de
cuius uidelicet crater à uobis in præsentia propino. nec tamen hæc pri
ma nostra sunt rudimenta iuuenes.nam & in palæstrã quandoq; dispu
tationis,non sine laude descendimus,& philosophiæ libros nonullos,
uel publice uobis (quod sciris) uel priuatim studiosis aliquot homini-
bus enarrauimus. Deniq; quid uerbis opus est,spectemur agendo,ut.n.

oues

oues,quod Stoicus īquit Epictetus in pascua dimissæ,nequaꝗ̃ illæ ꝗdē apud pastorem gloriantur,plurimo se pastas gramine,sed lacei potius, uellusq; præbent, Ita philosophus minime ꝗdē prædicare ipse debet, ꝗ̃tū in studiis desudauerit, sed ipsā suæ doctrinæ frugem proferre ī me dium ·quod & nobis erit(opinor)faciēdū·quare ades auribus,atq; aīs flo rentina iuuentus,ac ueræ philosophiæ primordia, nō iā de lutosis bar baroꝝ lacubus,sed de græcoꝝ, latinorūmq; nitidis fōtibus hauri me- cum·Curæ autem nobis erit,ne quid huc afferatur, qđ nō uel rōne tue- ri,uel auctoritate possimus·Nec uero,aut uerbositate nimia,aut ꝑplexi tate orationis, aut quæstionū molibus uestræ mentis acies retundetur· Etenim perspicua breuitas,atq; expeditus erit nostræ orationis cursus· Dubitationes aūt nec oēs,nec ubiq;,aut interpōemus, aut omittemus, sic ut uestra ꝗ̃cōmodissime exerceātur ingenia,non fatigentur· DIXI

ANGELI POLITIANI PRAELECTIO IN PERSIVM.

Esopi illius phrygis notissimi fabulatoris, atq; ī numero sapi
a entium uirorum merito babiti,lepidissimus īter primos apo logus celebratur.In quo tradit homīes duas manticas habere unam ante pectus,alteram à scapulis,tergóq; propendentem ·Sed ī pri orem inquit aliena uitia īmittimus,ideo & uidemus facile,in posterio rem,nostra,quæ abscōdimus,& uidere negligimus. Est.n.cuiq; à natura ipsa ingenitus,insitúsq; cæcus amor sui,quē græci uno uocabulo φιλαυ-τίαν uocitarunt,atq; ei, ꝗdē uitio facile oēs(ut īquit Plato)ueniā dam⁹ cū interim nulla humano generi pestis capitalior īcubuerit·ut ꝗ̃ nemi nem sui ip sius iudicē esse integrū,aut īcorruptū patiatur,ꝗ ꝑpe amato- rem cæcū(ut Horatius inquit) Aīæ turpia uitia decipiunt,aut etiā ipsa hæc delectant·Quo circa danda ꝑci puc opa est,nō tam,ut quæ ꝓxima nobis cognatáq; sunt,ꝗ̃ quæ suapte natura honesta,ac laudabilia uiden tur consectemur, simúsq; sui quisq; acerrimi cēsores, ne dū nosmet no bis ignoscimus,atq; assentamur,ueritatē deseramus,quæ(ut idē inquit Plato)dis pariter & hoībus, oīum fons est, & origo bonoꝝ·Recte itaq; in Apollinis Pythii foribus illa ē cælo delapsa snīa inscripta fuit,γνῶθι σεαυτόν·qua.s.præcipetur se quisq; uti nosset,hoc est ut māticā illam, quæ sit in tergo reuocatā quandoq; ad pectus inspiceremus,tā uarium pro- fecto,tāq; multiplicem malorum omnium thesaurum in tātam mor- boꝝ uitiorūq; oīum copiā offensuri,ut sit quasi aduersus leonē,& hy- drā gorgonas,harpyásq;,nō ꝗdē Hercules,ꝓseus,aut aꝗlōis filii,sed ipsa

oío Pallas,hoc ē phía ecclit⁹ aduocãda,ut ĩ hæc tã tetra,dira,horribilia
q; mõstra,ipsa Iouis rapidũ iaculetur nubibus ignẽ,ipsa nr̃is medeatur
affectibus ſpargátq; ſalubres Ambroſiæ ſuccos,& odoriferã panaceam.
Cæterum medicinæ hanc opem pleriq; ideo haud imploramus,quod
tam graui animi morbo laboramus,ut ne ægrotare quidẽ noſmet in-
telligamus,ſimiles illis,qui torpentia,atq; obſtupefacta mẽbra ,uel ob
idipſum ſana eſſe arbitrantur,q̄d præmortua ſint,ſenſúſq; omnis,do-
loríſque expertia . quapropter,ut medici ſæpe eiuſmodi corporis par-
tibus ferrũ adhibẽt,aut cauteriũ,quo ſcilicet uires ipſaꝝ,uel cõſopitæ
excitẽtur,uel fugatæ reuocẽtur,ita nos profecto his potiſſimũ hoĩbus,
noſtros curandos animos tradere debemus,qui labem,peſtẽmq; illoꝝ
omnem,cunctáq; perturbationum ſemina ,ceu ferro,& flammis radi-
citus extirpant,quales ſcilicet ei potiſſimum poetæ cenſentur,qui aut
Romanam hanc ſatyram,aut atheniẽſem illam ueterem comœdiam
ſcriptitarunt.itaq; Socratem dicere ſolitum ferunt,oportere unũquẽ-
que etiam de induſtria eiuſcemodi ſeſe ſcriptoribus offerre,nam ſi nr̃a
inquit uitia exprobrabunt ,corrigemus,ſi aliena,nihil ad nos.ꝙ ſi hoc
duri⁹ cuipiam uideatur,at certe ſumere ex allis licebit exemplum no-
bis,quod ex uſu ſiet,atq; in hos potiſſimum ſcriptores,tanquam in ſpe
culum diligenter inſpicere,qui ſoli normam uitæ rectã , prauámque
ceu digito indicantes,quaéq; ſequenda forent, quæq; euitanda uiciſ-
ſim,illa plus cera,mox hæc carbone notarint,ut cum nos ipſi noueri-
mus,hoc eſt animi temperantes(ut Plato in Charmide exponit)euaſe
rimus,in ipſa demum philoſophiæ adyta,atq; penetralia accipiamur.
Veriſſimum quippe eſt,ꝙ pythagoricus Lyſis in epiſtola ad Hippar-
chum ſcribit,qui corruptis ,obſcœníſq; moribus ſpeculatiões,ſermo-
néſq; diuinos ĩmiſceat,nihil oío ſecus agere,q̄ ſi cœnoſo puteo liq̄diſſi
mã ĩfundã aquã,q̄ & cœnũ conturbet,& ſuã ipſius cõtaminet puritatẽ.

Quapropter bene ueteres primam quãdam philoſophiam poeti-
cen eſſe aiebant, ab eáq; potiſſimũ ſapientiæ auſpicabãtur initia,q̄ppe
cuius præceptis,atq; exẽplis ſenſuũ labes oẽs,maculaéq; abſtergerẽtur.
Vnde ẽt atheniẽſes feſtis liberi patris,quæ dionyſia illi,noſtri bacchana
lia ,ſeu liberalia uocitarunt,cum poeſis alia genera,tum in primis uete
res comœdias,in quis uitia hominum taxarentur adhibuerunt, ꝙ hũc
præcipue deum purgandis præeſſe ſenſibus opinabantur.

Legendi itaq; poetæ quidẽ oẽs,ꝑtractandíq; ſunt,ſed ei tamen inter
primos,ꝑ quos,ut eſt apud Marcialẽ,agnoſcat mores uita,legátq; ſuos.

Nũc quæ ſit origo ſatyræ breuiter colligamus.mos fuit antiq̄s athe
nienſibus

niensibus adhuc, quidē per pagos dispersis atq; agriculturæ operā dantibus, ut cū soluti ab opere rustico essent, genioq; indulgerēt, quædam inter se iocularia conuitia ꝑ ludicrū funderent, qui mos deide in pōpā quoq;, & ludos deoꝝ uocatus est, ita ut superstantes plaustris saltarent, pariter & in obuium quéq; scōmata iacerent. deinde extēporanea quoque poemata effutirent, quare adhuc græci cū quenq̃ grauius conuiciatū ꝓuerbio significāt ἐξαμαξῶ reū dicūt, hoc ē è plaustris esse locutū.

Hos deinde poetæ imitati, partim antiquā comœdiā iocis, atq; amaritudine refertā, partim satyricā fabulā excogitarūt, argumentis, dictisque iocularibus compositam, in qua non reges modo, atque heroes, sed satyri etiam inducerētur ludendi cā, iocandiq;, simul ut spectator inter res tragicas, seriasq; satyraꝝ iocis, & lusibꝰ delectaret̃, de qua Hora.

Carmine qui tragico uilem certauit ob hircū.
Mox etiam agrestes satyros nudauit & asper.
Incolumi grauitate iocum tentauit, eodem, als vo quod. vt est videre in Poetica.
Illecebris erat, & grata nouitate morandus
Spectator, functusq; sacris, & potus, & exlex.

Erant āt tragicis, comicis, satyricisq; poetis coīa quædā, nā quadratū habebāt chorū præmiiq; loco hircū, aut mustum accipiebant, eorumq; dramata in ꝓscenio recitabātur. Cæteꝝ comœdia risū cōtinebat, & scōmata. tragœdia luctus, atq; lamēta. satyrica ilaritatem lacrymis admiscebat, atq; ab eiulatu in lætitiam desinebat.

Chorus item tā satyræ quā tragœdiæ sexdecim ꝑsonis constabat, cū essent in comœdia quatuor, atq; uiginti.

Scena ꝓterea satyrica, ut auctor ē Vitruuius arboribus, spelūcis, mōtibus, reliquisq; agrestibus rebus in topiarii speciē deformatis ornabat̃, Qui Cratino eius inuentionē attribuunt īpiti ueteꝝ lectionis deprehendūtur, quādo Exchylo etiam, qui aliquāto prior q̃ Cratinus ætate fuit, primæ à philosopho Menedemo, sicut Acheo secūdæ deferebātur. Scripsit & Pratinas quidā, & lycophron, & Demetrius Tarsicus, & Xenocrates, & phliasius Timon, & alii apud græcos permulti.

Sed & Romāis gentilis fuit, atq; uernacula iocularis, & satyrica mordacitas, quod cum fescenini īdicāt uersus, qui rudes, atq; incōpositi nuptialibus sacris iaciebātur alternis. Cuius rei exemplū etiam apud Catullū hēus, tū licentiora illa carmina, quæ in triūphantes uulgo canebātur à militibus, qualia sūt illa sūt apud Suetoniū. Ecce Cæsar nunc triūphat, qui subegit gallias Nicomedes non triumphat, q̃ subegit Cæsarē. item, urbani seruate uxores mœchū caluū adducimus, unde Martialis

Consueuere iocos uestri quoq; ferre triũphi.
Materiam dictis nec pudet esse ducem.

Factum deinde, ut cum Romani quemadmodum apud Liuiũ est, pestilentia laborarent, inter alia cælestis iræ placamina, scænici quoque ludi instituerentur. Ac primo quidem sine carmine ullo, sine imitandorũ carminum actu ludiones acciti, ex hetruria ad tibicinis modos saltãtes, aut ĩdecoros motus more tusco dabant. Imitari deinde eos iuuentus simul inconditis inter se iocularia fundentes uersibus cœpere. Paulatim deinde processit artificium, cœperéque histriones non iam sicut antea fescenino similẽ, incompositũ, ac rudẽ uersum alternis iacere, sed ĩpletas modis satyras descripto iã ad tibicinem cantu, motuq́; cõgruenti peragere, q̃bus hic & satyristarũ ĩteruenieb ãt chori, Sileniq́; tunicis uillosis, ac florũ uarietate amicti satyrísq; aũt pizomata, & hircorũ pelles induti, qui ẽt uituli marini pilũ erectiorẽ p̃to cæsarie habẽtis, q̃ grauiores quoq; motus ludicra gesticulatione imitãtes, salsa quoq; dicacitate risum prouocabant. Post hoc Liuius Andronicus primus à satyris est ausus argumẽto fabulam serere, iãq; ad legem fabularum ab risu, & ioco res auocabatur, & ludus paulatim in artem uerterant. Itaq; iuuẽtus histrionibus fabellarũ actu relicto ipsa inter se more antiquo ridicula intexta uersibus iactare cœpit. à quo exsodia emanarunt, quæ cõserta dein fabellis potissimum atellanis sunt, unde Iuuenalis.

Vrbicus exsodio risum mouet atellane. Gestibus auctono es

Atellanas ãt ab oscis acceptas iuuentus tenuit, nec ab histriõibus pollui passa est, eo instituto mãsit, ut actores atellanarũ nec tribu mouerentur, & stipendia tãq̃ exptes artis ludicræ facerent. Differunt ãt satyrica & atellana, quod in illa, aut satyrorũ p̃sonæ, ut satyrus canus, satyrus imberbis, satyrus barbatus, aut si quæ sunt ridiculæ similes, satyris inducebantur, ut autolicus ẽt buris, ut Sileni oẽs quidem, sed is quoq; inter alios, qui πάππος à græcis, hoc est auus appellabatur, cuius facies torua, atq; aspectus truculentior, q̃ cæterorum, ac ferino similis affingebatur. In atellana autem obscœnæ erant personæ. ut mœcchus. Hæc in ciuitate oscorum atella primum agi cœpta, à quo esse putant obscœni uocabulum denominatum. atq; hoc uidelicet Cicero in epistola ad Marium significat. non enim te puto inquiens græcos. aut oscos ludos desiderasse, præsertim, cũ oscos ludos, uel in senatu nostro spectare possis. Ita in urbe scilicet atellanarum licentia immigrauit, ita à latinis satyra quoq; fabula recepta est. Sed cum nominatim homines à principio carperentur, ludúsq; ẽt libertas in licẽtiã iã, contumeliámq; uerteretur

eúmq;

cũmq; honestæ etiã personæ fœdius notarentur, lata Romæ lex est, ut si quis malum carmen in quenquam scripsisset, eius rei ius, iudiciũmq; esset. Ita metu pœnæ Scœnici poetæ à maledicendo destiterunt. Qua de re ad hunc modum scribit Horatius.

Agricolæ prisci fortes, paruoq; beati.
Condita post frumenta leuantes tempore festo
Corpus, & ipsum animum spe finis dura ferentem
Cum sociis operum pueris, & coniuge fida
Tellurem porro Siluanum lacte piabant.
Floribus, & uino genium memorem breuis æui
Fescenina per hunc iuncta licentia morem.
Versibus alternis opprobria rustica fudit,
Libertásq; recurrentes accepta per annos
Lusit amabiliter, donec iam sæuus apertam
In rabiem cœpit uerti iocus, & per honestas
Ire domos, impune minax doluere cruento
Dente lacessiti, fuit in tactis quoq; cura
Conditione super communi, quin etiam lex,
Pœnáq; dicto malo, quæ nollet carmine quenquam
Describi. uertere modum formidine fustis
Ad benedicendum, delectandũmq; redacti.

Sed extitit deinde Scipionis, ac Lelii ætate accerrimi poeta ingenii, miraéq; eruditióis, atq; urbanitatis Lucilius ex Aruncaurbe, homo haud quidem tenui censu, libertate autem tanta, ut cum primus ipse nouissimam hanc satyram excogitasset, non modo sũmates uiros lupum albutium. Q. Metellũ, præterea Sceuolam, permultósq; item nominatim sciderit, sed uniuersum quoq; P.R. probrosis carminibus lacerauerit, ac ne mortuis quidem poetis Euripidi, Ennio, Accio, Pacuuio, cæterísq; item illustribus pepercerit, sed scripta unius cuiusq; singulari acerbitate obtrectauerit, itaq; dictus est primus condidisse stili nasum, quod naso uidelicet, & sũma irrisio, atq; uituperatio significetur, quẽ tãetsi fluere lutulentũ dicit Horatius & esse aliqd, qđ tollere possis, tñ insignẽ gloriã, multorũ iudicio reportauit, adeo ẽta' nõnulis ꝓbatus, ut non Horatio tãtũ, & Persio sed plane omnibus poetis anteferretur. Ab hoc igitur uetus illa dicacitas, quam fuisse græcis, latinísq; uernaculam supra ostendimus, translata in satyram est, quæ sic arbitror dicta ab antiquæ illius fabulæ argumento, quod in hac quoque ridiculæ res, pudendæq; dicuntur, quæ uelut à satyris proferuntur, & fiunt sunt

autem satyri liberi patris comites corniculis insigniti, atq; capripedes: qui tris pcipuas saltationũ species, quæ in theatris usurparentur, cordacha, sicinum, atq; emmelian inuenerunt, singulas ab inuentorꝫ noĩbus appellatas, unde Ouidius. Quid non & satyri saltatibus acta iuuentus, fecere: & Catullus, cũ Thyaso inquit satyrorũ. Atqui & Siculus Diodorus satyros in ethiopia Dionyso scribit oblatos, comas umbilico tenus habẽtes, & diuus Hieronymus talem quendã ab heremita Antõio uisum affirmat, qui ipse ex eorꝫ nũero se esse affirmauerit, quos natio ĩ quit errore delusa gentilitas, faunos, satyros'q; appellet. Feruntur, & ĩ sub solaris indorũ mõtibus catardudorũ regione satyri esse puicissimum animal, tã quadrupedes, q̃ recte currẽtes humana effigie, qui pp uelocitatem nisi senes, aut ægri nõ capiantur. Ab his igitur satyrica fabula primum apud græcos appellata, ab ea, quæ satyra altera antiquior, q̃ hæc de qua agimus, quæ uario poematũ genere cõstaret, qualẽ scripsisse Ennius diuerso carminũ numero, Pacuuius'q; dicuntur, quales & Marcus Varro Romanorũ eruditissimus cõposuit, quas alii cynicas, ipse menippeas appellauit, ut quæ inscribitur. Nescis quid uesper uehat, & de officio Marti Et testamentum, & illæ quæ græcos habent titulos, ut περὶ ἐδεσμάτων ὄνος λύρας. περιπλοῦς. ταφὴ μενίππου . ἰπποκύων . aliæq; permultæ. Quas omnis uir ille doctissimus iucũditate quadã, atq; hilaritate conspersit, multaq; ex intima phia admiscuit, multa dialectice dixit oĩoq; aũt uariũ & elegãs, (ut Cicero affirmat) oĩ fere numero poema cõposuit, Menippũ imitatus cinichũ phũm, qui fuisse phœnix dicit' seruus Batonis põtici, libro'q; multo risu refersisse, ut quos in scripsit testamenta, ut cõpositas epl'as ex deorũ psona ad physicos mathẽaticos, grãmaticos, ut epicuri fœtus, ut imagines, aliaq; hmõi, quæ tũ nõnulli Dionysio, & zopiro colophoniis ascripserunt. atq; hic ille est Menippus, cuius psonam Lucianus syrus suis quoq; dialogis identidẽ inseruit. Hinc itaque satyra quoq; hæc nouissima uerisimilius appellata uideri põt, q̃ aut a lance, quæ referta uariis primitiis sacris inferret, aut a genere farciminis multis rebus referto, cuius Varro in plautinis q̃stionibus meminerit, aut a lege satyra, de qua Lucilius, & Salu. faciũt mentionẽ. Tentauit ãt post Luciliũ genus hoc scribẽdi Varro citarinus, sed successu caruit. Hunc secutus Horatius est maxĩe tersus, ac purus mire'q; in deridendo uafer. Dein Persius hic noster, quẽ suscepimus enarrãdũ, multũ & ueræ gloriæ, q̃uis uno libro meruit, ut affirmat Quint. Hic ãt nõ lygur, ut quidã sõniant, sed hetruscus, uolaterris'q; natus Neronis ætate floruit, magistro usus Cornuto, ãnũq; unde trigesimũ agens excessit ẽ uita. nam quæ præterea de illius uita ex antiquis aliquot in certe, ac fri

uole auctoritatis cõmẽtariis circunferuntur,ea neq; adducere in medium,neq; aut affirmare,aut refellere in aío est. Hoc ipsũ deinde pelagus & Iuue ingressus,uelísq; usus maioribus,lõgiúsq; aliq̃to q̃ cæteri ꝓgressus à portu ẽ. Hac igitur quadriga Romana inuecta satyra ad ignotam græcis hoíbus palmã decucurrit. Charactere usi sũt satyri eodẽ ferme, quo ueteres comici. Summa illis inæqualitas, mõ exiles,ac tenues,mõ exultantes,& uelut ampullosi,nunc stricti,& castigati, nunc uagi, atq; effusi,plerũq; ãt obscuri,oposi,implicati,cultuq; quodã florentes acquisito,atq; affectato. Idiotismum ꝑcipue adamant rem,q̃ inter oratorias, ac poeticas uirtutes raro ꝓcedit,magnoq; indiget tẽpamento nuda sũt uerba illis,ꝓpria,significãtia,energiæ plena,nõ græca tamen,non alioquin pegria,nõ trita quoq; uulgo,& exculcata,nõ sordida,nõ obscœna,& scurrilia reformidant Multa aspere, multa seuere, multa blãde, multa itẽ ambigue dicunt, & subdole. Toti urbanitate,& salibus, toti scatent sensiculis.atq; acuminibus.nunc oía oblinunt felle,nunc aceto conspgunt.nunc iocis & lasciuia cõdiunt.nunc mundi.nitidi.candidi.nunc horridi.agrestes.squalidi.nunc leniculi.improbi.petulãtes. nunc uehementes.incitati.minaces.Rephendunt acriter,insultãt ĩpotenter,uafre cauillãtur,astute obrepunt,effluunt lubrice tergiuersãtur.illudunt.dissimulant.ardent.uersãt.suspendunt.feriunt.pungunt. ꝓuocãt.titillant stomacãt.attonãt,ceu fulmĩe oía,& cõcutiũt, ac de satyra q̃dẽ hacten⁹.

Angelus Politianus Antoniotto Gentili.tt.Sanctæ Anastasiæ Presbytero Cardinali Auriensi. S.

Paruum quidẽ tuo nomini libellum dedico, sed(ut spo) nec inanẽ reꝝ,nec inopem. Multa & remota lectio,multa illũ formauit opa. Titulum Nutricia diximus, Qua figura & Stati⁹ Soteria. Plenior hic.n.mihi uisus,& argumento cohærentior,q̃ qui olĩ placuerat, Nutrix. Tu uero electus potissimũ in cuius appareat noie, non quo rem tantillam tantæ uirtuti,fortunæq; cõuenire arbitrer, aut hoc esse deniq; putẽ,quod tuis erga me meritis debeatur. Veꝝ cum ꝓdire nollet hic in publicũ liber sine patrocinio, tuũ præcipue sibi nomen inscripsit. Ex quo tutior foret,atq; honestior. Quare suscipe quæso q̃dquid hoc est mei fœtus,qua me quoq; ipsũ soles humanitate. Deinceps aũt plura,melioráq; forsitan accipies,mõ hunc primũ quasi gustũ non aspneris.nec.n.uel ignoro,uel dissimulo,q̃tũ tua mihi apud Innocentium Pont.Max.suffragata sit auctoritas, Cui quidem & ipsi cottidie à me,si non par gratia,certe aliqua tamen pro uirili parte,scribendo saltem,beneq; & sentiendo,& eloquendo refertur. Vale.

Ange.Poli. Silua, cui titulus Nutricia. Argumẽtũ de poetica, & poetis.

S Tat uetus, & nullo lex interitura sub æuo
Diuorum, atq; hominum concors, incidit in auro
Scilicet hanc natura parens, dictasse feruntur
Fatorum consulta Themis, solersq; futuri.
Non dum caucasea pendens de rupe Prometheus.
Quæ gratos blandæ officio nutricis alumnos
Esse iubet, longúmq; pia mercede laborem
Pensat, & è meritis cumulat compendia curis.
Hinc italos phrygio signauit nomine portus
Caietæ memor Aeneas, hinc urbe Quirini
Annua cinctutos nudabant festa lupercos.
Hinc pater astrigero Dodonidas intulit axi
Bacchus Agenoreo facturus cornua tauro.
Hinc iubar olenium ratibus pelagoq; pauendum
Exoritur, siquidem cretæa fertur in Ida
Capra Iouem puerum fidis aluisse papillis.
Ast ego, cui sacrum pleno dedit ubere nectar.
Non olidi coniunx hirci, non raua sub antris
Bellua, non petulans nymphe, non barbara mater,
Sed dea pieridum consors, & conscia magnæ
Pallados, humanas augusta poetica mentes,
Siderei rapiens secum in penetralia cœli.
Quas rogo, quas referam grates, quæ præmia tantæ
Altrici soluisse queam, nec fulminis auctor.
Nec thyrsi, sceptriq; potens, quo nam improba ducis
Mens auidum? quo me pietas temeraria cogis
Attonitum? qui nam hic animo trepidante tumultus?
Fallor? an ipsa aptum dominæ præcordia munus
Parturiunt ultro, uocémq;, & uerba canoro
Concipiunt sensim numero, ínlibatáq; fundunt
Carmína, nunquam ullis parcarum obnoxia pensis.
Sic eat. En agedum qua se furor incitat ardens,
Qua mens, qua pietas, qua ducunt uota sequamur.
Intulerat terris nuper, mundoq; recenti
Cura dei sanctum hoc animal, quod in æthera ferret
Sublimis oculos, quod mentis acumine totum

naturæ

Naturæ lustraret opus,causas'q; latentis
Eliceret rerum & summum deprenderet æui
Artificem,nutu terras,maria,astra,regentem,
Quod fretum ratione animi substerneret uni
Cuncta sibi,ac uindex pecudū,domitorq; ferarum
Posset ab ignauo senium defendere mundo.
Neu lento squallere situ sua regna,neq; ægram
Segnitie pateretur iners languescere uitam,
Sed longum tamen obscuris immersa tenebris
Gens rudis,atq; inculta uirum,sine more,sine ulla
Lege propagabant æuum,passimq; ferino
Degebant homines ritu,uisq; insita cordi
Mole obsessa graui,nondū ullos prompserat usus,
Nil animo,duris agitabant cuncta lacertis.
Nondum relligio miseris(si credere fas est)
Non pietas,non officium,nec fœdera discors
Norat amicitiæ uulgus,discernere nulli
Promptum erat ambiguo susceptam semine prolem.
Non thorus insterni genio,non crimina plecti
Iudicio,nulla in medium consulta referri.
Non quæri cōmune bonum,sua commoda quisq;
Metiri,sibi quiq; ualere,& uiuere sueti.
Et nunc ceu prorsus morientem uespere sero.
Ignari fleuere diem,nunc luce renata
Gaudebant ceu sole alio,uariósq; recursus
Astrorum,uariam Phœben,sublustris in umbra
Noctis,& alternas in se redeuntibus annis
Attoniti stupuere uices,insignia longum
Spectabant cæli,pulchroq; à lumine mundi
Pendebant causarum inopes,rationis egentes.
Donec ab æthereo genitor pertesus olympo
Socordes animos,longo marcentia somno
Pectora,te nostræ diuina poetica menti
Aurigam,dominámq; dedit,tu flectere habenis
Colla reluctantum,tu lentis addere calcar,
Tu formare rudes,tu prima extundere duro
Abstrusam cordi scintillam,prima souere
Ausa promethe æ cælestia semina flammæ.

Nam simul ac pulchro moderatrix unica rerum
Suffulta eloquio dulcem sapientia cantum
Protulit,& refugas tantum sonus attigit aures,
Concurrere ferum uulgus,numerosq;,modosq;
Vocis & arcanas mirati in carmine leges
Densi humeris,arrecti animis immota tenebant
Ora cateruatim,donec didicere,quid usus
Discrepet a recto,qui fons,aut limes honesti
Qui'ue fide cultus,quid ius æquabile,quid mos.
Quid poscat decor,& ratio,quæ commoda uitæ
Concilient inter se homines,quæ fœdera rebus,
Quantum inconsultas ultra solertia uires
Emineat,quæ dein pietas præstanda parenti,
Aut patriæ,quantum iuncti sibi sanguinis ordo
Vindicet,alternum quæ copula seruet amorem.
Quod gerat imperium fractura cupidinis arcus,
Atq; iras domitura truces,uis prouida ueri,
Vis animæ,celsa quæ sic speculatur ab arce,
Vt uel in astrigeri semet præcordia mundi
Insinuet,magniq; irrumpat claustra tonantis.
Agnorant se quisq; feri,pudibundaq; longum
Ora,oculos,taciti inter se immotiq; tenebant.
Mox cunctos pariter morum,uitæq; prioris
Pertesum,ritusq; ausi damnare ferarum,
Protinus exseruere hominem,tum barbara primum
Lingua nouos subiit cultus,arcanaq; sensa
Mandauere notis,multaq; tuenda ui rum ui
Mœnia succinctus populis descripsit arator.
Tum licitum,uetitumq; inter discrimina ferre
Et pretium laudi,& noxæ meditantia pœnam
Vindicibus cœptum tabulis incidere iura.
Mox & dictus Hymen,& desultoria certis
Legibus astricta Venus,sic pignora quisq;,
Affectusq; habuere suos,belliq; togæq;
Innumeras commenti artes,etiam æthera curis
Substrauere auidis,etiam famulantibus altum
Inseruere apicem stellis,animoq; rotatos
Percurrere globos mundi,& sacra templa p orbem
Plurima

Plutima lustrato posuerunt deniq; cœlo.
Sic species terris, uitæ sua forma, suusque
Dis honor, ipsa sibi tandem sic reddita mens est.
An uero ille ferox, ille implacatus, & audax
Viribus, ille graui prosternens cuncta lacerto
Trux uitæ, præceps animæ submitteret æquo
Colla iugo, aut duris pareret sponte lupatis,
Ni prius indocilem sensum facūdia uictrix
Vimq; reluctantem irarum, flatusque rebelles
Carmine mollisset blando, pronisq; sequentem
Auribus, ad pulchri speciem duxisset honesti.
Quippe etiam stātes, dulci leo carmine captus
Submittit ceruice iubas, roseamque dracones
Erecti tendunt cristam, & sua sibila ponunt.
Ille quoq; umbrarum custos, ille horror auerni
Cerberus, audita getici testudine uatis,
Latratum posuit triplicem, tria sustulit hiscens
Ora, nouo stupidus cantu, qui flexerat atram
Tisiphonen, sæuo lacrymas concieuerat orco.
Ipsum fama Iouem, cum iam cyclopea magna
Tela manu quatit isurgens, tonitruq; coruscat
Horrisono, & cæcis miscet caua nubila flammis.
Vt tamen increpuit neruis, & pectine pulcher
Delius, alternumq; piæ cecinere sorores,
Placari, totumq; sua difundere mundum
Læticia, & subito cœlum instaurare sereno.
Nunc age, qui tanto sacer hic furor incitet œstro
Corda uirum, quam multiplices ferat Enthea partus,
Mens alta cognata polo, qui præmia doctæ
Frontis apollineas ausi sibi nectere lauros,
Inclyta perpetuis mandarunt nomina sæclis,
Expediam. faueat pulchro nunc musa labori.
Musa quies hoīum, diuumq; æterna uoluptas.
Iupiter (ut perhibent) liquidi p & ignea mundi
Templa, per et stellis radiantibus æthera fixum,
Aurarumq; animas, sola terræ, & cerula ponti
Diffitus, errantes citharæ uice temperat orbes,
Ac rapidum spatibus cursum rotat interuallis

Quem rara pars tamen,& certum confine diremit
Hinc nostro maior captu sonus exit,acutas
Compensans grauibus septem in discrimina uoces,
Stellantesq; globos,sua quæq; innoxia siren
Possidet,ambrosio mulcens pia numina cantu,
Nec tamen in nullis hominum simulachra refulgent
Mentibus,arcanam cæli testantia musam,
Permixtumq; Iouem.nam ceu traducet imago
Sideris in speculum,ceu puro condita uitro
Solis inardescit radio uis limpida fontis,
Sic nitidos uatum defecatosq; sonori
Informant,flammantq; animos modulamina cæli.
Is rapit euantem feruor,fluctuq; furoris
Mens prior it pessum,tum clausus in æstuat alto
Corde deus,toto lymphatos pectore sensus
Exstimulans,sociumq; hominem indignatus,ad imas
Cunctantem absterret latebras,uacua ipse potitus
Sede,per obsessos semet tandem egerit artus.
Inq; suos humana ciet præcordia cantus.
Non illos cycnæa Mele,non dædala chordis
Apta fides,non quæ duplici geniale resultant
Naula citata manu,non uincat dulcior ille
Flatus inæquales digitis pulsantibus implens
Compresso de folle tubas,pius æmula contra
Iubila cui referunt chorus,alternisq; lacessunt.
Agnoscas propere numen,suspirat hanelo
Grandior ore sonus,quantusq; impleuerit antrum
Phœbados,aut rupem euboicam,nec Martius illum
Terrificum clangens rauci canor æris obumbret
Nec tonitrus Iouis,aut petulantibus incita flabris
Ossæo pineta iugo,nisi ue ruentis
Exsurdans uicina fragor,mirantur & ipsi
Sæpe(quis hoc credat?)quæ nuper cũq; recepto
Numine,legitimi cecinere oracula uates
Caligatq; animus uisis,nec uindice lingua
Defendunt sua dicta sibi,postq̃ ille quieuit
Spiritus,& pressi tacuit sacer impetus oris.
Ipsaq; niliacis longum mãdata papyris

Carmi-

Carmina phœbeos uideas afflare furores,
Et cæli spirare fidem,quin sancta legentem
Concutiunt parili turbam contagia motu,
Deq; aliis alios,idem proseminat ardor
Pectoris instinctu uates,ceu ferreus olim
Anulus arcana,quem ui magnesia cautes
Sustulerit,longam nexu pendente catenam
Implicat,& cæcis inter se conserit hamis.
Inde sacros musarum amnes heliconia tempe
Multisoni celebrant numeroso gutture cycni,
Prima tamen dubias fuderunt carmina sortes.
Quippe etiam ante Iouem sagis instincta resoluit
Ora sonis Nereus,Nereus quem prisca marinum
Dictat fama senem,tuq; o consulte Prometheu,
Qui tenuem liquidis ignem furatus ab astris
Mirantem frustra satyrum,captumq; decoro
Lumine,ne flammæ daret oscula blanda monebas.
Mox quoq; Phocaico uerum mugiuit ab antro
Alma themis,qua rupe pares utrinq; uolatus
Armigere posuere Iouis,tum Iuppiter ipse
Fatidico mouit cantu Dodonida quercum,
Præsciáq; in libycis concussit cornua lucis,
Moxq; lycaonias pan carmine terruit umbras
Carmen apollinei tripodes,laurusq; locutæ,
Quæq; coronatum sonuere philesia branchum
Pastorem branchum,tribuit cui gratus amorum
Sortilegas uoces admissus ad oscula pœan.
Et sua per carmen ducibus responsa latinis
Noctiuagus cecinit calcato uellere faunus.
Vos quoq; per carmen triplices oracula parcæ
Vestra datis,quin & ueteres promp sere sibyllæ
Carmen,amalthea,& fati Marpesia diues
Herophileq; idæa genus,prædoctaq; Sabbe
Democq;,phygoq;,& ueri gnara phaennis
Et Carmenta parens,& Manto,& pythia longos
Phemonoe commenta pedes,& filia Glauci
Deiphobe,nimium uiuax,& Marcia fratrum
Nomina,Lymphatusq; Bacis,subterq; triones

Natus hyperboreos Ollen, ınq; atthide terra
Clarus honore Lichas, dodoniadeq́; columbæ.
Nam quid ego innumeras uariantẽ Protea formas.
Sed dubio risus, uultu, lachrymaśq; perosum?
Quid ue loquar te Glauce senex? plenumq; parente
Idmona, fulminei prostratum dentibus apri?
Ampycidenq; pium, libycis quem fudit arenis
Vipera fatifero fauces accensa ueneno.
Quid te cui uolucrum linguæ patuere Melampu?
Quid, cui post uisos nudatæ palladosartus
Cernere nil licitum? quid'quem impia prodidit uxor.
Hosticáq; ausit humus? quiq; alto in melle necatum
Restituit luci, quo nuper uixerat anguis
Gramine minoum dictæo carcere glaucum,
Aut, qui mille rates peritura ad pergama duxit
Thestoriden, aut qui magica fera murmura lingua
Ingeminans, liquido deduxit ab æthere fulmen
In caput ipse suum, propugnariq; bidental
Iussit, achæmenium seruantia busta tiaram,
An memorem Solymos prælustria nomina uates?
Psallentemq; deo Regem, qui turbine fundæ
Icta Philistæo secuit puer ora giganti.
Teq; palæstini laqueantem culmina templi
Mentis, opumq; potens Solomon, nec odora tacentem
Oscula sollicito languentis amore puellæ,
Parshymnos fudere deo. Sic maximus ille
Nondum clara sacris radiatus tempora Moses
Ignibus, ut rubras sicco pede transiit undas,
Demerso in signem cecinit Pharaone triunphum.
Tuq; puer modo dicte mihi Iessæ uicissim
Dulcia terribili mutans psalteria bello,
Voce deum placas, ut quos Babylone rebelli
Lambit in horrisonis non noxia flamma caminis.
Quośq; alios ueteris gens seruantissima ritus,
Retrorsum iudea legit, sed enim æthera magnum,
Custodeśq; alii genios (ita iusserat error
Publicus) innumeróśq; lares, functośq; sepulcris
Mille deos, uariiśq; animatum partibus orbem.

Heu

Heu frustra coluere pii, ueniámq; rogantes.
Qualiacunq; suo placabant numina cantu,
Mox chaos & teneri prima incunabula mundi.
Et diuum genus, atq; hominum, & Titania saecla
Non humili dixere tuba, quoq; edita partu
Gramina, frondiferúmq; nemus, gentésq; ferarum
Quid ue parens natura agitet, quósue aurea ducant
Astra choros, ut se fraternis delia flammis
Induat, & radiis eadem mox depleat haustis,
Quae caelo portenta uolent, quém ue ille tumultum
Misceat, aut quantis uarietur ab ignibus aer,
Quo saliat quassante solum, qui torqueat error
Oceani refluas undas, moléṁq; natantem,
Inde sacrosanctas modulati carmine leges,
Multisonum fecere Nomon, nec uulnera tantum
Saeua, sed & caecos uincebant carmine morbos.
Sacrifici quondam nec dis ignara poetae
Nomina. Quin magicas arcano murmure linguas
In uarios duxere modos. nec fabula mendax
Parrhasio lapides mouisse amphiona plectro,
Orpheos atq; lyram curua de ualle secutas
In caput isse retro, liquido pede fluminis undas,
Cumq; suis speleae feris, cum rupibus ipsis
Dulcia Pierias properasse ad carmina fagos,
Quaeq; auis applauso libraret in aere pinnas.
Pene intercepto uix se tenuisse uolatu,
Illius argutis etiam patuere querelis
Tartara, terrificis illum uillosa colubris.
Tergimini stupuere canis latrantia monstra.
Tum primum & lacrymas inuita per ora cadentes
Eumenidum, stigii coniunx mirata tyranni
Indulxit uati Euridicen sed muneris usum
Perdidit, heu durae nimia inclementia legis.
At iuuenem postq̄ thressarum iniuria matrum.
Frustra suaue melos, frustra pia uerba mouentem,
Dispersit totis lacerum furialiter agris,
Cum lyra diuulsum caput à ceruice cruenta.
Heu medium ueheret resonans lugubre p hebrum

Relliquias.animæ iam deficientis amatam
Mouit in Erudycen,tamen illam frigidus unam
Spiritus,illam unam moriens quoq; lingua uocabat.
Lesbotum stupuit uulgus,cum flere natantes
Sponte fides,atq; os domini uectare cruentum
Vidit,& heu lassis uelut aspirare querelis
Improbus hanc stulte chelyn affectare Neanthus
Ausus,apollinea pendentem substulit æde.
Quem tamen indocto ferientem pollice chordas
Vindice discerpsit rictu nocturna canum uis,
Illa recepta polo,ceu quondam saxa nemusq;
Sic nunc stelliferis agit aurea cornibus astra.
Quin,& pellæi quondam præsaga triumphi
Delicuit sudore sacro Libethris imago.
Tantus honor Getico fuit,& post funera uati.
At tu,qui merito dulcem cratera magistro
Obtuleras,uolucri penetrans in sæcula fama
Cantando trahis helysios Musæ minores.
Contra autem indocilem nimis execratur alumnum
Immemoremq; Linus uocat,ingratumq; laborum,
Amphitryoniaden,qui quondam triste perosus
Doctoris magni imperium,ueneranda rebelli
Contulit ora lyra,& clamantem plurima frustra.
Tendentemq; manus,obtestantemq; peremit.
Heu non ista piæ meritum sibi præmia linguæ.
Iam Methymnæum uatem delphine reuectum,
Iam Tamyram cantu doctas anteire sorores
Fretum,mox citharæ damnatum,& luminis orbum.
Quis nescit?princeps idem(ni uana uetustas)
Ad faciles uenerem inlicitam conuertit ephebos,
Insignemq; sacro tulerat certamine palmam
Tertius,boc etenim Cirrhæus honore Philammon,
Claruit ante pater,sed Cres præuenerat ambos
Chrysothemis,nam Demodoci uiuacior æuo
Fama meleteis gaudet iuuenescere chartis,
Et tua neritias inuito pectine mensas
Qui celebras,etenim ut stellas fugere undiq; cœlo
Aurea cum radios Hyperionis exseruit fax,

Cernimus

Cernimus,& tenuem uelut euanescere lunam.
Sic ueterum illustres flagranti obscurat honores
Lampade Meonides, Vnum quem dia canentem
Facta uirum,& sæuas æquantem pectine pugnas.
Obstupuit, prorsusq; parem confessus apollo est.
Proximus huic autem, uel(ni ueneranda senectus
Obstiterit fortasse prior) canit arma uirumq;
Vergilius, cui rure sacro, cui gramine pastor
Ascræus, Siculusq; simul cessere uolentes,
Quem non tabifico mordax attingere liuor
Dente queat, liuor tandem & Sandalion ausus
Carpere, cum dominam asseruit sua forma Dionen.
Excipiunt gemini procul hos, longeq; secuntur
Qui septem cadmæa uocent ad mœnia reges,
Hunc Phœbea Claros, Cumæa Neapolis illum
Protulit, hic elegis etiam tua funera Lyde
Flet pius, herois ille audax uersibus effert
Magnanimum quoq; Peliden, hic deniq; magni
Instar habet populi pendentem ad uerba Platonem.
Ille etiam siluis partum sibi prædicat aurum.
Ecce alii primo tentatum remige pontum
Palladiamq; ratem, tabulasq; dedere loquaces.
Quorum threicio personam primus ab Orpheo
Accepit genitus Miscelli gente salubri
Alter alexandri nilotidas abnegat arces
Exosus natale solum, tumidamq; colosso
Solis & irriguam pluuio Rhodon expetit auro.
Huius in ausonio uestigia puluere uarro
Pone legit linguæ haud opulens, ut barbara Narbo
Vt quem paruus atax latiæ transcripserat urbi.
Atq; idem imparibus proprios exponit amores
Leucadiamq; suam numeris, succedere magno
Aruncæ quondam frustra conatus alumno.
Nam te flacce sinu sulcantem cærula pleno
Heu iuuenem cursu excussit mors sæua priusquam
Aesonides pagasas, patriamq; reuectus Iolcon,
At tibi Dædaleos monitus heliconie uates
Qui sequeris, neq; uentosis in nubibus alas

Expandis,neq; serpis humi,sed præpete lapsu
Ceu medium confine teris,quo carmine dignas
Addiderim tandem,quó ue ore,aut pectore laudes?
Scilicet huic patriis pecudes in uallibus olim
Seruanti,cunctæ sese indulxere uidendas
Aonides,laurúmq; uiro,uocémq; dedere,
Qua superum caneret stirpem,præceptáq; morum,
Descriptósq; dies operum,clypeúmq; tremendi
Herculis,& ueteres diuum genus heroinas.
Ergo & chalcidico uatum certamine quondam
Rettulit auritum tripoda,&(si ueraminores
Audimus)cantu magnum quoq; uicit Homerum.
Moxque dolo extinctum,mersumq; ad littora tristis
Delphinum uexere chorus,nec defuit index
Turba canum,medioq; darent qui corpora fontum
Mersa mari,& mentam placarent mortibus umbram,
Ossaq; fatali tellus minyæa sepulchro
Nunc habet,annosæ conspectu inuenta uolucris,
Nec quæ magnanimum nodosæ robore clauæ
Instruit alciden,nullum noménq;,decusq;
Conciliat sterili Pisandria musa Camiro.
Nec qui bissenos iterum memorare labores
Audet,& à primo uatum figmenta priorum.
Vsq; chao repetit,non saltem laudibus æquet
Ascræum,Clariúmq; senes,neq; Chalcis alumnum
Euphoriona tacet,uario qui personat ore
Mopsopiam,neq; Tyrtæi lacedæmona cantu
Victricem se ferre pudet,licet impare gressu
Tenderet.adde nouis mutantem corpora formis
Parthenium,pictáq; notantem lumina mundi.
Nanq; hoc præcipue se carmine iactat Aratum
Cui cor ab intonsi fax ore accensa philini
Vrebat miserum,quem terra cilissa recepit,
Et portentoso celebrem dedit esse sepulchro.
Nec te quem colophon tulerit Nicandre tacebo
Pæoniis celebrem studiis,qui nigra uenena
Prodis,& emissas serpentum fauce saliuas,
Tum medicam subiungis opem,prædicere finem
Morbo-

Morborum,& tacitas gnarus deprendere causas.
Atq; idem pia rura sonas,dulcissima miscens
Austero figmenta operi,sed lustra ferarum
Scrutatur,captat uolucres,prolémq; natantum.
Mox dat habere pio gratissimus Antonino
Oppianus,docti prædiues honore laboris
Pingit,& exiguis totum Dionysius orbem
Terrarum in tabulis,sed non & prælia Bacchi
Nonnus in exigua potuit contexere tela,
Battiades Hecalen sonat,& Marathonia gesta
Celsior assueto,causasq; ætate latentes
Prodit,& undeno molles pede cantat amores,
Et nunc ingratum tenebrosus deuouet Ibin.
Nunc superos celebrat,nunc tristibus ardet iambis.
Nunc humili premitur socco,nunc ille cothurno
Altior assurgit,centumq; poemata pangens.
Dissipat in uarios Heliconia flumina riuos.
Sed Tiberim dominum rerum , mundiq; potentem
Ambigitur ,rigui ne tener Sulmonis alumnus
Nobilitet magis,an uero tibi Roma pudori
Sit potius, Getica sic semisepultus arena
Pro dolor,exul,inops,nimium quia forsan amico
Lumine Cæsareæ spectauerit ora puellæ.
Ille nouas primo facies trasformat ab æuo.
Ille cupidineas uersu canit impare flammas.
Inuoluítq; nouum dubiis ambagibus Ibin.
Vel dat amatricum dictatas ore tabellas.
Vel miser exilium cycneo gutture deflet.
Temporáq; , & causas Romani digerit anni,
Vel memorat pisces,& adhuc ignara latinis
Nomina,uel cœlo labentia computat astra,
Et replet astrictas diuerso epigrammate chartas,
Consutum quoq; Sytma thrait,suspendit & unca
Nare malos,(quorum nunc omnia plena)poetas,
Indulgens tamen usq; sibi,nam præditus acri
Ni mirum ingenio,faciem putat esse decoram
Carminis,inspersus maculet quam deniq; neuus.
Iam senior triplici uates,qui corde superbit

Meonides Italis(ni fallunt uisa)secundus
Bella horrenda tonat,Romanorumq; triumphos,
Inq; uicem nexos per carmina digerit annos.
Arte rudis,sed mente potens,parcissimus oris.
Pauper opum,fidens animi,morumq; probatus,
Contentusq; suo,nec bello ignarus,& armis.
Quem rudiis ortum rigidi quæstura Catonis
Ad septem geminas iuuenem deduxerat arces.
Mox comes armorum fului,qui sanguine partas
Scilicet haud dubitat latiis sacrare camenis
Exuuias.dedit ætolis hostilia campis
Corpora multa neci,longe gratissimus idem
Scipio magne tibi,& calabris uicinus in hortis
Virtute emeritis,cuius gentile sepulchrum
Mox tenuit,nullo patiens sua funera fletu
Produci,lætusq; uirum uolitare per ora.
Præterea tragico boat ampullosus hiatu.
Comica lasciuo proscænia laxat iambo.
Exponit satyros latioq; Euhemeron infert.
Et modo reprensi deflorans carmina Næui.
Carmina,quæ quondam fauni,uatesq; canebant.
Mox gemet ipse suo natas in littore conchas
Præcultum purgare fimo,& sibi ferre Maronem,
Sed quanquam in primis docto Verona Catullo
Gaudet,uulnificos elegis qui miscet iambos,
Et sub adoptiuum redigit te Clodia nomen.
parturit & fortem forti quoq; carmine Achillem,
Atq; urbis proceres multo sale defricat audax.
Cæsareæq; notas,& inurit stigmata fronti,
Non nihil Aemiliũ tamen hæc quoq; iactat alumnũ
Texentem tenui Macrum subtemina filo.
Dũ uolucres numeris,dũ gramina pingit & angues.
Nec qui philtra bibit,nimioq; insanus amore.
Mox ferro incubuit,sic mentem amiserat omnem.
Vt non sublimi caneret Lucretius ore
Arcanas mundi causas,elementaq; rerum
Doctus,& Arpino tamen exploratus ab ungui.
Scilicet & ueteres naturam pandere grai

Carmi-

Carmine tentarunt celebri,ceu maximus ille,
Aerisonas pedibus qui quondam inductus amyclas
Influit Siculi rapidum cratera camini.
Et cui de uocum tenebris cognomina flenti
Addita,quosq; alios studio sapientia dulci
Implicuit,ceciniq; diu memoranda uetustas,
Emicat hesperio trifidum ceu fulmen ab orbe,
Qui uix puber adhuc,rudibusq; tenerrimus annis
Hæmonios iterat currus,auroq; repensum
Hectora,tartareasq; domos,dirumq; Neronem.
Orpheaq;,& meritæ peragit præconia Pollæ.
Lasciuiq; iocis,ac torrens uoce soluta
Dulichias æquare niues,& fulmina tendit,
Quanta Pericleo lepor intorquebat ab ore,
Mox tonat ardenti pharsalica prælia cantu,
Aegyptiq; nefas,primo uix flore genarum
Conspicuus,toruo quem protinus ore secundum
Respexit,captæ uix ausus fidere palmæ
Vergilius,sed iniqua bonis Rhamnusia tantis
Heu decus hoc orbi inuidit,ne uindice ferro
Assereret miseras incesto à principe terras,
Tum felix tamen,o iuuenis(nam conscia pœnam
Corda leuant)felix inq̃,licet ille cruentum
Rugiat,& truncas deficcet sanguine uenas
Fronte minax,diraeq; instinctus uerbere matris,
Macte animo,non te o uates parnasside lauru.
Nequicq̃ deus,& cithara dignatus honora est.
Post hunc sidoniæ damnat periuria gentis
Emeritosq; foro musis tandem asserit annos
Silius,ausonio qui quondam fulgidus ostro
Expulit horribilem,uitaq;,aulaq; tyrannum.
Ipse obiit plenusq; æui,natoq; superstes
Aspera congenito fixus uestigia clauo
An taceam Bassum grauido tua dona ferentem
Vespasiane sinu:& fantem Sicula arma seuerum:
Aut te sidonias repetentem pontice thebas:
Aut pelusiaci missum de plebe canobi
pulchra suũ,quem nunc florentia iactat alumnum.

Gaudentem stygio dominam iunxisse marito.
Magnanimiq; uagos ducis ostentare labores?
Aut te Niliaca relegentem sidera cura.
Bis uates Manli,& Babylonia signa sequentem?
Quosq; sibi æquæuos puro uocalior ore.
Nequa laboranti incumbant obliuia famæ
Naso refert,queruli tangens confinia ponti?
Et qui smyrnæis poterat contendere plectris
Valgius,ut tersi memorat pia musa Tibulli?
Musa sibi primos,quæ iure asciscat honores
Imparibus numeris,ni blanda Propertius ora
Soluat,& ambiguam faciat certamine palmam.
Plania materiam teneri dat,& Hostia cantus
Nomine supposito,ceu Galli mima Citheris
Personam falsæ lasciua lycoridos affert
In scænam,& docto clausam se iactat amanti,
Dum miser ipse suo fodiat præcordia ferro.
At non exigui tenuis quoq; pagina Calui
Dissimulat pulchram,sed acerbo funere raptam
Quintiliam,nec chous ad hæc non sacra Philetes.
Quanquam est æger,adest,quanquam uestigia lento
Fulta grauat plumbo,nec qui sine amore,iocísq;
Iucundum nil esse putat:quid rustica dicam
Iubila pastorum siluis meditata sub altis?
Vt patrias Moschus non inficietur auenas.
Externásq; Bion,ut opaca Tityron umbra
Prouocet ausonio Calpurni fistula cantu?
Aerios procul in tractus,& nubila supra
Pindarus it Dircæus olor,cui nectare blandæ
Os tenerum libastis apes,dum fessa leuaret
Membra quiete puer mollem spirantia somnum.
Sed tanagræa suo mox iure poetria risit
Irrita,qui toto sereret figmenta canistro.
Tum certare auso palmam intercepit opimam
Aeoliis prælata modis,atq; illice forma.
Ille agathoclea subnisus uoce coronas
Dixit olympiacas,& qua uictoribus isthmos,
Fronde comam,delphiq; tegant,nemiæáq; tesqua
Lunige-

Lunigenam mentita feram tum numina diuum
Virtute'sq; uirosq; undanti pectore torrens
Prouexit, sparsitq; pios ad funera quæstus
Frugibus hunc, libisq; uirum Cirrhæus ab ara
Phœbus, & accubitu mensæ dignatus honoro est,
Panaq; pastores solis uidere sub antris
Pindarico tacitas mulcentem carmine siluas,
Inde senem pueri gremio ceruice reposta
Infusum, & dulci laxantem corda sopore.
Protinus ad manis, & odoro germine pictum
Helysium tacita rapuit Proserpina dextra.
Quin etiam hostiles longo post tempore flammæ.
Quæ septemgeminas populabant undiq; Thebas
Expauere domum tanti tamen urere uatis,
Et sua posteritas medios quoq; tuta per enses
Sensit in exausta cinerem iuuenescere fama.
Non ego te longo præsignis Anacreon æuo
Transierim bicolore caput redimite racemo.
Cui citharæ cordi, cui nigri pocula Bacchi
Semper, & ancipiti stimulans Amarusia cura. *i venus ubi precipue colebatur.*
Nam modo threicii crinem mirantis ephebi. *qui vocabatur smerdis*
Nunc Samium celebras (iubet Adrastea) Bathyllum.
Nunc tenerā Eurypylen, tenerum'q; Megisthea laudas.
Tandem acino passæ cadis interceptus ab uuæ. *author est plinius lib 7 cap 7.*
Ipse Lyci nigros oculos, nigrum'q; capillum. *et valerius lib 9. cap de mor*
Quamq; uides digito narium in olescere gemmam. *te non uulgari.*
Exactosq; canis pugnax Alcæe tyrannos *de quo meminit cicero in primo de na*
Aeolium docto pertentans barbyton auro. *tura deorum et horatius in primo o*
Arma, sed attææ tua fles suspensa Mineruæ. *darum alludit ad illud quintili*
Sustinet heroi ualida testudine pondus *ani libri x. cap. i. Alcæus in*
Carminis, & damnans Helenen laudans'q; uicissim. *parte operis aureo ple.*
Amittit, recipitq; oculos tuus Imera Ciuis *ctro meruit donari qui*
Stesichorus, quem trux phalaris ueneratus & hostem est. *tyrannos insectatus est.*
Cuius & in labris sedit puerilibus olim *ita plato in fedro.*
Daulias, & uestrum musæ cantauit alumnum.
Sed uocat ad lacrymas Cei pia Nænia uatis. *qui primus excogitauit artem*
Vnum Mnemosyne quondam, præq; omnibus unum. *memorie lib. 9. cap*
Quem coluit, sæuæ quem subtraxere ruinæ. *de memoria quintili*
anus et plinius cap de memoria

Author est cicero lib. x. de oratore et
valerius maximus lib. i. cap de miraculis

Ledæi iuuenes, uacuam cui tristis ad arcam
Gratia flet laniata comas, nudata lacertos.
Quiq; sui uindex fuit & post fata sepulchri.
Ipsi etiam patria pressi breuitate lacones
Ascitum largo tamen ore alcmana recensent.
Quem tulit auriferos ostentans Lydia fontes.
Nunc gemit heu tineis artus & tabe peresum.
At te cui numeros dictat dea Suada canoros
Ibyce, quiq; marem tantum meditaris amorem.
Nec superi, nec auis pygmea reliquit inultum.
Et nunc Rheginis tua sedibus ossa quiescunt.
Nec uulgare canit dulcis ab Iulide Siren
Bacchylides, sed enim lyricis iam nona poetis
Aeolis accedit Sappho, quæ flumina propter
Pierias legit ungue rosas, Vnde implicet audax
Serta cupido sibi, niueam quæ pectine blando
Gyrinnem, Megarámq; simul, cūq; atthide pulchrā
Cantat Anactorien, & crinigeram Telesippen.
Et te conspicuum recidiuo flore iuuentæ
Miratur, reuocátq; phaon, seu munera uectæ
Puppe tua ueneris, seu sic facit herba potentem,
Sed tandem ambracias temeraria saltat in undas.
Quæ totiens Gorgo, totiens incesserat atrox
Famosam Andromeden, patriáq; libidine turpem,
Non illi praxilla suos, prædoctáq; nossis
Contulerint, Myrtísq; modos, non dulcis Agacles
Non Anyte, non quæ uersus Erinna trecentos
Castalio ceu melle rigat, non candida Myro.
Nec Telesilla ferox, non quæ canit ægida sæuæ
Pallados effusum crinem uictata Corinna.
Illam etiam decimo cunctæ accepere sedili
Pierides, sertúmq; nouem de floribus auro
Contextum nitidis lætæ imposuere capillis,
Hinc uenusina fauos dulci iucunda susurro
Carpsit apis, sed acu ferit irritata cruento
Hæc eadem rigidis auruncæ in uepribus errans,
Quas persi manus, & bilem succensus aquinas
Mox legere sibi, neq; enim his metuendus Iambo.

Certet

Certet Echidnæo, licet acrem effusus in iram.
Ore Lycambiadas rabioso occiderit ambas,
Archilocbus, medio licet illũ in Marte peremptum
Vindicet, & nigro sit pythia dura Calondæ.
Nec ferus Hipponax, atro qui felle cruentus
Bupalon & stratum, morsu laniauit Athenin.
Nec Batius, spinisq; Bibaculus asper acutis,
Multi Bacche tuo proculcauere cothurno
Fortunas regum ambiguas, & sceptra tyrannis
Extorsere feris, totumq; tremore, metuq;
Horribiles, totum luctu oppleuere theatrum.
Pluraq; palladiæ quondam impendistis athenæ.
Dum scæna oedipoden, pauidũmq; agitatis horestẽ.
Atreaq;, & medica percussum Telephon hasta.
Oenidæq; facem, furiisq; alcmæona pulsum,
Quosq; alios olidum cantor produxit ob hircum,
Quam cum barbarico marathonia sanguine tellus
Incaluit, multoq; obstructæ funere Xerxen
Termopyle, tarda refugum uidere carina.
Auctorem perhibent Thespin, quem iuxta Solonis
Cura cotburnatis iussit descendere plaustris.
Tres porro insignem sibi defendere coronam
Aeschylus aeriæ casu testudinis ictus.
Quemq; senem meritæ rapuerunt gaudia palmæ,
Quemq; tegit rabidis lacerum pia Pella molossis.
Inuasere locum plias septena fecundum.
Quippe alios, quos nec centum sit dicere linguis.
Fortunæ nunc quẽmque suæ, famæque relinquam
Ni latium Varius tamen obiectare thyesten
Ambiat, atque suum iactet mihi Corduba uatem.
Cuius ad Herculeũ tremefacta orchestra furorem est.
Ecce & grandiloquo semet quoque suggerit ore
Accius, & magna conturbat uoce canentem
Pacuuius, nitidumque ostentat musa fecundum,
Adde & mordaci quatientes pulpita risu
Eupolin, in mediũ quem mendax fabula pontum
Cliniadæ manibus puppi deturbat ab alta.
Quique leues nebulas attææ effuderat urbi.

ita muccia(?) ... prima epigramatum grecorum et Suidas indicione ...

Salsus Aristophanes, compotoremq; Cratinum.
Adde nouos etiam soccos, exemplaq; morum.
Eruariæ specimen uitæ, iam grata Menandro
Posteritas, ipsoq; uolente Philemone palmam
Restituit, longe sequitur quem plurima turba
Haud nostro referenda sono, sed pagina docti
Reddit Athenæi tamen, insinuatq; futuris,
Claudicat hic latium, uixq; ipsam attingimus umbra
Cecropiæ laudis, grauitas Romana repugnat.
Scilicet, & quamuis ueterum sit multus in ore
Cæcilius, quamuis iucundi scripta Terenti
Scipio dissimulet, quamuis Plautina camenis
Lingua opicis placeat, scænam tamen ipsa suorum
Aeneadum fugit alma Venus, tantu'mq; togatis
Interdum Afrani grato se indulget honore.
Hos tamen, atq; alios, Volcatius ordine sistit
Sedigitus, mimos sed enim scripsere proteruos
Implicitusq; Sophron, risuq; Philistio tandem
Perditus, hinc Laberi lasciuia, multaq; Publi
Claruit ausonio sententia dicta theatro.
Pars quoq; Sotadicos ceu prostituere cinædos.
Pars tenues sparsere sales epigrammate multo,
Sed latio celebres, quem misit Iberia Marcum,
Romuleumq; suis exornans fascibus annum
Ausonius, mitto Hortensi, doctiq; Catonis,
Qui solus legit quondam, faciatq; poetas.
Mitto & Cornifici lusus, Ticidacq; Perillam
Et Cinnam obscurum, teq; ore proteruior Anser
Parmmetron hic cecinit, Sillos dedit ille licentes.
Ille Menippæ ioca miscellanea peræ
Inserit, satyros alius nudauit agrestes,
Et patuere nouæ per mille poemata curæ.
Quas ego si pyliæ duplicentur tempora uitæ
Iam mihi, si cunctas nostra in præcordia uoces
Fama ferat, rigidoq; sonent hæc pectora ferro.
Non amplecti ausim numero, non ore profari
Eualeam, tantae'ue situm indagare senectæ.
Nec tamen aligerum fraudarim hoc munere Dantem
per sty-

Per styga,per stellas, mediúq; per ardua montis
Pulchra Beatricis sub'uirginis ora uolantem.
Quiq; cupidineum repetit petrarcha triumphum.
Et qui bisquinis centum argumenta diebus
Pingit,& obscuri,qui semina monstrat amoris.
Vnde tibi immensæ ueniunt præconia laudis
Ingeniis,o pibusq; potens florentia mater.
Tu uero æternam per aui uestigia Cosmi,
Pérq; patris(quis enim pietate insignior illo?)
Ad famam eluctans,cuius securus ad umbram
Fulmina bellorum,ridens procul aspicit Arnus
Meoniæ caput,o Laurens,quem plena senatu
Curia,quémq; graui populus stupet ore loquentem,
Si fas est,tua nunc humili patere otia cantu.
Secessusq; sacros auidas me ferre sub auras.
Nanq; importunas mulcentem pectine curas
Vmbrosæ recolo te quondam uallis in antrum
Monticolam traxisse deam,uidi ipse corollas
Nexantem,numerósq; tuos prona aure bibentem.
Viderunt socii pariter,seu grata Dianæ
Nympha fuit,quanquã nullæ sonuere pharetræ.
Seu soror aonidum,& nostræ tunc hospita siluæ,
Illa tibi,lauruq; tua,semp érq; recenti
Flore comam cingens,pulchrũ inspirauit amorem.
Mox & apollineis audentem opponere neruis
Pana leues calamos nemoris sub rupe phegei.
Carmine dum celebras,eadem tibi uirgo uocanti
Astitit,& sanctos nec opina afflauit honores.
Ergo & nocticanum per te Galatea Corinthum
Iam non dura uidet.nam quis flagrantia nescit
Vota,cupidineoq; ardentes igne querelas.
Seu tibi phœbeis audax concurrere flammis
Claro stella die,seu lutea flore sequaci
Infelix clytie,seu mentem semper oberrans
Forma subit dominæ,seu pulchræ gaudia mortis,
Atq; pium tacto iurantem pectore amorem,
Atq; oculos canis,atq; manus,niueisq; capillos
Infusos humeris,& uerba,& lene sonantis

Murmur aquæ,uiolæq; comas,blandumq; soporem,
Lætaq; quam dulcis suspiria fundat amaror.
Quantum addat formæ pietas,q̄ sæpe decenter
Palleat,utq; tuum foueat cor pectore nymphæ,
Non uacat argutosq; sales,satyraq; bibaces
Descriptos memorare senes,non carmina festis
Excipienda choris,querulas ue animantia chordas.
Idem etiam tacitæ referens pastoria uitæ
Otia,& urbanos thyrso extimulante labores,
Mox fugis in cælum,non ceu per lubrica nisus
Extremamq; boni gaudes contingere mætam.
Quodq; alii studiumq; uocant,durumq; laborem,
Hic tibi ludus erit,fessus ciuilibus actis
Huc is emeritas acuens ad carmina uires.
Felix ingenio,felix cui pectore tantas
Instaurare uices,cui fas tam magna capaci
Alternare animo,& uarias ita nectere curas.
Quod ni blanda meum lactant præsagia sensum
Ni pietas,ni longus amor,ni uana magistros
Aura,suo nimios iubet indulgere fauores.
Quemq; operi,ni me tacita experientia fallit,
Ibit in exemplum natus,mea maxima cura,
Ibit in acta patris,sese tanta indole dignum
Præstabit,lustris nondum tribus ecce peractis
Iam tamen in latium graiæ monimenta senectæ
Euocat,& dulci decornat carmina plectro,
Meq; per aoniæ sequitur compendia siluæ,
Ereptans auide montem,iamq; instar anhelo.
It iam pene prior,sic o,sic pergat,& ipsum
Me superet maiore gradu,longeq; relinquat
Protinus,& dulci potius plaudatur alumno.
Bisq; mei uictore illo celebrentur honores.

Finis

Absoluta est in fesulano.viii.idus octobris
M.cccclxxxvi.

Angelus Politianus Iacobo Saluiato ſuo · S.D.

E n Ruſticũ tibi·Id illi ſcilicet ab argumento inditũ nomẽ.tuo cohaꝺctu prodit in uulgum,tibi eſt uni quidquid acciderit ĩputaturus Iam ne ſentis q̃ tibi tuendus ſit,uel tuo ipſius nomine,uel meo?Tua .n .fides in eo,meus honos agitur , cuius quidem,& ſi ſemper cura apud te, iam inde à pueritia excubuit,tamen eum tueri nunc,uel ob id ipſum impenſius debes,quod es nuper Laurentio Medici Principi uiro ,cuiꝰ ego cliens,alumnuſq; ſum,unus ex omni florentina iuuentute gener aſcitus.Profer igitur in tali pattocinio auctoritatem omnem , ad que gratiam ,quam uidelicet tibi,& uiri excelentis affinitas, & tua egregia indoles,morũmq; ſuauitas conciliant. Vele, Meq; ut facis, ama.

Angeli Politiani Silua,cui titulus Ruſticus,in poetæ Heſiodi, Vergiliq; georgicon enarratione pronunciata.

R Vris opes ſaturi,gnauoq; agitanda colono
Munera,& omniferæ ſacrum telluris honorem
Ludere ſeptena geſtit mea fiſtula canna.
Fiſtula Mantoæ,quam nuper margine ripæ
Ipſe renidenti,dum dat mihi Tityrus ore
Hac puer Aſcræum repete inquit harundine carmen.
Pan ades, & curui mecum ſub fornice ſaxi
Verſibus indulge,medio dum phœbus in axe eſt,
Dum gemit erepta uiduatus compare Turtur.
Dum ſua torquati recinunt dictata palumbes. *de dictatis palumbis plinius lib. decimo cap. 35*
Hic reſonat blando tibi pinus amata ſuſurro.
Hic uaga coniferis inſibilat aura cupreſſis. *Significat nimpham pitim. que ui-*
Hic ſcatebris ſalit,& bullantibus incita uenis *ſa fuit* [illegible] *sui nominis. auctho-*
Pura coloratos interſtrepit unda lapillos. [illegible]
Hic tua uicinis ludit laſciua ſub umbris [illegible]
Iandudum noſtri captatrix carminis Echo. [illegible] *amabat pana.*
Felix ille animi,diuiſq; ſimillimus ipſis, [illegible] *in echo oui-*
Quem non mendaci reſplendens gloria fuco, *dius lib 3 methamaufosios* [illegible]
Sollicitat ,non faſtoſi mala gaudia luxus, *Amatam a pane testis est lucianus*
Sed tacitos ſinit ire dies,& paupere cultu *loco supra dictato.*
Exigit innocuæ tranquilla ſilentia uitæ.
Vrbe procul,uoti exiguus,ſortẽmq; benignus
Ipſe ſuam fouet,ac modico contentus aceruo,

Non ſpes corde auidas,non curam paſcit inanem,
Securus quo ſceptra cadant,cui dira minentur
Aſtra,& ſanguinei iubar exitiale cometæ.
Non illum fragilis fauor,indocilıſq; potenti
Plebs ſeruare fidem,euectum popularibus auris
Caſuro imponit ſolio,nec ducit hiantem
Huc illuc uanos oſtentans purpura faſces.
Non mentem pauet ipſe ſuam,nec conſcius omnis
Exhorret ſtrepitus,nec edaci pectora culpa
Carpitur occulte,non opportunus iniqui
Iudicio uulgi,aut celſa conſpectus in arce
Degeneri patet inuidiæ non ipſe uiciſſim
Obliquo liuore macet,fœtuſq; ueneno
Aeſtuat,adq; aliena oculis bona limat acutis.
Rure agit in uacuo,ſpatiiſq; indulget aperti
Aetheris,aut operi inſudans,aut ille ſupinos
Euadens curſu in montis,hinc ſcilicet omnes
Gratæ epulæ,nudis acheloum in pocula palmis fluuius etholie
Aduocat,excuſſæq; cibos dant brachia ſyluæ.
Et feſſa in duro renouatur membra cubili.
Maior quippe uenit comitata labore uoluptas,
Nec ſatias dominam,aut faſtidia lenta ſequuntur.
Ergo neq; imbrifero pallens autumnus hiatu.
vnde dicitur sirius Nec malus hunc afflat rabioſo ſirius aſtro
appolloni Sæuá ue Rhiphææ labefactant frigora brumæ.
7 Quippe hyemem excipere,& uentos,cæliq; ruinam
Suetum,adq; octipedé neco paco uertice cancrum,
Et Ioue ſub gelido nocturnos carpere ſomnos,
Et pede concretas nudo calcare pruinas,
Et perferre ſitim,& ieiunia ſoluere glande,
Et laſſare feras curſu,& ſuperare natatu
Torrentem,& uolucri foſſam tramittere ſaltu.
Et quercum annoſam ferro obturbare bipenni
Tum prædam extorquere lupo,faſciq; maligno
Subieciſſe humeros,& iniqui pondera raſtri
Prædura tractare manu,& domitore lacerto
Sub iuga cornigeri colla obluctantia tauri
Ducere,& iratis concurrere cominus urſis

Hinc

Hinc agilis subit ora uigor,robustaq; magno
Pectore uishabitat,fortesq; animosa tuentur
Membra tori,& crudo tendunt se robore nerui.
Hinc facies procera,hinc fronti martius horror.
Quod si bella uocent,quis ad aspera próptior arma?
Aut quis equum sternacem arctis fregisse lupatis
Acrior?aut fortem mucrone haurire cruorem?
Aut torquere sudem?aut neruo exturbare sagittam?
Aut præpilatis aciem perrumpere contis?
Quis certet duro agricolæ?seu ducere uallum,
Seu sit opus celso præcingier aggere castra,
Seu fronte aduersa tormentum figere ahenum.
Quod tonitru horrifico magnas sternentia turres.
Ardua fulmineo iaculetur saxa rotatu.
Seu uigil insomnem peragat custodia noctem.
Seu tacitum rapiatur iter,seu parcere parto
Conueniat,si fors lenta obsidione premantur.
Scilicet his babylon dextris,Nabateaq; regna
Creuerunt.hic Mopsopio delectus ab aruo
Miles,achæmenium marathonis in æquore Persen *melciades victor fuit persa*
Contudit.his adiuta uiris,se Romula tellus *ry ita plutarc(us) in eius uita*
Imposuit mundo,& rerum tractauit habenas.
Nunc age,quæ studia agricolis industria solers
Extudit,adq; operum quanta experientia,dicam.
Protinus extremo cum iam boreas autumno
Incubuit terris,primo cum frigore tactæ
Labuntur frondes,maternaq; brachia linquunt.
Nec cariem cæsæ formidant robora sylue. *authore est plinius lib 16 cap 40 ro*
Ecce sagax tacitam uenientis rusticus anni *bur uere exsumi... bruma*
Curam corde coquit,qua bubus ab arbore plaustrũ *autem nec uitiari nec findi*
Dedolet,unde iuga,& curuum fabricetur aratrum.
Nec mora quin ueteris truncata cacumina phagi.
Chaoniæq; cadant quercus,nudataq; ramos
Vlmus,& audaci laurus sonet icta securi.
Quarum quæq; nouam fumo explorata calenti *x vergilio primo georgicon*
Vertitur in faciem,diuersaq; munia tractant.
Continuo,auditus gruis inter nubila clangor
Agricolam citat,& crista spectabilis alta

Auroram gallus uocat applaudentibus alis.
Excitat ille operum socios, simul horrida cautus
Terga rudi centone fouet, capitiq; galerum
Induitur, crudúsq; operit uestigia pero.
Hinc saturos iungens loris ad aratra iuuencos
Increpitat stimulo & cantu minuente laborem
Prælongis ferrata terit dentalia sulcis,
Ac late elicibus collectos exprimit imbres
Ieiuna'mq; fimo tellurem, & rudere pascit.
Tum plenum farris læua seruante canistrum
Semina dispensat parca cerealia dextra,
Quæ ne iacta auidæ populentur grana uolucres,
Et prædam sublime ferant, it pone minutus
Sarcula parua tenens puer, & frugem obruit aruo.
Ad cum se eois iam uespertinus ab undis
Extulit arcturus, cum uersicoloribus ardet
Terra comis, rutilo'sq; interuiret herba colores,
Daulias & getici tandem secura mariti
Ales adest, plausúq; larem, cantúq; salutat.
Rursum inuadit opus, stiuæq; innixus, adunco
Pone nigrescentes proscindit dente nouales.
Quas rapidi soles urant, gelidæq; pruinæ.
Mox ubi iam sapiens cœpit frondescere morus,
Ante quidem sapiens, nunc ambitiosa, nec ullum
Quæ pariat pomum, sed serica pensa ministret.
Ille aliam adq; aliam culturam dulcis agelli
Pertentans, truncos plantariáq; infodit aruo.
Nec pictas lugubre fabas, nec pabula parcit
Veruacto mandare putri, glebásq; bicorni
Persequitur ferro, & secat insuperabile gramen.
Et montem cædit scrobibus, fortíq; bidente
Terga soli frangit, baccbeáq; semina rectum
Explicat in quincuncem, & differit ordine longo.
Adq; iterum, adq; iterum terra capita ima frequentat,
Et ramos tondet falce, adq; impune fluentem
Compescit uitem fingens, & robore fulcit
Deciduam, caræq; hærentem in pectore matris
Acclinat subolem sulco, iuxtáq; propagat.

Aut

Aut ipso durus genitricis ab ubere flentis
Abscissam rapit,atq; alio traducit alendam.
Quid dicam:externis,cum se uernacula succis
Robora nobilitant,peregrinaq; segmine duri
Accipiunt trunci,aut discreto germina libro.
Nanq; oculis oculos,non blandi tempora ueris
Iungere,sed mediis gaudet feruoribus æstas.
Aestas congestos Cereris tritura maniplos,
Aestas absconsum siliqua excussura legumen,
Aestas,qua grandes expectant horrea messes,
Dum coaceruatas euentilet area fruges.
Tum sola puluerei pinguescunt arida campi,
Soluunturq; putres glebæ,ac peritura lupini
Germina parturiunt,tum cliuo rauca sonantes
Eliciuntur aquæ,præcepsq; recumbit agro fons.
Post ubi iam medio uestigia librat in axe,
Ensifer Orion,croceoq; insignis amictu
Aspicit arcturum,pulsa pallantias umbra
Sentibus horrentis aperit iam uinea sepes,
Aureolamq; metit lentis de uitibus uuam.
Vinitor,& fœtos rubicundo nectare fructus.
Quos coniunx,quos uirgo comes,par uertice matri
Aut cista exportant,aut rasilibus calathiscis.
Nec sentitur onus studio,leuat ipsa laborem
Sedulitas.quin frugiferos curuantia ramos
Poma sinu, baccasq; ferunt,ficumq;,nucemq;.
Nec nihil addit hyems.nigros tum laurea fœtus
Exuitur,tum myrta legunt.glandemq; caducam,
Glaucaq; palladiæ distringunt brachia siluæ.
Nocte autem ad lychnos,aut iunco texit acuto
Fiscellam,aut crates uirgis,aut uimine qualos
Rusticus,infinditq; faces,& robora ualli,
Dolia quassa nouat,ferramentisq; repellit
Scabritiem,tritaq; docet splendescere cote.
Nam quid delicias memorem:quamq; alta labori
Ocia succedant:iam primum obsessa pruinis.
Cum iuga floriferi regelauerit aura fauoni,
Suaue serenato rident uaga sidera cœlo.

Suaue ciet tardos per sudum luna iuuencos
Ipsa quoq; ætherii melius nitet orbita fratris.
Térq; quatérq; manu madidantes nectare crines
Exprimit,& glebas fœcundis roribus implet,
Vecta medusæo titonia præpete coniunx
Alma nouum tellus uultu nitidissima germen
Fundit,& omnigenis ornat sua tempora gemmis.
Idalio pudibunda sinus rosa sanguine tinguit,
Nigráq; non uno uiola est contenta colore,
Albet enim,rubet,& pallorem ducit amantum,
Vt sunt orta,cadunt,niue candidiora ligustra.
Nec longum durant calathos imitata parentis
Lilia,sed longum stant purpurei amaranthi.
Hic salaminiaci scribunt sua nomina flores,
Hic gratum cereri,plenúmq; sopore papauer
Oscitat.hic in hiat sibimet narcissus,ad illic
Corycios alit aura crocos,notúmq; theatris
Aera per tenerum flatu dispergit odorem.
Nec iam flameolæ conniuent lumina caltæ.
Nec melilotos abest.tyrium seges illa ruborem
Induit,hic uiuo cespes se iactat in auro,
Hæ niueos,hæ cyaneos superare lapillos
Contendunt herbæ,uernántq; micantia late
Gramina,per tumulos,pérq; umbriferas conualles.
Pérq; amnis taciti ripas,adq; omnia rident.
Omnia luxuriant,& amica luce coruscant.
Parturiunt stipulæ frugem,& genitalibus auris
Peruia,turgescunt lactentibus hordea culmis.
Palmes agit rupto lachrymantis cortice gemmas,
Séq; rudes primis monstrant in uitibus uuæ.
Dulce uirent teneræ modo nata cacumina siluæ
Succrescúntq; piæ pullorum examina matri.
Ipsa sibi ignotas miratur adultera frondes
Arbor,& ascitis natiuas inserit umbras.
Auricomæ iubare exorto de nubibus adsunt
Horæ,quæ cæli portas,adq; atria seruant.
Ab hesiodo accept. Quas ioue plena themis,nitido pulcherrima partu
i theogonia. Edidit,Irenéq;,Dicéq;,& mixta patenti
Euno-

Eunomie,carpúntq; recentis pollice fœtus.
Quas inter stygio remeans Proserpina regno,
Comptior ad matrem properat,comes alma sorori
It Venus,& Venerem parui comitantur amores,
Floráq; lasciuo parat oscula grata marito.
In mediis resoluta comas,nudata papillas,
Ludit,& alterno terram pede gratia pulsat. tres sunt gratie filie [illegible]
Vda choros agitat Nais,decurrit Oreas quarum nomina sunt Aglaia eupho
Monte suo,linquunt faciles iuga celsa napeæ. sine Thalia [illegible]
Nec latitat sub fronde Dryas,non iubila fauni [illegible]
Fundere,non iunctis satyri dare sibila cannis.
Nec querulæ cessant tenerum tinnire uolucres.
Fluctibus alcyone,densa philomela sub umbra.
Canus olor ripis,tecto uaga plorat hirundo.
Lene susurrat apis,plenóq; saporibus alueo
Candida multiforæ solidat fundamina cæræ.
Colludunt per prata greges,adq; omne beato
Flagrat amore nemus,iuuenem lasciua maritum
Fert equa,fert ergo salientem bucula taurum,
Setigeræq; subant matres,decertat amator
Fronte aries,auidos olidum pecus accipit ircos.
Spectant innisi baculis,gaudéntq; magistri.
Inde ubi prægnantes partu lucina recenti
Soluit,ut exæquet numero fœtura parentes,
Ipse rudem,nec adhuc uestigia certa prementem,
Fert subolem gremio,sed oué,gracilémue capellam
Enisas humero subit,adq; in stramine molli
Componit sensim pastor,stabulóq; recondit.
Mox ut conualuere,rubos hæc rupibus altis,
Illa recens campo gramen decerpit aprico.
Aut dulcis gelido delibant amne liquores,
Vt sua conclusis ne desint pocula natis.
Vtq; fluat plenis diues mulsura papillis.
Subrumi expectant ædiq; agníq; peruici.
Cornigeráq; uocant tremulo clamore parentis.
Bruta gregem plenum densis alit uberibus sus
Exporrecta solo,& grunnitu allectat amico
Fellantis,turpíq; luto se immunda uolutat

de bulbo plini. 10 cap. 9.

Radices eadem callo so auidissima rostro
Eruit,& bulbum,aut madida se pulte saginat.
Flet uitulum mæsta absentem mugitibus altis
Mater,& immensam raucis miseranda querelis
Siluam implet,boat omne nemus,ualles'q; lacus'q;,
Illa nigros late lucos,saltus'q; peragrat
Crebra gemens,crebra ad montem,stabulum'q; reuisit
Tabescens desiderio.non ulla dolorem
Pabula,nec salicum frondes,nec gramina rore
Sparsa leuant.non quæ uiridi uaga flumina ripa
Perspicuam tenui deducunt murmure lympham.
Prata tener persultat equus,libat'q; uolucri
Aequora summa fuga,aut alti subit aspera montis
In iuga,saxosum'q; amnem pede plaudit inermi,
Cui pulchro micat acre caput,ludunt'q; decoræ
Fronte comæ,uibrant aures,adq; orbe nigranti
Prægrandes extant oculi.tum spiritus amplis
Naribus it feruens,stat ceruix ardua,qualem
Præfert marmaricis metuenda leonibus ales,
Ales,quæ uigili lucem uocat ore morantem.
Crescunt spissa toris,late'q; animosa patescunt
Pectora,consurgunt'q; humeri,& iam sessile tergum est.
Spina'q; depressos gemino subit ordine lumbos.
Et castigatum cohibent crassa ilia uentrem.
Fundunt se lætæ clunes,subcrispa'q; densis
Cauda riget setis,& luxuriantia crebræ
Velant colla iubæ,ac dextra ceruice uagantur.
Tum tereti substricta genu,mollissima flectit
Crura ferox,celsum ingrediens,fremitu'q; superbit.
Grande sonat tot nata cauo breuis ungula cornu.
Ingentu referens corybantia cymbala pulsu.
O dulces pastoris opes,o quanta beatum
Quam tenet hunc tranquilla quies,ut pectore toto,
Lætitiam,tota'q; fouet bona gaudia mente:
Nempe odii,fraudum'q; expers,exemptus inani
Ambitione,uacans'q; metu,spe liber,& insons
Natiuo cultu,& gaza pradiues agresti
Ipse sibi uiuit nullo sub teste,suo'q;

compa.

pendet

Pendet ab arbitrio,suus ipse est censor,& alto
Calcat opes animo,ac regum deridet honores.
Si non tænareis illi stant fulta columnis
Robora,cælatúmq; alte laquearia subter
Ridet ebur,postémue silex asaroticus ornat
Nec maurusiacos pulchræ testudinis orbis
Delphica sustentat,nec docto trita Myroni
Pocula,multiplici florent radiantia gemma.
Aut bis in Herculea milesia uellera concha
Versantur,tenuíq; satur lanugine bombyx
Luteolos follis,preciosáq; fila relinquit,
Textile nec tenero subtemine fulgurat aurum.
Spirantis referens uultus,quæ pergamos olim
Artifici descripsit acu,quæ stamina memphis
Quæ tyros,& babylon radio pinxere sonanti.
At iacet in molli proiectus cespite membra
Qua cauus exesum pumex testudinat antrum.
Qua ue susurranti crinem dat aquatica uento
Arbor,& aut calamos,aut fixa hastilia iungit
Cortice,státq; leui casa frondea nisa tigillo,
Quam metuant intrare pauor,curæq; sequaces,
Sub qua iucundos tranquillo pectore sensus
Nutrit inabruptóq; fouet sua corpora somno
Siluarum,& pecoris dominus,stant sedula circum
Turba canes,audáxq; lacon,acerq; molossus.
Dant ignem extritum silices,dant flumina nectar
Hausta manu,dat ager cererem,non caseus,aut lac
Lucorumue dapes absunt,stat rupibus ilex
Mella ferens trunco,plenoq; cacumine glandem.
Illi sunt animo rupes,frondosáque tesqua
Et specus,& gelidi fontes,& rosida tempe
Valléque,zephyrique,& carmina densa uolucrum.
Et nymphæ,& fauni,& capripedes satyrisci
Panq; rubens,& fronte cupressifera syluanus,
Sileniq; senes,subdiuallésque ithyphalli
Et montana pales,& quo pastore pheræi
Gaudebant campi,& crinem resoluta mimallon.
Et qui cornigera bicolores fronte corymbos,

Pampineámq; manu tenera quatit Euius hastam,
Semper amor, semper cantus, & fistula cordi est.
Semper odorati, uenerisq; stipendia flores,
Vitarúmq; altrix urbi male nota uoluptas.
Talibus in studiis pastor molle exigit æuum.
Post ubi raucisonæ pinna uibrante cicadæ
Increpuere, ardénsq; metentibus ingruit æstus.
Paulisper tum cessat opus, saxiq; sub umbra
Prostrati indulgent genio, non mollia pleno
Desunt uina cado, non lacti mixta polenta,
Aut pinguis tergum uitulæ, placidusq; sonoræ
Lapsus aquæ, crinémq; auræ, frontémq; lacessunt.
Inde opus integrant, donec sub nocte coruscent
Flammigero paruæ stellantes clune uolucres.
Ecce autem dulces labris pater ingerit uuas
Autumnus, crebræq; elisus uerbere plantæ,
It per præla latex, puerisq; examine denso
Exultant lasciua cohors, circúmq; supráq;.
Ille manu panda pronus bibit, alter ab ipso
Sugit musta lacu crepitantibus hausta labellis.
Hic sua suspensum resupinus in ora racemum
Exprimit, hic socii patulos irrorat hiatus,
Irriguúmq; mero sordet mentúmq; sinúsq;.
Ebriáq; incertis titubant uestigia plantis.
Postq̃ aeris successit hyems, & pendula tectis
Diriguit glacies, larga strue tollitur alte.
Collucétq; focus, coeunt uicinia simplex
Vna omnes, iuuenésq; probi, matérq; seuera
Coniuge cum duro, & pueris, & uirgine grandi,
Conuigilántq; hilares, & primæ tempora noctis
Decerpunt, molli curas abigente lyæo.
Mutuáq; inter se ludunt, tum tibia folle
Lasciuum sonat inflato, tum carmina cantant,
Carmina certatim cantant, tum tenta recusso
Tympana supplodunt baculo, & caua cymbala pulsãt
Et læti saltant, & tundunt æribus æra,
Et graue conspirat cornu tuba flexilis unco,
Conclamántq; altum unanimes, tollúntq; cachinnos.
Porro

Porro autem quanta est differtæ copia uillæ
Quámq; penu diues,neq; enim uel frugibus ornis
Horrea sufficiunt,uel odoro dolia musto.
Testa'q; palladiis iam non uacat ulla trapetis.
Terga suis pendent fumoso sordida tigno,
Pertica pensilibus oneratur longa racemis,
Non uuæ arentes,non pruna,& carica desunt.
Sorbáq; cum cerasis,duro'q; putamine clausa
persica nux,regumq; altas imitata coronas
Mespila,cumq; piris miserorum munus amantum.
Iam laxum in rugas malum,decoctáq; ahenis
Defruta,& omphacinus liquor,& lachrymosa sinapis.
Et meditata nouos sicyonia bacca sapores.
Tum sapa,melq; recens,edulcatíq; lupini.
Et prunæ increpitans balanus,contextaq; cannis
Fiscina lacte madens,& durati sale fungi.
Annonam facilem uicinus suggerit hortus,
Murmur apricantes niuea dant turre columbi,
Expandunt alas,& amicam blanda rogantes
Oscula,circumeunt,insertantq; oribus ora,
Iam uicibus nido incubitant genitrixq;,paterq;,
Iamq; oua excudunt,natisq; implumibus escam.
Commansam alternant,rostellaq; hiantia complent.
Adde gregem cortis,cristatarumq; uolucrum
Induperatores,laterum qui sidera pulsu
Explaudunt,uigiliq; citant titana canore.
Et regnum sibi marte parant,quippe obuia rostris
Rostra ferunt,crebrisq; acuunt assultibus iras.
Ignescunt animis & calcem calce repulsant
Infesto,aduersumque affligunt pectore pectus,
Victor ouans cantu palmam testatur,& hosti
Insultans uicto,pauidum pede calcat iniquo.
Ille silet,latebrasque petit,dominumque superbum
Ferre gemit,comes it merito plebs cætera regi.
Formoso regi,cui uertice purpurat alto
Fastigatus apex,dulcique errore coruscæ
Splendescunt ceruice iubæ,perque aurea colla,
Perque humeros it pulcher honos,palea ápla decéter

Albicat ex rutilo,adq; totosa in pectora pendet
Barbarum in morem,stat ad unca cuspide rostrum,
Exiguum spatii rostrum flagrántq; tremendum
Raui oculi,niueásq; caput late explicat auris
Crura pilis hirsuta rigent,iunctur áq; nodo
Vix distante sedet,durus uestigia mucro
Armat,in immensum pinnæq;,hirtiq; lacerti
Protenti excurrunt,dupliciq; horrentia uallo
Falcatæ ad cælum tolluntur acumina caudæ.
Ipse salax totam fœcundo semine gentem
Implet,& oblongo nunc terram scalpurit ungui.
Rimaturque cibos,nunc edita nubila uisu
Explorat cauto,non illum squamea tuto
Aggreditur serpens,non raptor ab æthere miluus.
Vocibus interea crebrum singultat acutis
Parturiens coniunx,quæ scilicet oua,subinde
Tollit anus,signátq; dies,uigilémq; lucernam
Consulit,& lunæ crescentis tempora seruans.
Vt primum gallina glocit numero impare subdit.
Versatísq; diu,solers auscultat,an intus
Pipiat in uolucer pullus,tenerúmq; putamen
Pertuderit molli rostro,adq; erum pete tentet.
Parte alia bisero plumosam corpore messem
Nutrit,& in crassa satur urinare lacuna
Anser auet,stagnúmq; super pede remigat udo
Depictæ ceruicis anas,prolémq; natatum
Inuitans,nunc extat aquis,nunc mergitur alte.
Erigit explicitæ gemmata uolumina caudæ
Ambitiosus amans,ad ficu,& polline glíscit
Pellaci cantu deceptus ab aucupe turdus.
Insidit mutilo turtur,seséq; saginans
Rauca gemit,dulcésq; miser suspirat amores.
Flet uiduus perdix,queritur peregrina cothurnix
Inclusi caueis,hic cæca cuniculus antra
Excauat,hic septo prægnas lepus errat in amplo
Capreolíq;,hinuliq;,& aduncis dentibus apri
Hac stertunt glires,hac fœmina fœtat echinus
Dædala somniferos peragunt examina bombos
Plenáq;

Plenaq; captiuos seruant uiuaria pisces.
Scilicet his opibus placide sua corpora curant
Dulciaq; inter se læti tellure magistra
Officia exercent, ut quæ neq; ferre recuset
Imperium, neq; non grandi mercede rependat,
Si qua laborifero debentur farra colono,
Ille autem, & uolucri petit ardua sidera mente
Scrutaturq; sagax, quæ sit sententia diuum.
Quid queq; emergens, latitansue, oriensue, cadensue
Stella paret, quid quadruplici celer afferat annus
Cardine, quæ sulcis, quæ sint stata tempora messi,
Quidq; pecus uehat olenium, qua grandine collis
Trux nepa dilapidet, quo turbine surgat Orion,
Quos glomerent imbris, aut pressus Arione delphin,
Aut pleas, arcturusq; senex, Hyadesq; puellæ.
Vnde bibant herbæ, diuini pocula lactis.
Cur rubigo satis, uredoq; uitibus obsit.
Quid nebulas abigat, tempestatesq; repellat,
Quod uento ingenium, quæ nubes causa serenet,
Quidq; silens moneat, quidq; intermenstrua phœbe,
Vel cum plena meat, uel cum decrescere rursum
Incipit. ille etiam numeros, legesq; dierum
Prouidus obseruat. scit enim quid septima portet
In qua nascentem excepit bona delia fratrem,
Scit quoq; post decimam quid prima, quid altera luces
Iniungant operum, quo circa aut uellera lanæ
Demetit, aut grauido maturas mergite aristas.
Aut telam locat uxoris, nam pendula in ortu,
Posteriore suos etiam net aranea casses.
Quæ sequitur bona uirgultis, inimica ferendis
Frugibus, ergo cauet, quod obest, quodq; expedit, urget
Nouit enim quota connubiis, quota partubus obstet,
Aspiret ue dies, quota pinguem emasculet ædum
Septaq; circundet pecori, quota iungat amantis
Et clandestinos iubeat miscere susurros.
Qua ponat canis hirritum, malesuadaq; pectus
Cura nimis laceret, qua tristis oberret Erinnys
Nocte magis, secat ille suo sibi tempore lignum

Dolia deguſtat,ſubigit iuga ferre iuuencum.
De flabris quoq;,de pluuia,dulciq; ſereno,
Aut lunæ occaſus,aut idem conſulit ortus.
Tractat opus ſi pura micet,ſin atra recedat.
Aut quinto directa die,aut medio orbe retuſa,
Nec gracili cornu,aut triplici ſit culta corona,
Tecta ſubit metuens hyemis,ſi rubra coruſcet.
Tum uero expectat uentos,nec fallit eundem
Quo borean cornu,quo cynthia prouocet auſtrum.
Conſulit & phœbi flammas an grandinis augur
Palleat,an radiis monſtret diſcordibus imbrem.
An præ ſe exoriens nubis agat,an niger orbem.
Circulus extremum claudens,qua rumpitur,acres
Carceris æolii moneat conſurgere flatus.
Adnotat & cæli faciem,num ſtella ſereno
Aethere lapſa cadat,rapidi prænuntia cauri.
Conſcia num ſubita ſemet caligine obumbrent
Aſtra,trahántq; hyemem,gemino thaumantias arcu
Quid ferat,aut curto cum uix ſecat aera giro,
Et pœnè unicolor taurina fronte minatur.
Nunc præſepe oculis,nunc bacchi ſpectat aſellos,
Quiq; noton cernit,quiq; eſt obuerſus ad arcton.
Fulgores,tonitrus,inſperſáq; uellera cælo
Brumalémq; diem,& totum ſemel aſpicit annum.
Nec non & nautis ruiturum in carbaſa nimbum
Augurat,undiſonum ſi fors mare ſurrigit ægon,
Canáq; conſpergit ſale ſaxa,& littora frangit
Tunc & triſtifico reboant montana fragore
Et repetunt ſiccum mergi,adq; ex æquore clamant.
Ipſa uolans ſublime auras,æthráq; laceſſit
Ardea,colludunt fulicæ,plaudúntq; gregatæ.
Ad laſciua lacuſalis præſtringit hirundo,
Et ſummas prope radit aquas,ranæq; coaxant.
Fuſca gradu cornix lento metitur harenas.
Aut fluuium capite,& madida ceruice receptat.
Crocitúq; graui pluuiam increpat uſq; morantem,
Clangunt nauphadæ uolucres,& peruia pinnis
Nubila conſcribunt,incertus in æquore delphin
Difflat

Difflat aquas·latrant corui,uocémq; resorbent.
Progerit oua cauis patiens formica laborum.
Blanda canis terram pedibus scabit,ore lapillos
Tardigradus prendit cancer,seséq; saburrat.
Adq; hæret ripæ·densum occinit improbulus Mus.
Stramináq; exculcat·quin centipedes Scolopendræ
Parietibus reptant,aures pigra motat asella.
Dependent bullæ lychno,sitiénsq; cruoris
Musca redit,summósq; proboscide mordicat artus.
Nec longe à tectis apis ingeniosa recedit.
Prunáq;,concretúsq; ima cinis hæret in olla.
Carboq; pellucet,neq; non prænunciat euros
Pluma natans,folium ue errans,pappíq; uolantes.
Flammaq; cum flectit,cum sese elidit,& ipsis
Vix sedet in stuppis,scintillámq; excutit udam.
Vosquoq; pastores uentos horretis,& imbres.
Cum temere excursás pecus ampla in pascua fertur,
Cumq; alacres ludunt agni,calcísq; proteruos
Subsultim incutiunt inter se,& cornibus hærent.
Aut cum se è pastu ui,uix,ægreq; reuellunt.
Cúmq; boues liquidi suspectant lumina cæli,
Olfactántq; auras,& succos naribus udos
Crebra trahunt,dextrúq; latus consternere gaudent.
Aut lingunt aduersa pilos,aut uespere sero
Mugitu ingenti redeunt,caulásq; fatigant.
Cum sibi non factos sus dissipatore maniplos
Cúmq; antro lupus exululat,cũq; improbus idem
Nec metuens hominum propius consistit,& offert
Se mendicanti similem,ac loca culta peretrat.
Ergo in consilium maria aduocat,æthera,terras
Naturámq; omnem,uiuítq; auctoribus astris
Cura deum agricola,adq; animo præscita recenset
Et rerum euentus sensu præsagit acuto.
Hanc o cælicolæ magni concedite uitam.
Sic mihi delicias,sic blandimenta laborum.
Sic faciles date semper opes·hac improba sunto
Vota tenus·nunquam certe,nunquam illa præcabor.
Splendeat ut rutilo frons inuidiosa galero,

Tergeminaq; grauis surgat mihi mitra corona.
Talia fesuleo lentus meditabar in antro
Rure sub urbano medicum, qua mons sacer urbem
Meoniam, longiq; uolumina despicit Arni.
Qua bonus hospitium felix, placidamq; quietem
Indulget Laurens, Laurens haud ultima phoebi
Gloria, iactatis Laurens fida ancora musis,
Qui si certa magis permiserit ocia nobis.
Afflabor maiore deo, nec iam ardua tantum
Silua meas uoces, montanaq; saxa loquentur,
Sed tu (siqua fides) tu nostrum forsitan olim
O mea blanda altrix non aspernabere carmen.
Quamuis magnorum genetrix Florentia uatum.
Doctaq; me triplici recinet facundia lingua.

FINIS.

Angelus Politianus Laurentio Medici Petri francisci F. S. D.

c Ogis tu quidem me Laurenti carmen edere inconditum, inemendatum, & quod in publico semel pronunciatū, nimis fuisse impudens, uisum sit. Satis profecto fuerat, uixisse unū diem, quod tam foret imperfectum animal, ac posse etiam inter insecta illa, quæ uocentur Ephemera connumerari. Nanq; ego id ad præsentem dūtaxat celebritatem, quasi ad onidos hortum, concinnaueram. prorogare tu nostræ Mantus (ita enim inscribimus) non tam uitā cupis, q̄ dedecus. ferreus sim, si tibi quid denegem, tam nobili adolescenti, tam probo, tam mei amanti, tanto deniq; eam rem studio efflagitanti. Quare habe tibi quidquid hoc libelli, ac tu quoque desiderio nostro aliquando subueni, & quæ tibi musæ amatoria carmina uernaculæ suggerunt, ne patere quæso a' nobis expectari diutius. Vale.

Florentiæ iiii nonas nouembres M.cccclxxxii.

PRAEFATIO ANGELI POLITIANI IN SILVAM, CVI TITVLVS MANTO.

STabat adhuc rudibus Pagasæo in littore remis
Quæ ratis undosum prima cucurrit iter.
Dum tamē extremis hærent succincta ceruchis
Lintea,dum nautas flamina nulla uocant,
Conueniunt Minyæ gemini Chironis ad antrum,
Qua fugit obliquo garrula lympha pede,
Quaq; ingens platanus genialibus excubat umbris.
Explicat hic faciles rustica mensa dapes.
Crescit fronde torus,uernant in flore capilli.
Sed uiret herculeis populus alba comis.
Dat puer Aeacides niuea carchesia dextra,
Sed suus Alcidæ pocula miscet Hylas.
Finis erat dapibus,citharam pius excitat Orpheus.
Et mouet ad doctas uerba canora manus.
Conticuere uiri,tenuere silentia uenti.
Vosq; retro cursum mox tenuistis aquæ.
Iam uolucres fessis pendere sub æthera pinnis,
Iamq; truces uideas ora tenere feras.
Decurrunt scopulis auritæ ad carmina quercus,
Nudaq; Peliacus culmina motat apex.
Et iam materno permulserat omnia cantu.
Cum tacuit,querulam deposuitq; fidem.
Occupat hanc audax,digitosq; astringit Achilles.
Indoctumq; rudi personat ore puer.
Materiam queris:laudabat carmina blandi
Hospitis,& tantæ murmura magna lyræ.
Risserunt Minyæ.Sed enim tibi dicitur Orpheu,
Hæc pueri pietas grata fuisse nimis.
Me quoq; nunc magni nomen celebrare Maronis.
(Si qua fides uero est)gaudet & ipse Maro.

Angeli Politiani Silua in bucolicon Vergili enarratione pronuntiata, Cui titulus Manto

St dea, quæ uacuo sublimis in aere pendens
It nimbo succincta latus, sed candida pallam,
Sed radiata comam, ac stridētibus insonat alis.
Hæc spes immodicas premit, hæc infesta superbis
Imminet, huic celsas hominum contundere mentes,
Successusq; datum, & nimios turbare paratus.
Quam ueteres Nemesin genitam de nocte silenti
Oceano dixere patri. Stant sidera fronti.
Frena manu, paterámq; gerit, semperq; uerendum
Ridet, & insanis obstat contraria cœptis.
Improba uota domans, ac summis ima reuoluens
Miscet, & alterna nostros uice temperat actus.
Atq; huc atq; illuc uentorum turbine fertur.
Viderat hæc domitis tumidam te græcia persis.
Signa quoq; eoum uictricia ferre sub orbem.
Viderat, & cantu Aonio, Eloquiisq; superbam
Ire altum, magnúmq; loqui, Celóq; supinum
Insertare caput, nec dis te ferre minorem.
Mox fastus exosa grauis, Ceruice coegit
Ferre iugum, & latiis superatam subdidit armis.
Nec fandi permansit honos. Tu nanq; potenti
Protinus ore tonans, ardentis fulmine linguæ
Cuncta quatis Cicero. pyliæ non mella senectæ.
Nec iam dulichias audet conferre procellas
Sponte tibi uirides transcribens græcia palmas.
Se tamen aoniæ solatur fronde coronæ.
Deerat adhuc latio uatum decus, horrida quanquam
Bella, tubásq; rudi cantauerat Ennius arte.
Editus ecce Maro, quo non felicior alter.
Seu siluas, seu rura canit, siue arma uirúmq;.
Námq; Syracosiis cum uix assurgat auenis,
Hesiodum premit, & magno contendit Homero.
Ergo age quis centum mihi nunc in carmina linguas?
Immensúmq; loqui, uocémq; effundere ahenam.
Quis mihi det siculas latio clangore sorores

Post

Manto

Post geticam superare chelyn: dum te optime uatum
Imbellis pietas audaci promere cantu
Audet, Atlanteásq; humeris fulcire columnas.
Vnde ego tantarum repetam primordia laudum?
Aut qua fine sequar? facit ingens copia rerum
Incertum. sic frondifera lignator in Ida
Stat dubius, uastæ quæ primum robora siluæ
Vulneret, hinc patulam procero stipite phagum.
Hic uidet annosam sua pandere brachia quercum.
Illic succinctas caput exertare cupressos,
Metiturq; oculis phrygiæ nemora alta parentis.
Te nascente Maro Parnasi è culmine summo
Affuit aonias inter festina sorores
Calliope, blandísq; exceptum sustulit ulnis,
Permulsitq; manu quatiens, térq; oscula iunxit.
Omnia ter cecinit, ter lauro tempora cinxit.
Mox aliæ dant quæq; tuis munuscula cunis
Certatim dant plectra, lyram, pellemq́; pedumq;
Dant & multiforam modulanda ad carmina Loton,
Et decrescenti compactas ordine auenas.
Dant pandionias uolucres, ter murmure placant
Liuentis oculos, ter frontem baccare tangunt.
Venit & Helysio uenturi præscia Manto,
Manto, quæ iuuenem fluuio conceperat Ocnum,
Ocnum, qui matris dederat tibi Mantua nomen.
Venit & horrentes quatiens uictámq; comasq́;
Sanguineámq; rotans aciem, sic ora resoluit
Plena deo, & ueras excussit pectore uoces.
Dicebam memini, memini tibi Mantua quondam
Surge bonis auibus fundata, & fulmine læuo.
Surge, paremq; astris contende educere molem,
Pyramidum supra sumptus. pro quanta manet te
Gloria, quam longum senibus celebrabere sæclis,
Nascetur uideo supera tibi missus ab arce
Sydereus uates, alti cui numinis haustum
Mens cœlo cognata ferat, quem grande sonantem
Non Linus Inachides tantum, atq; Aeagrius Orpheus
Aut mea qui tyrio construxit mænia plectro

Sed uos o musæ,sed tu mireris Apollo.
Et nunc ecce puer tranquillæ ad limina lucis.
Ille diu promissus adest,uitamq; salutans
Has teneris iam nunc mulcet uagitibus auras.
Euge beate puer sanguis meus,horreat ortus
Græcia tota tuos,laurumq; habitura secundam,
Ascra Arethusa suis metuant & Smyrna coronis.
Incipe adhuc gracili connectere carmina filo.
Incipe magne puer,nec uota intexere diris
Impia,nec culici gemitum præstare merenti,
Nec te Lampsacium pudeat lusisse thyphallum, *lasine priapus.*
Blandaq; lasciuis epigrammata pingere chartis.
Acmonidas refer & Brontem, Volcaniaq; antra.
Igniuomosq; apices montis,raucosq; trementem
Murmure thrinacriam,quoties per nubila flammas
Eructat,tentatq; latus uersare Typhoeus.
Dic Scyllam subitis miseram quæ se induit alis,
Scyllam quæ nimio flagrans Minois amore.
Ah potuit rigido genitorem inuadere ferro
Crudelis,potuit cano spoliare capillo.
Crudelis,sed quis duro contendat amori?
Crudelis,sed culpa tua est,tua culpa cupido.
Atq; hæc prima noui fuerint elementa poetæ.
Hæc fuerint timidæ præludia prima iuuentæ.
Iam uatem,iam Roma uocas,iam sæua recessit
Paupertas,præstatq; piis grata ocia Musis
Thuscus eques,nosco hunc atauis qui regibus ortus.
Discinctum iuuenem,cerno & te maxime princeps.
Purpureos inter proceres sanctumq; senatum
Pendentem stare ad numeros,atq; ora tenentem.
Tu tamen o miseræ nimium uicina Cremonæ
Quid fles amissum,quid fles mea Mantua campum?
Pascentem niueos herbosoflumine cycnos?
Nonne uides ingrata tuis quæ præmia damnis
Accumulent superi,& solatia quanta rependant?
Ipsa en Roma tuo sese quoq; iactat alumno.
Iamq; phalantei resonant pineta Galesi
Tityre te uacuo meditantem murmur in antro,
Iamq;

Ciuitas est in ponticis ubi priap[us] præcipue colitur pausanias in bo[e]oticis sic uocat ouidius lib 4. fastorum

... secundo georgicorum ad uerbum ... [quod] infelix amisit mantua campum [p]ascentem niueos herboso flumine cy[cnos] ...

Iamq; tuam dociles recinunt Amaryllida siluæ.
Nigraq; dum raucum tremulis euibrat ab alis
Carmen,& epoto canit ebria rore Cicada,
Montibus ah solis formosum iactat Alexin
Vocalis Corydon,& Alexin reddit imago.
Ecce autem imparibus dum sibila flectit auenis
Impubis pastor,faciles dum ludit amores.
Aureolo petit hunc malo,lasciuaq; currit
Ad salices Nymphe furtiuo prodita risu.
Sed maiora uocant,nunc,o nunc omnis abesto
Impius,& casti linguisq;,animisq; sauento.
Stelligero deus ille,deus se fundit ab axe
Aeterni mens certa patris,quiq; omnia nutu
Torquet,idumææ se uirginis insent aluo
Aurea sparsurus rediuiuo sæcula mundo.
Tu tamen ante alios felix mea uera propago,
Cui licitum in siluis,inter coryleta iacenti
Rimari quid fata parent,quid pulchra minentur
Sydera,quiq; mihi diuini pectoris hæres.
Enthea cumæis incingas tempora uictis.
Verum age iam gelidosq; tegant umbracula fontis.
Et foliis cumuletur humus,densiq; maniplis
Inspirent flores,uacuoq; incisa sepulchro
Candida formosum testetur littera daphnin,
Daphnin ad astra uocet tenero caua fistula cantu.
Ebrius interea nostri nutritor iacchi
Silenus molli dormit resupinus in antro.
Ebrius,& nimio uenas tumefactus alumno.
Securum pueri audaces,atq; improba Nais
Inuadunt furtim,deq; ipsis uincla coronis.
Quæ senis è mutilo modo uertice defluxerunt.
Iniiciunt alacres,promissaq; carmina poscunt.
Carmina cum siluis totos mulcentia montis.
Iamq; tuis Minci glauca sub harundine ripis
Vincitur alterno Corydonis carmine thyrsis.
Iam repetit querulam Damonis tibia Musam.
Damonis Musam scopuli,pinusq; loquuntur.
Sed quid io tam dulce tibi est Galatea sub undis

Quam formosa uocet nequicquam ad littora cyclops
Infelix cyclops, sed enim infelicior illo
Gallus amat, queriturq; suam procul esse Lycorin,
Gallus, quem rigidæ fleuere in montibus orni,
Cuius amorem omnes nequeunt mutare labores.
Gallus, quem frustra uerbis solatus Apollo est.
Hæc sat erit simas inter cecinisse capellas
Pastorem, tu uictricem fer Mantua palmam.
Ecce lacertosi quærunt noua turba coloni
Quo segetes ueniant campo, quo sydere tellus
Vertatur, quod sit facilis, quod tempus aratri.
Egredere o siluis iuuenis, curruq; leuatus
Triptolemi latios fœcunda messibus agros.
Nec cœlebs iam palmes agat, sed repet ad ulmum
Ebrius, at dulci rubeat noua nupta marito,
Et pater Autumnus medio consurgat ab aruo
Pomiferum uiridi caput alte umbratus amictu.
Atq; acheloe tuum teneat graue dextera cornu.
Stetq; catenatas suadens nudare palæstras.
Palladis ampla arbos bicoloribus horrida baccis,
Frondibus & uersis longum discriminet annum.
Iam lætos inter saltus, frondosaq; tesqua.
Hinc uitulus primo, cui frons protuberet æuo
Mugitu tenero matrem uocet, inde per herbas
Candida lasciuo discurrat bucula saltu.
Atquibus assurgunt pleno iam cornua giro
Inter se aduerso decertent pectore amantes,
Dum rudis exultim florentis in æquore campi
Ludit equus, uolucresq; fuga præuertere uentos.
Aut tranare amnis, aut cursu euincere montem
Gestit, olympiacæ tapturus dona coronæ,
Lanigerumq; pecus primo propellat eoo
De stabulis pastor, dum pratis roscida lucent
Gramina, dum teretes per flexa cacumina guttæ
Colludunt, ipsæ hærentes uix rupibus altis
Aspera Cinyphiæ carpant dumeta capellæ.
Tum glomerata cauo fundant se examina saxo
Alantemq; rosam, & tenerorum germina florum
Taurigenæ

Taurigenæ populentur aues, plenoq; recurrant
Poplite, iam lentum teneat fundamina gluten.
Iam portas, arcémq; & propugnacula condant.
Cæráq; nectareas ducat sexangula cellas.
Aut natos, aut mella legant, fucosq; repellant
Turpe pecus, iámq; accinctæ ciuilibus armis
Expediántq; manus rostris, & spicula uibrent,
Nocturnoq; sonent mussantia castra susurro.
At tu quæ tellus æstúq;, gelúq; laboras.
Cui sacer hibernos helycon intercipit ortus
Ne cessa acceptam nostræ submictere laurum
Nec iam supremi certent de sanguine uatis
Smyrna. Rhodos. Colophõ. Salamis. Chios. Argos. Athenæ.
Quippe Bianoream manet hæc uictoria gentem. *melius ius*
Nanq; meus timido qui rura, & pase ta uersu
Hactenus excoluit, stimulis tandem acribus actus
Dediscétq; metum, ualidásq; in pectora uires
Contrahet, attonitoq; canet fera pectine bella.
Qualis adhuc breuibus quæ uix bene fidere pinnis
Cæpit auis, matrem primo, nidosq; loquaces
Circumit & crebrum patula super arbore sidit,
Colligit inde animos sensim, & uicina uolatu
Stagna legit, terrasq; capit, captasq; relinquit,
Lasciuítq; fuga, tandem & sublimia tranat
Nubila, & iratis audens se credere uentis,
In spatia excurrit, iustísq; eremigat alis.
Ac primum Siculis magnum producet ab oris
Laomedontiaden, undísq; & turbine sæuo
Auferet in libyen, quem Dido ignara futuri
(Sic placitum superis) animoq; domoq; receptet
Reginaéq; hospes diri commenta Sinonis,
Mendaces graios, uanæ periuria gentis,
Et populata malis neptunia pergama flammis,
Se quoq; iactatum referet terráq; maríq;.
Illa auidis bibet ignem oculis, noctémq; diémq;
Nutriet infelix uesanum pectore amorem.
Venatu tandem in medio Saturnia nimbum
Pronuba diffundet, soloq; hymeneus in antro

Affuerit, nullásq; faces mœstum afferet omen.
Fulgoréq; dabit nymphis ululantibus æther.
Ipse iouis monitu Aeneas rursum ire per undas
Cogetur uento, rursum itala quærere regna
Surgentem ausoniæ solio impositurus Iulum.
At Phœnissa rogum sæuo furiata dolore
Inscendet moritura, trucésq; in uota uocabit
Eumenidas, mox & phrygium pro tristia dona
Abniueum per pectus aget miserabilis ensem.
Discolor interea Taurino combibet ore
Iris aquas, iterúmq; antris effundet apertis
Hippotades hyemem, & rapidis ruet æquora uentis
i. eolesfilius. Zanclæas iterum fessi eiicientur ad oras
Troes, & hospitio fidi accipientur Acestæ.
Hic patris ad tumulum solemnis ordine pompas
Dux feret, ac meritos celebrabit littore ludos.
Tum pelagus relegens amisso præside puppis
Vix tandem euboica lacrymans potietur harena.
Atq; ubi fata deum uiuacis ab ote Sibyllæ
Hauserit, infernas etiam descendet ad umbras,
O pietas, manésq; petet per auerna paternos,
Romanosq; suos lethæi ad fluminis undam
Conferet, & magnos gaudens cognoscet Iulos
hoc est augustū Paciferúmq; ducem, fuluo cui pulchra metallo
Sæcla fluent, cui pressa graui pede bella iacebunt.
His lætus porta ad socios euadet eburna
Dux Anchisiades, tuscúmq; enabit ad amnem. i. tibrum.
Nec dum parta quies, restant bella aspera, restant
Et crassus multo stagnabit funere thybris.
At tibi Castaliis renouentur pectora lymphis
Care nepos, nunc nunc ingenti est ore sonandum
Grande opus a tergo, quis enim alto euincere cantu,
Clamorésq; uirum, atq; hinnitus speret equorum.
Tu tamen euinces licitum tibi maxime uatum
Arma, acies, furias, Martem ipsum æquare canendo.
Idmq; uolans superas Alecto impune per auras
Tartareum canit, & tesides stridentibus hydris
Instimulat, dux ipsa manu Saturnia sæua

Claustra

Claustra quatit belli, postesq; irata refringit,
Iam latiæ coiere manus, domat aspera duris
Ora lupis sonipes, facilesq; in puluere giros
Flectit eques, ipsæ alpino de uertice siluæ
Præcipitant, auidæ phrygios haurire cruores.
Iam rastri pondus rigidum diffingit in ensem
Cædis amor, uersiq; abeunt in pila ligones
Attritusq; caua mutatur casside uomis,
Iamq; aurem horrisono rumpunt fera classica bombo
Armorumq; minax præstringit lumina fulgor.
Dumq; alacres secum in martem Cythereius hero
Arcadas, & missum auspicio Pallanta sinistro
Audacem puerum, melioraq; fata sequutos
Tyrrhenos rapit, & tantis accingitur ausis.
Ecce furens rutilus, sæuoq; instinctus amore
Nequicquam in phrygiam iaculatus lampada classem
Miratur subitas pelago consurgere nymphas.
Nec minus irrumpit castris, altamq; cruentus
Dat stragem, fluuioq; euadit lætus amico.
Vltor adest, sociosq; exponens littore tuto
Auspicium belli, maternis fulgurat armis
Dardanides, totasq; in pugnam exsuscitat iras,
O qui sudor equis, qui se alto in puluere reges
Turpabunt, quanto exsurget rubra sanguine tellus,
Nec tuus hasta deus, nec te tua dextera forti
Mezenti læto eripiet, ulsq; effera mentis,
Sed consors nato accedes tumuliq; neciq;.
At tu quo nimio spoliorum, & laudis amore
Inconsulta ruis, quin sæuas bellica uirgo
Insidias prius, & uenientem respicis hastam.
Tuq; miser pone o rapti mala gaudia baltei
pallantis Et cæsi exuuias pueri, inuidiamq; deorum
Turne caue, dabis heu pœnas, dabis improbe, & ista
Euandro debes animam, atq; ultricibus umbris.
Sic tandem iliacas properans pensare ruinas
Ad teucros fessis reuolat uictoria pinnis.
Grande tamen uobis læti solamen honesti
Magnanimi heroes nati felicibus astris

Afferet Aonius iuuenis,cui dia canenti
Facta ui rum totis pariter præconia linguis
Soluet fama loquax,cui dulci semper ab ore
Roscida mella fluent,cuiusq; acheloia Siren
Gestiet innocuo diuina poemata cantu
Flectere ,cui blandis insidet Suada labellis,
Cui decus omne suum cedet stupefacta uetustas.
Ipsa illi quem uix ducibus largiris honorem
Sponte feres,totoq; assurges Roma theatro.
Hæc ubi ueridico fudit de pectore Manto
Composuit uultum,teneroq; arrisit alumno.
Oscula´q; ore legens sacrum inspirauit amorem,
Afflauitq; animum ,tenuesq; recessit in auras.
Plauserunt hilares ad tanta oracula musæ.
plauserunt nymphæ,quiq; alto e' uertice montis
Affuerat,capripes concussit cornua Faunus.
Et triplices carmen scripsere adamante sorores.
Vos age nunc alacres certatim ethrusca iuuentus
Aoniis operata sacris accurrite mecum
Dædala perpetui uisum monumenta poetæ,
Qualia nec castæ peplis intexta Mineruæ
Solemni ueteres lustro explicuistis Athenæ
Picta rubro quoties animantur prælia cocco.
Nec uetus immensum fuerint,quæ sparsa per orbem
Gloria,septena celebrat spectacula fama.
(demc,ueb° babilonis meminit strabo lib.16) Nam neq; belligeris Babilon pulsata quadrigis
Mœnia,nec liquido pomaria pendula cœlo
Conferat,aut dextris constructa altaria Delos
Cornibus ,aut uasti molem Rhodos aurea phœbi.
Non Cares Mausole tui celamina busti, (de hoc meminit lib.14.)
Phidiacum non Elis ebur,non ipsa superbas
Pyramidas iactet lasciui lingua Canobi.
(deus est qui iacet) Nanq; hæc aut ualido Neptuni quassa tridenti,
(flumina nofuerna) Aut telo Sumane tuo traxere ruinam,
(plinius lib.2.cap.54) Aut trucibus nimbis,aut iræ obnoxia Cauri,
Aut tacitis lenti perierunt dentibus æui.
At manet æternum,& seros excurrit in annos
Vatis opus,dumq; intacito uaga sydera mundo
fulge-

Fulgebunt,dum sol nigris orietur ab indis,
Præuia luciferis aderit,dum curribus eos,
Dum uer tristis hyems,autumnum proferet æstas,
Dumq; fluersspirans,refluetq; reciproca Tethys,
Dum mixta alternas capient elementa figuras,
Semper erit magni decus immortale Maronis.
Semper inexhaustis ibunt hæc flumina uenis,
Semper ab his docti ducentur fontibus haustus,
Semper odoratos fundent hæc gramina flores,
Vnde piæ libetis apes,unde inclyta nectat
Serta comis triplici Iuuenalis gratia dextra.
Et quis io iuuenes tanti miracula lustrans
Eloquii,non se immensos terræq;,marisq;
Prospectare putet tractus.hic ubere largo
Luxuriant segetes,hic mollia gramina tondet
Armentum,hic lentis amicitur uitibus ulmus,
Illinc muscoso tollunt se robora trunco,
Hinc maria ampla patent,bibulis hoc squallet harenis
Littus,ab is gelidi decurrunt montibus amnes,
Huc uastæ incumbunt rupes,hinc scrupea pandunt
Antra sinus,illinc ualles cubuere reductæ.
Et discors pulchrum facies ita temperat orbem,
Sic uarios sese in uultus facundia diues
Induit,& uasto nunc torrens impete fertur
Fluminis in morem,sicco nunc aret in alueo,
Nunc sese laxat,nunc exspatiata cohercet,
Nunc inculta decet,nunc blandis plena renidet
Floribus,interdum pulchre simul omnia miscet.
O uatum preciosa quies,o gaudia solis
Nota piis,dulcis furor,incorrupta uoluptas,
Ambrosiæq; deum mensæ,quis talia cernens
Regibus inuideat.mollem sibi prorsus habeto
Vestem,aurū,gemmas,tantū hinc procul esto malignū
Vulgus,ad hæc nulli perrumpant sacra profani.

FINIS

Angelus Politianus, Laurentio Tornabono suo S.D.

Debetur hæc silua tibi, uel argumento, uel titulo, nam & Homeri studiosus es, quasiq; noster consectaneus, & propinquus Laurenti Medicis summi, præcellétisq; uiri, qui scilicet Ambram ipsam Caianã, prædium (ut ita dixerim) omniferum, quasi pro laxamento sibi delegit ciuilium laborum. tibi ergo poemation hoc qualecunq; est nuncupamus, ut sit amoris nostri monimentum, sit incitamentũ tibi ad studia literarum, præsertimq; græcarũ, in quibus tamen ita tantum processisti, ut uideare ad summum breui, si modo perrexeris, euasurus. Vale. Florentiæ. pridie nonas Nouẽbres. M.cccclxxxv.

ANGELI POLITIANI SILVA, CVI TITVLVS AMBRA IN POETAE HOMERI ENArratione pronunciata.

Picea si Cereris templo suspensa corona
s Donum erat agricolæ quondã, si uinitor uuam
Seposuit Bromio, quoties prædiuite cornu
Copia se fudit. placidam si lacte recenti
Pastores sparsere palem, spumantia postquam
Complerant olidam supra caput ubera mulctram.
Primitias, & quisq; sui fert muneris auctor.
Cur ego non uocem hanc, aut si quid spiritus olim
Concipit egregium, si quid mens ardua conscit
Rarum insigne sibi, si quo se murmure iactat
Lingua potens, cur non totum in præconia soluam
Meonidæ magni, cuius de gurgite uiuo
Combibit arcanos uatum omnis turba furores,
Vtq; laboriferi, ferrum lapis Herculis alte
Erigit, & longos calybum procul implicat orbes
Vimq; suam aspirat cunctis, ità prorsus ab uno
Impetus ille sacer uatum dependet Homero.
Ille Iouis mensæ accumbens, dat pocula nobis
Iliaca porrecta manu, quæ triste repellant
Annorum senium, uitámq; in sæcla propagent.
Ille deum uultus, ille ardua semina laudum
Ostentat populis, ac mentis præpete nisu.

peruo-

Peruolitat chaos immensum,cœlum,æquora,terras,
Vimq; omnem exsinuat rerum,uocesq; refundit
Quas fera,quas uolucris,quas uenti,atq; ætheris ignes,
Quas maria,atq; amnes,quas diq; hominesq; loquatur.
Quin nudam uirtutem ipsam complexus honores
Fastidit uanos,& ineptæ præmia famæ
Despicit exemptus uulgo,ac iam monte potitus.
Ridet anelantem dura ad fastigia turbam.
Vos age nunc tanti precor incunabula uatis
Diuinosq; ortus Clio dictate canenti
Muneris hoc uestri,longis siquidem obsita sæclis
Fama tacet,centumq; deæ premit ora uetustas
Iuerat æthiopum solitas inuisere mensas
Oceanumq; senem ,& fœcundæ tethyos antra
Iuppiter,ætnæoq; manum exarmauerat igni
Contentus sceptris,frontem tranquilla serenat
Maiestas,sanctoq; nitet pax aurea uultu
Nimbi,hyemes,tonitrusq; procul.regem omne deorum
Concilium facie,cultusq; insigne sequuntur.
Bistonis Mars instat equis,tu iungis olores
Phœbe therapnæos,getica mars fulgurat hasta,
Contendis tu Phœbe fides ,arcusq; retendis,
Lyncas agit Bromius,pauos Saturnia pictos,
Tardos luna boues,annosas delia ceruas,
Grypas hyperboreos nemesis,cytherea columbas,
Fert pedibus pinnas puer arcas,crine galerum.
Et chelyn incuruam,atq; incuruam sustinet harpen.
Paciferaq; duos uirga discriminat angues
Goryton,puer idalius,calamosq;,facemq;
Alcides clauam,& nemiæi uellera monstri .
Tartaream Pallas galeam,& phorcynida gestat,
Concordes gemino radiantur castores astro
Clauiger in semet,redeuntem computat annum
Iam dextra deus,ad Saturnum lanea compes
Mulcibero iubet ire patrem,nec dextra prometheu
Non tua caucaseæ meminit ferrata catenæ
Arma deos sua quenq; decent,nec segnius alti
Numina conueniunt pelagi,rex ipse biformes

Arduus urget equos, sæuoq; tridente minatur
Euroq; Boreæq;, & uultu temperat Austros
Solus equo Zephyrus tremulis persultat in undis.
Ipse sinu facilem molli fouet Amphitriten,
Ludunt nereidum simplex chorus, illa sororem
Prouocat, & blando certat superare natatu,
Hæc iunctum delphina regit, premit illa leonem.
Trux uehit hanc aries, olido sedet illa iuuenco,
Insultant aliæ monstris, quæ plurima uastus
Subluit oceanus, scopulis horrentia Cete
Ballænam, pistrinq; & physetera marinos
Siqua fides uero est, efflantem ad sidera fluctus.
Quasdam & semiferi dorso tritones amico
Excipiunt, bifidæq; ligant curuamine caudæ,
Et nunc tortilibus permulcent æquora conchis,
Dulcia nunc flexis ceruicibus oscula captant,
It Phorcus pater, it Glaucus, longámque per undas
Canitiem trahit, & nymphis luctantibus instat.
Inousq; puer, glauca cum matre, repulsas
Nunc subter lasciuit aquas, nunc improbus extat
Pubetenus, conchasq;, & rubra corallia uellit.
Tu quoque non dubio frontem laxare seueram
Tandem ausus risu Proteu, uerum una peremptum
Plorat adhuc natum Thetis, & crudelia diuum
Numina, crudeles parcas miseranda lacessit,
Ac precibus mixtas obliquans sæua querelas
Exitiique reum citat, & conuitia fundit.
Tum uix passa thoro primos accumbere diuum
Procurrit turbata comas, & pectore nudo
Sic dolor ille monet, læuaque amplexa uerendi
Genua iouis, dextraque attentans supplice barbam
Talibus affata est, O qui stellantia nutu
Regna quatis, uiden ut magna de gente dearum
Sola ego perpetuo, quid enim mea uulnera cælem?
Tabescam luctu, uestrasque infesta profanem
Has epulas, quodnam ob meritum pater optime certe
Non ego uincla tibi, scis o, scis ipse parabam
Magne sator, non Corycio tua tela sub antro

Serua-

Seruabat Thetis anguipedi iurata typhœo.
Nec nunc mortalis thalamos, humilemq; maritum
Conquerimur. fuerint parcarum uel lera iustis
Inuida connubiis, liceat timuisse tonanti.
Quanquam o (set taceo) cur autem summe deorum
Cur meus Aeacides Latoia tela cruentat
Te minor, an ne etiam subolem damnauimus ipsæ.
Aut faciem titani tuam sed uertite quæso.
Me quoq; iam dudum in silicem, nec marmora solum
Tristibus æternum lachrymis sipyleia manent.
Hos certe ingrato cineri, mutisq; sepulchris.
Quando aliud quid sit, genitrix persoluat honores.
Si neq; perpetuæ, saltem illum munere laudis
Dignaris pater, & lethen parua accolet umbra.
Talia uerba refert, genibusq; affixa tonantis
Hæret inexhaustum lachrymans, sparsisq; capillis
Iamq; deos omnes dictis, & imagine mœsta
Flexerat. inuidiam sensit, uultusq; retorsit
Ad Venerem Phœbus tum diuam pauca moratus
Subleuat omnipotens, uerbisq; ita mulcet amicis.
Ne crede æterno incisas adamante reuelli
Posse deum leges. stant omne immota per æuum.
Quæ triplices neuere colus, nec funera nati
Flet Thetis una sui. communes desine casus
Adnumerare tibi, ac totam hanc circumspice turbam.
Scilicet inuenies consortes undiq; luctus.
Me quoq; in his, siquidem transegit opuntia cuspis
Ductorem Lyciæ, & moribundum in puluere mersit.
Nec tu digna tamen fateor (ni fata repugnent)
Quæ tam sæua gemas, quæ mortales hymenæos
Nerei pertuleris, nec solus Apollinis arcus
Pignora diuarum phrygiis tamen obruit aruis.
Est etiam cui memnoniam pallantias urnam
Imputet, atq; adeo tristes ut pectore curas
Excutias, animumq; leues reddetur Achilli
Ingens tantorum pretium (mihi crede) laborum
Nam neq; cerbereos rictus, nec erynnidas atris
Anguibus implicitas, inamœnáq; tartara passus

Helysium tenet, hic magna uenerabilis umbra
Mutatis pulchram auspiciis sibi colchida iunget,
Solis & oceani uoluenti progener æuo,
Vtq; rhodos Solem, Venerem paphos, atq; cythera.
Iunonémq; Samos, Cererémq; Typhoias ætne,
Me mea Creta colit, sic nato candida Leuce.
Leuce, quæ scyticis procul insula personat undis.
Templa tuo ponet, nautis hic ille sub alto
Fata canet luco uenturæ nuntia sortis.
Adde q & pulchro tradetur pulchra marito
Tyndaris æacidæ stellis fulgentibus ardens.
Meq; dabit socerum. thalamis en sternuit istis
Pulcher hymen, gratásq; uices sortita uoluptas.
Iam nunc diui duos iuueni despondet amores.
Vtq; tuos artus nunc dulci gratia nodo,
Nunc paphie roseis nectit uulcane lacertis.
Sic illum formosa helene, formosa Cytæis
Auferet alternum, & lentus festa otia ducet.
Famáq; (ne dubita) centeno gutture uestros
Indefessa canet, cælóq; æquabit honores.
Audiet hos, & quem torrenti flammeus astro,
Carcinus æstiferis late dispescit harenis.
Et quos herculeæ summorunt orbe columnæ.
Atq; hominum primi Blemyæ, quósq; altior axis
Cogit hyperboreos subter durare triones.
Nulla uirum gens, nulla dies, nusq̃ ulla tacebit
Posteritas, nulla reget inuida nube uetustas.
Quippe deum sancta nascetur origine uates.
Qui lucem æternam factis immanibus addat.
Qui regum fera bella tonet, grandíq; tremendas
Obruat ore tubas, cuius uocalia siren
Pectora, & aonidum miretur prima sororum.
Ille tuum theti peliden uenientibus annis
Dedet honoratum, serísq; nepotibus unum
Thessalus exemplum uirtutis habebitur heros.
Quondam etiam nostro iuuenis de sanguine cretus
Dux bello inuictus, Gangen domiturus, & indos.
Atq; semiramias fracturus cuspide turres

Felicem

Felicem tanto præcone uocabit Achillem.
Et dubitabis adhuc obductæ nubila frontis.
Atq; importunas euris mandare querelas.
Quin audes laxare animum,uultusq; priores
Induis,& lætis hilarem te cætibus infers?
Dixerat,illa oculis iam dudum absterserat imbrem
Læta omnem,ætherio grates agit inde tonanti,
Instauratq; comas,cultusq;,habitusq; decoros
Accipit,hic diuam glaucarum tota sororum
Circumfusa cohors studio excolit,ipsa sibi obstat
Sedulitas,pars multifidi discrimine dentis
Cæsariem comit,molli pars colligit auro
Effusam,pars fingit acu,crinémq; lapillis
Spargit hydaspaeis,hæ bacchas auribus addunt.
Restituuntq; sinus,illa aurea cingula donat.
Donat erythraeis hæc plena monilia conchis.
Lætantur Nereusq; pater,grandæuaq; Doris.
Continuo redit ille decor,suffusáque pulchris
Fax radiat tranquilla genis,procul exulat omnis
Tristitia,insuetam tentant noua gaudia mentem.
Haut aliter uerno cum pulsa rosaria nimbo
Frondentis rutilum uirgæ spoliantur honorem.
Defluit expirans dominæ cruor,ictáque lapsis
Commoritur foliis halantum gratia florum.
Ast ubi mox clarum iubar aureus exseruit sol.
Augescunt recidiua nouis tum germina truncis,
Lætaq; natiuas ostentat purpura gemmas.
Iamq; implere fidem diuini cœperat oris
Aeacides thalamo,& templis,& honoribus auctus,
Cum partum ingentem memor extulit ilithya.
Hermæo prætenta sinu fuit inclyta quondam
Vrbs toti prælata asiæ,boebeius illam
Coniugis extinctæ monimentum nobile Theseus
Esse dedit smyrnes,arcémq; in monte locauit
Prospectantem undas semel,& sua tecta tuentem
Quo flet mœsta silex Niobe,niobésq; sepulchrum.
Hic placido fluit amne Meles,auditq; sub altis
Ipse tacens antris meditantes carmina cycnos

Hæc uatem eximium tellus,ita sancta uetustas
Credidit,hæc illum dias in luminis oras
Prima tulit,pater aonii deus incola luci.
Ductare assuetus thiasos,sacrisq; sororum
Responsare choris,& par contendere Phœbo.
Furtiuo pulchram implerat Critheida fœtu.
Inde capax nato ingenium,largusq; uerendæ
Scilicet haustus aquæ primo (si credimus) ille
Vagitu,horrisoni sternebat murmura ponti.
Pacabat uentos,mollibat corda ferarum.
Ipsa etiam lacrimas,Sipyleia fundere cautes
Destitit audito,teptabat maximus infans
Fluminis in ripa,reptantem mollibus ulnis.
Nais areniuagum rapiebat sæpe sub amnem
Ostensura patri,&rursum exponebat in ulua
Flore breues cinctum,aut apio rorante capillos,
Vosq; Etheocleæ(ni mendax fama)sorores
Misistis lectas horarum a' fonte corollas,
Flauaq; uirgineam puero immulsisse papillam
Dicitur Actæo ceu quondam Pallas Erechtheo.
Ipse ut iam certo uestigia ponere nisu
Vtq; datum uaria uoces effingere lingua
Gaudebat calamos hybleis iungere cæris.
Dilectos bromio calamos.gaudebat & uncam
Ore inflare pio,ac digitis percurrere loton.
Grande tamen calami reboant,grande unca remugit
Tibia,sæpe illum uicina faunus in umbra
Demirans,auris tacitus tendebat acutas,
Et subito puerum satyri cinxere theatro.
Cum satyrisq; feræ.set quæ nil triste minentur.
Cumq; feris siluæ,set quæ alta cacumina motent,
Multifidæq; sacris adnutent legibus auræ.
Ipsi quin etiam riguo pactolus,& hermus
Certatim affluxere auro iussosq; tacere
Ripa ab utraq; suos Mæander misit olores,
Mæander sibi met refluis sæpe obuius undis,
Mæander sub humum pudibundo flumine labens,
Quod puerum ignarus carpon,dum ludit in unda
Delitias

Delitias nati, mox natum merserat alueo
Infelix genitor, sed uenti id crimen amantis
Verum ubi primæuæ dubio se flore iuuentæ
Induit, ac plenis adoleuit fortior annis
Carmen amat, carmen, p̄to maxima numina uatū
Carmen apollineo tantum modulabile plectro
Carmen caucaseas silices, cautémq; sicanam
Quod trahat, & rigidi leges infringat auerni
Exarmétq; Iouis minitantem fulmine dextrā
Iámq; insana sacrū uis, insertúsq; medullis
Exstimulat uatem æacides, iam parturit altum
Mens opus, & magnis animosa accingitur ausis
Ille tamen quæ nam ora fui, qui uultus Achilli
Qui ue oculi, quantus maternis fulgeret armis
Scire auet ah nimius uoti uiolentáq; fundens
Murmura, terribilem tumulo ciet improbus umbrā
Cōtinuo sigæus apex concussus in æquor
Procumbit, raucúmq; gemit Rheteia contra
Littora, & effusis tremit ardua fontibus Ide,
Semiustúmq; cauo Xanthus crimē abdidit antro
Ecce tuens toruum, nec uati impune uidendus
Phthius honoratis heros astabat in armis
Qualis peliaca teucros obtriuerat hasta
Priamiden uersa a dana is dum quæreret ira
Vltor, & heu fluuiis misetos, campísq; fugaret
Flāmeus ignescit thorax, auróq; minatur
Terrifico radiatus apex, in nubila surgit
Fraxinus & longa rursum hectora uulnerat ūbra
Ipse ardens clypeo ostentat, terráq; fretúq;
Atq; indefessum solem, solísq; sororem
Iam plenā, & tacito uoluentia sidera mundo.
Ergo his defixus uates, dum singula uisu
Explorat miser incauto, dum lumina figit
Lumina nox pepulit, tum uero exterritus hæsit
Voxq; repressa metu, & gelidos trēor ipulit artus
Ad iuuenem sacer aonium miseratus Achilles,
Quandoquidem Saturne tuas inflectere leges,
Haut licitum cuiq̄, clypeo excipit, oráq; iungens

Inſpuit augurium.baculum dat deinde potentem
Tireſiæ magni,qui quondam pallada nudam
Vidit,& hoc raptam penſauit munere lucem,
Suetus inoffenſos baculo duce tendere greſſus,
Nec deeſt ipſe ſibi,quin ſacro inſtincta furore,
Ora mouet,tantíq; parat ſolatia damni.
Aeaciden tamen,æaciden,cælo æquat & aſtris,
Aeaciden famæ leuat arduus alite curru,
Vnum dardanidis,unum componit achiuis
Aeaciden,unum ante omnis,miratur,amátq;
Ac primum irarum cauſas,trepidíq; tumultus,
Expedit,utq; luem neglecta induxerit ægris
Relligio populis,ut regem irritet amantem
Theſtorides,ut acerba fremens,uix temperet ipſo
Enſe puer thetidis,uix magni ſanguine atridæ
Abſtineat,diuæ admonitu,quæ iurgia contra
Dux ferat incenſus dictis,quo uulnera neſtor
Melle riget,quantum amiſſo dux fiendeat alter
Munere,qúos nato genetrix exoret honores,
Quid doleat Iuno,cælo quid portet ab alto
Inſidioſa quies,quæ rex obliquet inertis
Tentamenta fugæ, faciat laertius heros
Quantum operæpretium,cũ dulcibus aſpa miſcet
Cum uaga clamoſæ reprimit conuicia linguæ,
Cum ſuadet durent caſtris,præſagaq; monſtrat,
Fata deum,memorat platanũ,infantéſq; uolucres
Cum matre abſumptas,uerſúmq; in ſaxa draconẽ.
Quo pylius fremat ore ſenex,ut pacta,fidémq;,
Deploret,dextraſq; datas,ut fulmina narret
Miſſa polo,ac prætium oſtentet uictoribus urbem,
Quæ facies danaum,cum ſeſe in munia martis
Accingunt,quantũ dux ore,& pectore,& armis
Emineat,tum pieridas ſua numina rurſum
Conſulit,hectoreaſq; agamẽnoniaſq; phalãgas
Enumerans,ipſos icto mox fœdere amantis
Committit,uictúmq; rapit phryga nubibus atris
Victorem atriden nec opino uulnerat arcu.
Tum pugnam inſtaurans toto dat funera campo
Haut

Haut dubitans alta tydiden strage cruentum
Dardanio,lycioq; duci,totidémq; repente
Obiectare deis,glauci post munere pulchro
Insignem auratis ostentaturus in armis,
Quid nunc Sidonio tentatam pallada peplo,
Quid memoré lachrymas thebææ coniugis,& te
Parue puer cristas,& cassidis æra timentem,
Téq; heros longe gradientem,& torua tuentem,
Quassantémq; procul metuendá cuspidis umbrá,
Adq; ausum corde ipauido,solum hectora contra
Stare diu.quid te populorum fata duorum
Lancibus æquanté imparibus,Rex magne deû
Aut miseros tonitru danaos,& lampade sæua
Terrentem:quid te uallo,castrísq; minantem
Priamida armipotens:his rursum adiungitur ardés
Heu precibus nihil,& donis inflexus achilles,
Exceptúsq; Dolon,& somno proditus heros
Othrysius,tacitáq; auersi nocte iugales.
Qui superent candore niues,qui cursibus æquent
Flamina,mox ipsi ferro,telísq; repulsi
Ductores danaum,clypeóq; interritus aiax
Tutari sociam classem,Iliacúmq; paratus
Ductorem,& ferrum,& flámam exceptare,Iouéq;
Quem cesto tamen idalio,coniuxq;,sororq;
Implicat,& somni facies mentita uolucrem,
Dum pater æquoreus fessis aspirat achiuis.
Nec mora,peliacis cum longe horrendus in armis
Emicat,& nubem belli defensat achiuis
Actorides,ac sanguineo Sarpedona campo
Obruit,heu magni prolem iouis.Inde secundis
Elatus rerum,Balium,Xantúmq; iugales,
Quos zephyro peperit geminos harpy.a podarge
Et te captiuo funalem pedase collo
Igneus exstimulat,scæáq; in limine portæ
Concidit,ah tanti nimium securus amici.
Nam quid Panthoiden fœdantem sanguine crinis
Illos,pro dolor,argentóq;,auróq; micantis,
Quid primos querar heroum pro corpore functo

Certatim obnisos inter se haut cædere certos,
Adq; animam exanimum funus super exhalantes,
Ecce suum tandem cantor smyrnæus achillem
Suscitat, ardentem clypeo adq; hyperionis orbem
Orbe lacessentem pulchro, & cælestibus armis
Ingentisq; manu centaurica tela tenentem
Adq; immortalis adigentem in prælia Bigas,
Hic uero obuersis uictoria remigat alis
Dum rapit inferias, dum curribus ille, uirisq;,
Adq; armis, & equis minitantem in sestior implet
Xanthon, & arsuras angustat cædibus undas
Vix ego nunc si mille sonent mea pectora linguis.
Voxq; adamante rigens, adq; indefessus hanelet
Spiritus, infusum totos pæana per artus
Bella deum narrem, terram ipsam imane gementē.
Clangentemq; polum, Martemq; iniugera septē
Porrectum, multoq; comas in puluere mersum,
Aegidaq; horrificam, protectamq; ægide pectus
Pallada, nil magni metuentem fulmina patris,
Imbellemq; deum Venerem, & te phœbe tridenti
Sūmittentem arcus, & te latonia uirgo
Iam pauidam, ac uacua linquētem castra pharetra.
Nec si Castalios ipsis a fontibus amnes,
Hauriat os auidum, nec si pirenida lympham,
Pimpleisq; bibat latices æquare canendo
Hectora sanguineū, uiolentūmq; ausit achillē,
Hectora pro patria, carisq; penatibus unum
Stantem animis contra, qualis draco pastus amaros
Per brumam succos, uenientem expectat iniquus
Pastorem, & tumido furiatus felle cruentum
Spectat, hians imane, cauoq; aduolutur ingens.
Aeaciden autem cædem, & crudele ferentem
Exitium, qualis uasti canis Orionis
Per noctem exercet radios, sæuumq; minatur.
Iamq; illum ante oculos ambo pr, ante ora parēnt
Raptatum Hæmonio circum sua mœnia curru,
Iam funus Patrocle tuum, Priamumq; superbos
Porrectum ante pedes, adq; auro supplice uictum,
Dixerat

Dixerat inuictum iuuenem, lamentaq; sæua
Iliadum mœstosq; rogos cineremq; sepultum,
Cum subito in somnis ithaci experientis imago
Visa uiro, sic ampla humeros sic pectora fundens
Set letale gerens uulnus, nanq; inscia nati
Dextera quæsitum per cærula uasta parentem,
Protinus æquoreæ uiroso trigonos ictu,
Perculerat, siue ira deum seu fata iubebant.
Atq; ait O magnæ qui princeps debita laudi
præmia persoluis, qui lenta obliuia sæclis
Excutis, & seros famam producis in annos,
Anne tot exhaustos nobis terraq; mariq;,
Lethæo mersos fluuio patiere labores
Nec sua reddetur uirtuti gloria merces
Nanq; licet uirtus semet contenta quiescat,
Sola tamen iustos uirtus asciscit honores,
Solaq; se merito laudum fulgore coronat,
Quin etiam ignaris præferre nepotibus optat
prima facem ac monstrare uiā, quæ tendat in altū
Culmen et & e celso scandenti porgere dextram
Quem neq; posteritas neq; tangit fama superstes
Nempe aliis exempla sibi uitam inuidet amens
Ergo sub iliacis tractantem prælia muris
Graius achilleis populus donauerit armis,
Tu uero emenso quæ gessi plurima ponto
Quæq; tuli, nullo uates dignabere cantu,
Quem solum uocat iste labor cui pectore pleno
Destituit illa meæ fœlix opulentia linguæ.
Incipe nanq; adero, & præsens tua cœpta iuuabo.
Hæc ait & pariter somnusq; ithacusq; recessit.
Ille nouo rursus musarum percitus oestro
Concinit abiegnæ danaos compagibus alui
Occultos, & equi molem, fraudemq; Sinonis,
Indiciiq; metu præclusum pollice fauces,
Anticlon Ortygiden, populataq; pergama flāmis
Disiectasq; rates, patriumq; a palladе missum
Fulmen, Oilidenq; ignes & sulfura fixo
pectore proflantem teq; importune Caphareu,

Nec faciles ciconas fortunatosq; ciborum
Lotophagos, uinoq; grauem cyclopa per antrũ
Exporrectum ingens, humanaq; frusta uomentẽ
Mixta mero, inq; bouis constrictos tergore uentos
Et lamiũ Antiphaten & uirgam & pocula circes
Cimerionq; domos, Euetrideq; locutum
Vera senem fusoq; allectos sanguine manis
Et maris illecebras, uocemq; impune Canoræ
Virginis auditam, scyllamq; auidãq; charybdin
Lampetienq; patri uiolata armenta querentem
Immersosq; undis socios, ipsumq; natantem
Litus ad ogygies, & atlantidos antra calypsus
Neptunumq; iterum uentosq; undasq; cientem,
Leucotheamq; piam, cercyræosq; recessus
Hospicio faciles, subitumq; in gurgite montem
Assertumq; larem tandem, ultricesq; sagittas
Ergo tegunt geminæ uictricia tempora laurus
Vatis apollinei, geminis ergo arduus alis
Fugit humo, celsumq; altis caput intulit astris,
Par superis, ipsiq; Ioui, quo nulla rebellis
Spicula liuor agat, quo nulla aspiret iniquæ
Tempestas fœda inuidiæ, sic eminet extra
Liber, & innocuus, toto sic ille sereno
Perfruitur gaudens, magni ceu purus olympi
Supra imbres uertex, & rauca tonitrua surgit,
Despectatq; procul uentorum prælia tutus.
Quo nunc diuitias animosi carminis ore
Exsequar? haut illi plena se conferat urna
Hermus, & aurata radians Pactolus harena.
Et tagus, & durius latebris quodq; eruit audax
Dalmata, quodq; procul Bessus rimatur, & astur,
Fusile callaica quodq; in fornace liquescit
Decolor in toto quodq; inuenit indus hydaspe,
Quęq; rhodos fuluis hausit de nubibus imbrem
Quodq; manu dea cæca tenet prædiuite cornu.
Vtq; pareus rerum fontes, & flumina magnæ
Suggerit oceanus terræ, sic omnis ab istis
Docta per ora uirum decurrit gratia chartis
Hinc fusa

Hinc fusa innumeris felix opulentia sæclis
Ditauit mentes, tacitoq; infloruit æuo.
Omnia ab his, & in his sunt omnia, siue beati
Te decor eloquii, seu rerum pondera tangunt.
Nam quæ tam uarium Memphitis stamen harundo
Separat, aut quæ sic babylonos texta potentis
Sollicita pinguntur acu, quæ tanta colorum
Gloria, cum pinnis zephiri rorantibus adsunt,
Quantus honos uocum, q̃ multis diues abundat
Floribus, & claris augescit lingua figuris.
Siue libet tenui uersum deducere filo,
Seu medium confine tenet, seu robore toto,
Fortior assurgit. Seu uena paupere fertur
Aridius, celeri seu se breuis incitat alueo,
Gurgite seu pleno, densisq; opulentior undat
Vorticibus, siue humentes læto ubere ripas
Dædala germinibus uariat, maiore nec unq̃
Sermo potens meminit se maiestate loquentem.
Quod si facta uirum uicturis condere chartis
Flectere si mauis orando, & fingere mentes,
Hunc optato ducem, non causas doctius alter,
Personaq;, locumq;, modosq; & tempus, & arma,
Remq; ipsam expediat, dum nunc iactantior exit
Nunc contorta ruit, nunc se facundia profert
Simplicior, uaria nunc floret imagine rerum.
Dulcius eloquium nulli, nec apertior unquam
Vis fandi fuit, aut quæ mentibus acrior instet.
Indole quenq; sua pingit, sua cuiq; decenter
Attribuit uerba, & mores, unumq; tenorem
Semper amat, meminitq; sui, scit & unde moueri.
Et quo sit prodire tenus, fusumq; gubernat,
Arte opus, & mediis prima, ac postrema reuincit,
Nunc teneras uocat ad lachrymas, nunc igneus irã
Suscitat, interdum retrahit, probat, arguit, urguet,
Nunc noua suspenduntauidas miracula mentes,
Fœta bonis, ipsum utiliter cælantia uerum.
Quicquid honorato sapiens canit ore uetustas,
Doctaq; multiiugæ post hunc diuortia sectæ,

Hinc haustum. Siue infantis cunabula fæcli
Seu conspirantes pugnaci fœdere causas
Discordemq; fidem,& genitalia semina rerum
Seu potius mundi fines, diuumq; rotatas
Contemplere domos, adq; obluctantia cælo
Sidera, quæ magnum uis tanta hyperionis orbem
Torqueat, exhaustam reparet quo fonte sororem
Ausam fraternis mediam se opponere flammis
Et subitis uiolare diem, lucemq; tenebris.
Conscia fatorum num mens anima uerit astra
Vnde tremat tellus, trifida ne impulsa laboret
Cuspide neptuni, cæcis an terga cauernis
Subdat atrox boreas, nostrum erupturus in orbē
Ventorum nunc ille uices, nunc fulminis ortus
Monstrat,& elisis crepitantes nubibus auras,
Curq; ruunt imbres, subitusc; lumina fulgor
Sic ferit, ut medium credas discindere cælum,
Esse deum, mentem immensam, rerūq; potentē
Cunctáq; complexum, stabili qui lege gubernet
Naturam, mundiq; uices, qui fata solutis
Subiuget arbitriis, qui temperet omnia solus.
Esse animos læti exsortes, sed corpore claudi
Ceu tumulo, quos in uarias tamen ire figuras,
Hoc dictante docet tacite dux ille cohortis,
Ante ortus memor usq; sui, sibiq; ipse superstes.
Quin & præcelsa rationem sistit in arce
Ceu dominam, tristes in pectore concitat iras,
Viscera degeneri damnata cupidine passus.
Nec tacet, unde æger cruciat dolor, unde rebellem
It furor in rabiem, cur pallent ora timentum,
Genua tremunt, stāt corda gelu, stāt uertice crines
Quæ summi sit mæta boni, quæ ue orbita rectū
Signet iter, quo se confundat deuius error
Quot uirtus fluat in riuos, quo cardine honestū
Vertatur, rebus q̄tum fortuna caducis
Præsit, ut humanos toleret mens cruda tumultus
Quæ ciues mensura premat, quo robore leges
Firmentur, plus consilio res crescat, an armis
Publica

Publica, quas belli tentet dux callidus artes,
Quã uocum sit amica fides, q̃ magna gregandis
Religio numeris, quantis præsagia signis,
Consultes, quantum sucos rimata salubres
Ardua pæoniæ ualeat solertia dextræ,
Hinc & magniloquis uoces creuere cothurnis
Hinc lasciua datos riserunt cõpita soccos
Hinc hausisse iocos teneri creduntur amores
Quiq; astricta breui claudunt epigrammata nodo
Quin & appellæos digitis animare colores,
Monstrat, olympiaco quin is dedit ora tonanti.
Nec faber ille negat, dum nigris mota laborant
Cuncta superciliis, immortalesq; secuntur
Astra iubas, sancta dum maiestate tremendum
Excipiunt magnoq; assurgunt numina patri.
Heroumq; idem facies, & celsa potentum
Ora deum, uariisq; horrenda animalia formis,
Diuersasq; urbes positusq;, habitusq; locorum
Innumeros sensusq; animorum, carmine pulchro
Naturamq; omnem illa ipsa mirante figurat,
Huic aras, huic templa dedit ueneranda uetustas
Hunc ære, hunc saxo, fuluoq; colebat in auro,
Hunc unum auctorem teneris præfecerat annis
Rectorémq; uagæ, moderatoremq; iuuentæ,
Hunc etiam leges uitæ agnouere magistrum
Omnis ad hoc doctas sapientia fonte papyros
Irrigat, hunc proprias olim gangetica tellus
Transtulit in uoces, huius natalia septem
Quæq; sibi rapiunt studiis pugnacibus urbes
Hunc & sithonii patientem iura flagelli
Asseruit patrio uindex Ptolomæus ab amne,
Hunc quoq; captiuo gemmatum clausit in auro
Rex Macedum, mediis hunc consultabat in armis
Hoc inuitabat somnos hinc crastina bella
Concipere, huic partos fuetus iactare triumphos,
Et nos ergo illi grata pietate dicamus,
Hanc de pierio contextam flore coronam,
Quam mihi camenas inter pulcherrima nymphas

Ambra dedit patriæ lectam de gramine ripæ,
Ambra mei Laurentis amor, quã corniger umbro
Vmbro senex genuit domino gratissimus arno.
Vmbro suo tandem non erupturus ab alueo.
Quem super æternum staturæ culmina uillæ
Erigis, haut quaq̃ muris cessura cyclopum
Macte opibus, macte ingenio, mea gloria laurens.
Gloria musarum Laurens, montesq; propinquos
Perfodis, & longo suspensos excipis arcu,
Prægelidas ducturus aquas, qua prata supinum
Lata uidet podium riguis uberrima lymphis
Aggere tuta nouo piscosisq; undiq; septa
Limitibus, per quæ multo seruante molosso
Plena Tarentinis succrescunt ubera uaccis.
Adq; aliud nigris missum (quis credat) ab indis
Ruminat ignotas armentum discolor herbas.
Ad uituli tepidis clausi fœnilibus intus
Expectant tota sugendas nocte parentes.
Interea magnis lac densum bullit ahenis.
Brachiaq; exertus senior, tunicataq; pubes
Comprimit, & longa siccandum ponit in umbra,
Vtq; piæ pascuntur oues, ita uastus obeso
Corpore fus calaber cauea stat clausus olenti.
Adq; aliam ex alia poscit grunnitibus escam.
Celtiber ecce sibi latebrosa cuniculus antra
Perforat, innumerus net serica uellera bombyx
Ad uaga floriferos errant dispersa per hortos,
Multiforumq; replent operosa examina suber.
Et genus omne auium captiuis instrepit alis.
Dumq; antenorei uolucris cristata timaui
Parturit, & custos capitoli gramina tondet,
Multa lacu se mersat anas, subitaq; uolantes
Nube diem fuscant Veneris tutela columbæ.

F I N I S.

Angeli Politiani elegia, siue Epicedion in Albierae albiciae immaturum exitum ad Sismundum stupham eius sponsum.

e T merito, Quis.n.tantũ pferre dolorem?
Aut quis iã miseris tẽperet à lachrymis?
Sed tamẽ heu frustra crudelia sydera dãnas
Sismunde & frustra numina surda uocas.
Pro dolor ah quantos rapta pro coniuge fletus
Ingeminas, quanto perluis imbre genas,
Sollicitasq; pios fratres miserũq; parentem
Inq; tuo tota est uulnere nigra domus.
Nigra domus tota est, flent mœsti ad limina ciues
Flent socii lachrymis & tua dãna piis.
Ipse ego qui dudum reges magno ore canebam
Dardanaq; argolica pergama rapta manu,
Heu nil dulce sonans taceo iam bella tubasq;,
Et refero ad nigros carmina mœsta rogos,
Ac tecum infaustus uates consortia luctus
En repeto, & quærulam pectine plango lyram.
Nec Sismunde tuos gemitus, ægrumq; dolorem
Arceo sunt lachrymis funera digna piis.
Maius habes uulnus secreto in pectore, q̃ quo
Te deceat madidas non habuisse genas.
Nam poteras dudum nulli inuidisse deorum
Dum subiit uelis aura secunda tuis.
Nunc ubi dira suum uertit fortuna tenorem,
Vxor abest animæ portio magna tuæ.
Vxor abest, heu heu, sed qualem nulla tulerunt
Secula, sed qualem tempora nulla ferent.
Vni quicquid habet dederat natura decoris,
Vni etiam dederat gratia quicquid habet,
Candor erat dulci suffusus sanguine qualem
Alba ferunt rubris lilia mixta rosis.
Vt nitidum læti radiabant sydus ocelli,
Sæpe amor accensas rettulit inde faces.
Soluerat effusos quotiens sine lege capillos,
Infesta est trepidis uisa diana feris.

Siue iterum adductos fuluum collegit in aurum
Compta cytheriaco est pectine uisa uenus.
Vsq; illam parui furtim componere amores
Sunt soliti & facili gratia blanda manu.
Atq; honor & teneri iam cana modestia uultus,
& decor,& probitas,purpureusq; pudor.
Casta fides risusq; hylaris moresq; pudici,
Incessusq; decens nudaq; simplicitas.
Quæ cuncta in cineres fati grauis intulit hora,
Mors cuncta imiti carpsit acerba manu.
Occidis albiere prima fraudata iuuenta,
exigeres uitæ cum tria lustra tuæ.
Occidis amborum correpta ante ora parentum.
occidis ante tui lumina mœsta uiri.
Ah dolor i nunc & rebus confide secundis
quas fortuna leui fertq; refertq; manu.
Tolle animũ & uicto molire exhoste triumphos,
Laurigerum morti subiicere caput.
Erige tænareis radiantia tecta columnis,
parca tamen rapida te trahet inde manu.
Ingenio formæ,ualidæ confide iuuentæ,
albiera ecce graui morte soluta iacet.
Tu mihi nunc tanti fuerit quæ causa doloris,
attonito uati mœsta Thalia refer.
Annua pelliti referentem sacra Ioannis,
extulerat roseo cyntbius ore diem.
Cum celebres linquens syrenum nomine muros
Herculeumq; petens regia nata thorum.
Candida syllanæ uestigia protinus urbi
Intulerat longæ fessa labore uiæ.
Pro se quisq; igitur pueri iuuenesq; senesq;
matresq; & teneræ splendida turba nnrus.
Illius aduentum celebratur,atq; unicus urbis
est uultus,fæsto murmure cuncta fremunt.
Est uia panthagiam syllani nomine dicunt,
omnibus hic superis templa dicata micant.
Hic domus æthereas perrumpens lentia nubes,
Prouehit ad rutilos culmina celsa polos.

In Albieriam

Quam prope ridentes submittunt prata colores,
pictáq; florifero germine uernat humus.
Hic dum cornipedes primi sub carceris oras
Tyrrhenæ expectant signa canora tubæ.
Regia nata leues gaudet celebrare choreas,
iámq; nurus certa brachia lege mouent.
Emicat ante alias uultu pulcherrima nymphas
albiera, & tremulum spargit ab ore iubar.
Aura quatit fusos incandida terga capillos,
irradiant dulci lumina nigra face.
Támq; suas uincit comites, q̃ lucifer ore
purpureo rutilans astra minora premit.
Attoniti albieram spectãt iuuenésq; senésq;
ferreus est quem non forma, pudor ue mouet.
Mentibus albieram lætis, plausúq; secundo,
albieram nutu, lumine uoce probant.
Vertit in hanc toruos Rhamnusia luminis orbes
exiguoq; mouet murmura parua sono.
Tum miseræ letale fauens, oculísq; nitorem
adicit, & solito celsius ora leuat.
Tantáq; perturbans extemplo gaudia, tristem
qua pereat uirgo quærit acerba uiam.
Hic febrim æthereas carpentem prospicit auras,
exerere Icarius dum parat ora canis.
Illam herebi, noctéq; satam comitantur euntem
luctúsq; & tenebris mors adoperta caput.
Et gemitus grauis, & gemitu cõmixta querela,
singultúsq; frequens, anxietásq; ferox.
Et tremor, & macies, pauidoq; insania uultu,
semper & ardenti pectore anhela sitis.
Horridus atq; rigor, trepidæq; insomnia mentis
inconstansq; rubor, terrificúsq; pauor
Marmaricíq; trahunt dominæ iuga curua leones
ignea quis rabido murmure corda fremunt.
Vertice diua feras ardenti attollit echidnas,
quæ saniem stygio semper ab ore uomunt.
Sanguinei flagrant oculi, caua tempora frigent,
colla madens sudor pectora pallor obit,

Atq; animi interpres liuenti lingua ueneno
 manat,& atra quatit feruidus ora uapor,
Spiritus unde grauis tetrum deuoluit odorem,
 lætifera strident guttura plena face.
Sputa cadunt rictu croceo contracta colore,
 perpetuo naris laxa fluore madet.
Nulla quies,nullisq; premunt mēbra arida somni,
 faucibus infalsis tussis acerba sonat.
Risus abest,rari squalent rubigine dentes.
 sordida lunato prominet ungue manus.
Dextera fumiferam præfulgens lampada quassat
 sithonia'sq; gerit frigida læua niues.
Olli templa olim posuit Romana propago.
 abstinuit sæuas nec tamen inde manus.
Sacra illam actiaco tenuere palatia phœbo,
 quisq; olim uicus nomine longus erat.
Area quin etiam diræ templa ardua febris
 ostendit,marii quæ monumenta tenet.
Hoc ubi crudelis uidit Rhamnusia monstrum,
 exacuit sæuo lurida corda sono.
Aspicis hanc inquit uirgo fata nocte puellam.
 cuius & hinc radiis ora serena micant.
Quæ gaudet fati,fortisq; ignara futuræ,
 quā digito atq; oculis densa caterua notat,
Hanc niue tu gelida rapidis,hanc infice flāmis.
 sic opus est,uires sentiat illa tuas,
Dixerat,& pariter gressum'q; auertit,& ora,
 non oculos poterat iam tolerare truces.
Continuo ardentes stimulis citat illa leones,
 sæpius & ducto uersat inorbe facem.
Interea humentem noctis uariantia pallam
 hesperus in rutilo sparserat astra polo.
Albiera in patrios iam candida mēbra penates
 intulerat,molli constiterat'q; toro.
Iam tenero placidum spirabat pectore somnum,
 uenit ad obstrusos cum dea sæua lares.
Quo dea?quo tendis?nō te lacbrymabilis ætas?
 non te forma mouet?non pudor?aut probitas?

In Albieriam

Nō ne mouēt lachrymæq́; uiri: lachrymæq́; parētū:
Mortalem potes ah perdere sæua deam?
Limina contigerat, tremuerunt limina pallor
infecit postes, & patuere fores.
Virgineum petit illa thorū, pauidæq́; puellæ
Pectore ab obscœno talia dicta refert.
Quæ placidam carpis secura mente quietem,
Et fati, & sortis nescia uirgo ruæ.
Non dum sæua meæ sensisti uulnera dextræ
Quæ tibi ego, & mecum quæ tibi fata parant.
Stat uacua tua parca colo moritura puella
ne geme, cū dulce est uiuere, dulce mori est.
Sic ait, æstiferámq́; excussit lampada, & acres
uirginis iniecit dura sub ossa faces.
Tum lætale gelu inuergens, guttásq́; ueneni
inserta heu uenis effugit inde nece.
Excitat illa graui geminos clamore parentes,
aduocat absentem nuntia fama uirum.
Vicinæ extemplo matres, trepidæq́; puellæ
conueniunt, teneras imbre rigante genas.
Iam fera uirgineas populatur flāma medullas,
iam gelida torpent horrida membra niue.
Liquitur infœlix. non ars operosa medentum,
non facta a' misero coniuge uota iuuant.
Liquitur, & quāq̄ diræ uestigia mortis
cernit, & extremum sentit adesse diem.
Corde tamē gemitū præmit, & spem frōte serenat,
tristitiámq́; acie dissimulante tegit.
Scilicet augeret trepidi ne dura mariti
Lamenta, & curas anxietate graues.
Iam decima infaustam referebat lampade lucē
Cynthius, & picea texerat ora face,
Cum miseræ extremus iā presserat error ocellos,
fugerat heu uultus, fugerat ore color.
Aspicit illa tamen dulcem moritura maritum,
illum acie solum deficiente notat.
Illius aspectu morientia lumina pascit,
mens illum è media morte reuersa uidet.

Quis tibi tunc Sismunde dolor: cum uirginis artus
Aspiceres anima iam fugiente mori?
Non tamen illa tui non illa oblita parentum
Te uocat, & tales fundit ab ore sonos,
Pars animæ Sismūde meæ si coniugis in te
Quicquā iuris habent ultima uoce tuæ,
Parce precor lachrymis uixi cursumq; peregi
Iam procul a uobis me mea fata uocent.
Immatura quidem morior, sed pura sub umbras
Discedam & nullis sordida de maculis
Discedam uirgo, facibus nec uicta maritis
Cessus coniugii nil nisi nomen habes.
Est mihi dulce mori uitamq; impendere famæ.
Edita mortali conditione fui.
At nisi nunc morerer fueram moritura subinde.
Est mihi dulce etiam te superante mori.
Nil mihi iam poterant anni conferre seniles.
Vita breuis longi temporis instar habet.
Mi dederat teneri leges natura pudoris,
Mi dederat mores cum probitate pios.
Nil mutari in me cupe res nisi tristia fata
Humanæ uici conditionis opus.
Vidi ego te summi defunctum munere honoris,
Vidi omnem festa pace nitere domum.
Et nisi me gemini possunt nil flere parentes.
parce igitur manes sollicitare pios.
Parce precor lachrymis coniunx, sic lætus in auras
Euadet tenues spiritus inde meus.
Mœsta sed amborum nimis ah nimis ora parentum
Solare, heu nostro torpet in ore sonus.
Heu rapior, tu uiue mihi, tibi mortua uiuam
Caligant oculi iam mihi morte graues.
Iamq; uale o coniunx, cariq; ualere parentes.
Heu procul hinc nigra condita nocte feror.
Sic ait, & dulcem moriens complexa maritum
Labitur inq; illo corpus inane iacet.
Corpus inane iacet cara ceruice recūbens
Coniugis, heu fati tristia iura grauis.

Hoc licuit

Hoc licuit uobis o ferrea pectora parcæ.
Credo ego iam diuum numina posse mori.
Quis nunc quis gemitus miserorum & uerba parētū
Nesciat in tantis heu repetita malis?
Ora rigat lachrimis frater, rumpitq; capillos
Mæsta soror, teneras & secat ungue genas.
Non secus hectoreo troianæ in funere matres,
Fleuerunt scissis publica fata comis.
Implentur clamore lares, clamore resultant
Atria, luctisonis fletibus aula fremit.
Heu quid agas cōiunx? quæ uocē in uerba relaxes?
quo fletu incuses tristia fata miser?
Nō lachrymas miserandus hēs, nō uerba dolentū,
Attonitus pigro torpet in ore sonus.
Extinctæ ingeminas tantū misera oscula & arcte
Impedis amplexu frigida membra tuo.
Dilectosq; premis uultus premis ora, nec ullum
Inuenit inclusus pectore luctus iter.
Quoq; magis mersum premis alto ī corde dolorē,
Hoc magis ille furit, æstuat atq; magis.
Sic magis inclusus furit intra obstacula torrens,
quæ si dimoueas lenior inde fluet.
Quin etiam inuisæ rupisses uincula uitæ,
Coniugis ut manes prosequerere pios,
Sed prohibent fratres, & blandi cura parentis,
Sed prohibent socii pectora fida tui.
Iam uirgo effertur nigro composita feretro,
Defectas humili fronde reuincta comas.
Heu ubi nunc blandi risus, ubi dulcia uerba,
quæ poterant ferri frangere duritiem.
Lumina sydereas ubi nunc torquentia flammas,
Heu ubi puniceis emula labra rosis.
Proh superi, quid nō homini breuis eripit hora.
Ah miseri somnus & leuis umbra sumus.
Nō tamē aut niueos pallor mutauerat artus,
Aut gelido macies sederat ore grauis.
Sed formosa leuem mors est imitata soporem,
Is nitidos uultus oraq; langor habet.

Virginea sic lecta manu candentia languent
 Liliaq; & niueis texta corona rosis.
Hic ceu nulla prius fuerint lamenta, nouatur
 Luctus, & indignis imbribus ora madent.
Precedit iam pompa frequens, iam mæsta sacerdos
 Verba canit, sacris turribus æra sonant,
Funerea ciues pullati ueste sequuntur,
 Et spargunt mœstas ore madente genas.
Densaq; plebs uidui deplorant fata mariti,
 Atq; illum digito luminibusq; notat.
O quantum impexi crines, oculiq; genæq;
 Noctis habent? quantus nubilat ora dolor?
quid nunc exequias celebres? opulentaq; dicam
 Munera? quid donis templa referta piis?
Omnis ceratis radiat funalibus ara,
 Omnis odoratis ignibus ara calet,
Eternamq; canunt requiem lucemq; uerendi
 Sacricolæ, & lymphis, corpus inane rigant.
Et tandem gelidos operosi marmoris arctus
 Includit tumulus, & breue carmen habet.
Hoc iacet Albieræ pulchrũ submarmore corpus.
 Nulla quidem tantum marmora laudis habent.
Exornat tumulum corpus, sed spiritus astra
 O quanta accessit gloria, lausq; Polo.

Ad Lauren. Medicem.

Cum referã attonito Medices tibi carmina plectro
 Ingeniumq; tibi seruiat omne meum,
Quod tegor attrita ridet plebecula ueste,
 Tegmina q̃d pedibus sint recutita meis,
Quod digitos caligæ disrupto carcere nudos,
 Permictunt cœlo liberiore frui,
Intima bombicum uacua est q̃d stamine uestis
 Sectaq; de cæsa uincula fallit oue,
Ridet & ignauum sic me putat esse poetam
 Nec placuisse animo carmina nostra tuo.
Tu contra effusas toto sic pectore laudes
 Ingeris, ut libris sit data palma meis,

Hoc tibi

Hoc tibi si credi cupis,& cohibere popellum,
Laurenti uestes iam mihi micte tuas.

Ad eundem gratiarum actio.

Dum cupio ingentes numeris tibi soluere grates
Laurenti,ætati gloria prima tuæ.
Excita iam dudum longo mihi murmure tandẽ
Astitit arguta Calliopea lyra.
Astitit,inq; meo preciosas corpore uestes
Vt uidit,pauidum rettulit inde pedem,
Nec potuit culti faciem dea nosse poetæ,
Corporaq; in tyrio conspicienda sinu.
Si minus ergo tibi meritas ago carmine grates,
Frustrata est calamum diua uocata meum.
Mox tibi sublato modulabor pectine uersus
Cultibus asseruit cum mea musa nouis.

In Aridam populum,quæ repente ante domum Laurentii reuiruit.

Quod recidiua nouas diffundit uertice frondes
quæ medicam surgit Populus ante domum.
Cui quondam Ogygio fierent cum sacra Lyæo
Admouit rapidas ebria turba faces.
Quid mirum?Herculeis nam cũ Laurentius armis
æmulus,Ausonios temperet arte lares
Ipse suas iuueni Tirynthius explicat umbras.
Implicet ut meritum lecta corona capur.
Sic quoniã dextro modulatur Apolline carmen.
Atte suas lauri circumiere comas.
Nunc igitur duplici crines lambente corona
Se bello ostendet,seq; ualere toga.

De cane hebro ad Lauren.Medicem.

Quod canis Hespio Medices tibi missus ab Hebro
Terribiles uasto strangulat ore feras,
Ast hominem pauido metuit contingere rictu
Nil mirum domino conuenit ille suo.
Sic tua nam sontes Laurenti pœna cohercet
Sic referunt abste præmia digna pii.

Ad Lauren.Medicem.

Ad Fontium.M.cccc lxix.xiii.ætatis suæ anno.
Dulce mihi quondam studium fuit, inuida sed me
Pauperras laceros terruit uncta sinus.
Nunc igitur quoniam uates sit fabula uulgi
Esse reor satius cædere temporibus.

Carlo Marsupino.

Carle quid obstrusas sapientum quærere mentes
quid properas tetricos consuluisse senes?
Te decet exactos mordaci claudere uersus
Pumice, delirias & celebrare tuas.
Vt cantata nouo se carmine iactet amica,
Subiiciatq; leues nuda thalia iocos.
Par est nequiria iuuenes gaudere proterua.
Hanc uenus ætatem uendicat ipsa sibi
Si sapis ergo graues procul.o.procul exige chartas.
Non facit ætati musa seuera ruæ.
Vince philetæos molli cum carmine lusus
Inuideat teneris græcia docta modis.
Sic tibi purpurea geminus cum matre cupido
Imponet meritæ myrtea serta Comæ.
Aeternamq; feres super aurea sidera phamam,
quæ tibi post cineres sola superstes erit.

Ad Ponricum.M.cccc.lxxii.

Pontice uis nostro cumulum super addere amori,
Inq; dies fieri semper amabilior.
Vis mihi uel renera iucundior esse puella.
Vis mihi uel geminis carior esse oculis.
Mitte leues numeros, calamo nec parce iocoso
Mitte tuæ testes carmina nequitiæ.
Si facies caro fies mihi carior auro.
Et nitido phœbi sidere fulgidior.
At si non facies uili mihi uilior alga
atque asini fies stercore sordidior.

In Paulum.M.cccc.lxxii.

Quæ tu condideras, damnaui carmina nuper
Nec tua damnaui carmina Paule tamen.
Auctor eras fateor, sed quum sunt edita Paule.
Auctoris non sunt carmina, sed populi.

Antonio

Antonio Beniuenio medico Elegia.M.cccc.lxxii.
Vt sonipes geminas attollit martius aures
Cum raucæ belli signa dedere tubæ.
Sic mihi languenti surgunt in pectore uires,
Ingenii laudas cum monumenta mei,
Et merito,neq; enim tanto sub iudice tutus
Pertimeo uulgi scommata uana rudis.
Nam quoniam stygiam facile est tibi pellere mortẽ
Quam facile inuidiæ frangere colla potes:
Fœlix cui liceat fati peruertere legem
Quem propter cymba stet leuiore charon.
Stamina qui ualeas inuita nectere parca
Atq; animas uacua restituisse colo.
Fœlix grata domus lycio Beniuenia phœbo,
Cui sua concessit munera cuncta deus.
Namq; coronidem tibi cedere iussit apollo,
Iussit & æmonium cedere phylliriden
Ast alius simili frater uirtute recenset
Quæ medicam surgens herba ministret opem.
Tertius aoniis satur ille Hieronymus undis
Ad querulam docto barbiton ore canit.
Bissenos alius modo cum transcenderit annos
Pectore iam canos uincit & ore senes
Cederet huic Thamiras docti certamine cantus
Cederet aurata Calliopea Lyra.
Argumenta etiam logicis miranda figuris
Implicat,& magnum uersat Aristotelem.
Di tibi dent Pyliam longe superare senectam
Antoni,Euboicos & superare dies.
Di tibi dent geminos longum superesse parentes,
Di seruent fratres pignora cara tuos.
Tu modo praecipiti quæ nuper carmina penna
Scripsimus,ingenii munera parua mei.
Excipe meq; tuum memori sub mente reconde
Mutuaq; alternus pectora seruet amor.

Ad Xystum Cardinalem.

Quod dubia incerto uariantur nubila phœbo
Dum petis æthruscos maxime Syste lares.

Quid miraretur sol ipse umbracula fronti
Obiicit,& radios tem peret ipse suos.
Sic te Xyste uidet,sic te non lædit & uno
Tempore,sic geminum perficit officium.
Iure igitur parent homines,cui sidera parent.
Spes hominum prima es primaq; cura deum.

Ad eundem.

Tenderet æthruscam nuper cum Xystus in urbem
Aurea quæ magni signa leonis habet.
Viderat assiduis pallentes solibus herbas,
Et caua limoso flumina sicca sinu.
Viderat,& querulis poscentem uocibus imbres,
Effusas populum congeminare preces.
Ergo salutiferos suspendit in ethere nimbos,
Dum pergit lydas Xystus adire domos.
Inde ubi iam lætum mediæ se se intulit urbi,
Obtulit & thuscis ora serena piis.
Ardua laxato discussit nubila cœlo,
Et liquido arentem nectare pauit humum.
An quisq̃ neget esse deum te Xyste tenentem
Imperium terris,imperiumq; polo.

Ad eundem.

Verba dedi Xysto,decet hæc dare dona poetam,
æra decet Xystum reddere,uerba refert.
Verũ habet ille alios,qui dent sibi uerba,fatemur,
æra tamen qui nunc det,mihi nullus adest.

Ad eundem propter aliquos poetas detractores.

Credebam demens Xystum mihi uerba dedisse,
Fallebar,uates nam mihi uerba dabant.
Nil queror,insanis mos est dare uerba poetis,
Di faciant ne sis Xyste poeta mihi.

Ad eundem.

Dicenti te Xyste deum,si dona dedisses,
Quæ petiit,iam te diceret esse Iouem.

In picturam puellæ quæ in delitiis Lar.Med.est.

Ne dubita picta est,quam cernis uirgo,sed acres,
Hisce oculis flammas eiaculatur amor.
Hisce oculis uocem dedit ars,linguæq; negauit,
Heu fuge,sed nulla est iam fuga,uulnus habes.

Ad Franciſcum Saluiatum.

Quam peto, ſi dederis dulcis ſaluiate ſalutem
O. q̃ conuenient nomina tanta tibi.
Parua peto, dare magna ſoles, da parua petenti
Parua tamen neſcis ſi dare, magna dato.
Parua tibi, ſed magna mihi ſunt iſta, rogamus
De nobis Xyſto hæc dicere uerba uelis.
Eſt iuuenis, te Xyſte colit, ueneratur, amátq;
Spes ſibi tu prima es, Prima q; cura tibi.
Nec malus eſt uates, nec peſſima crimina condit,
Sed nullo hic uates eſt tamen ære grauis.
Hoc ſatis eſt, diuo mandamus cætera Xyſto
Sat bene perſpiciet quid tua uerba petant.

De Domicio & Marſilio.

Audit Marſilius miſſam, miſſam facis illam
Tu domiti, magis eſt religioſus uter.
Quis dubitet? tanto es tu religioſior illo
Quanto audire minus eſt bona q̃ facere.

In Pamphilum.

Mictis uina mihi, mihi Pamphile uina ſuperſunt?
Vis mage quod placeat mictere? micte ſitim.

In Corydonem.

Sum puer exclamas Corydon, ſubigiſq; fateri,
In te reclamat, ſed tua barba, uir es.

In Mobilium.

Innumeræ tibi ſunt Mobili in carmine mendæ,
Atq; ubi ſint quæris, per mare quæris aquam.

De Antonio Tuſco ex temperanti poeta,
Ad Fabianum.

Thuſcus ab Othryſio Fabiane Antonius Orpheo
Hoc differt, homines hic trahit, ille feras,

In Lauren. Medicem.

Ante erat informis laurens tua patria, truncus.
Nunc habet ecce ſuum te tribuente caput.
Nanq; tuis nimia eſt frenata licentia nuper
Legibus, hoc patriæ quis neget eſſe caput.
Cæca fuit quondam tua dicta fluentia, ſed nunc
Cuncta oculis illi te tribuente uidet.

Ocia nanq; piis statuisti dulcia musis,
Quas patriæ ueros dixeris esse oculos.
Consilium dic esse aures, quo consulis illi
Quod fugit insidias te duce, nare ualet.
Cum dederit largas illi tua dextera fruges
Os habet, hoc totum patria corpus alit.
Impensis ductuq; tuo uolaterra repulsas
Accepit leges, hæc sua dextra fuit.
Pene puer, Leuamq; manum, clypeumq; dedisti
Cum tuta a misera seditione fuit.
Præmia certa manent iustos, rata pœna nocentes
Hisce urbem pedibus comprobat ire Solon.
Præterea auratos posito squalore capillos
Compsit, & aurata candida ueste nitet.
Hoc decus educti templorum ad sidera sumptus
Hoc medicæ præstant ardua tecta domus.
Sic patriam gignis laurens, educis, & ornas
Patria sic uero te uocat ore patrem.

In eundem.

Cui tua gesta licet breuibus comprehēdere laurens
Ille breui cœlum claudet & astra manu.

In Philippum fratrem Pictorem.

Conditus hic ego sum picturæ fama Philippus,
Nulli ignota meæ est gratia mira manus.
Artifices potui digitis animare colores,
Sperataq; animos fallere uoce diu.
Ipsa meis stupuit natura expressa figuris,
Meq; suis fassa est artibus esse parem.
Marmoreo tumulo medices Laurentius hic me
Condidit, ante humili puluere tectus eram.

Ad Lauren. extemporaneum Epigramma.

O ego q̄ cupio reducis contingere dextram
Laurenti, & læto dicere lætus aue.
Maxima sed densum capiunt uix atria uulgus
Tota salutantum uocibus aula fremit.
Vndique purpurei medicem pia turba senatus
Stat circum, cunctis celsior ipse patet.

Quid faciã? Accedam? nequeo: uetat inuida turba,
Alloquar? at pauido torpet in ore sonus.
Aspiciam? Licet, hoc toto nam uertice supra est.
Non omne officium turba molesta negas.
Aspice sublimi quem uertice fundit honorem.
Sidereo quantum spargit ab ore iubar.
Quæ reducis facies, lætis q̃ lætus amicis
Respondet nutu, lumine, uoce, manu.
Nil agimus, cupio solitam de more salutem
Dicere, & officium persoluisse meum
Ite mei uersus, Mediciq; hæc dicite nostro,
Angelus hoc mittit Politianus, aue.

Ad eundem.

Inuideo Pisis Laurenti, nec tamen odi,
Ne mihi displiceat, quæ tibi terra placet.

In eundem cum ruri querna corona
Fronte redimitum uiderem ex tẽpore.

Quã bene glandifera cingis tua tempora quercu
Qui ciuem seruas non modo, sed populum

In eundem uotum.

Det tibi Nestoreos Laurenti Iuppiter annos,
Nestoreum quoniam pectus, & ora dedit.

In Lauren. Medicem.

Cum commissa sibi tellus malefida negasset
Semina, & agricolæ falleret herba fidem.
Protinus optatas patriæ tua dextera fruges
Obtulit, & celerem iussit abire famem.
Nec mora, piseis commutas sedibus urbem
Seruatam, & nimio tempore lentus abes.
Heu quid agis? patriæ laurens te redde gementi.
Non facta est donis lætior illa tuis.
Mœsta dolet, malletq; famem perferre priorem,
Quam desiderium patria ferre tui.

In Lauren. Iuliumq; Petri F. Fratres piissimos.

Nec tanta Ebalios tenuit concordia fratres
Nec tanto Atridas fœdere iunxit amor.
Implicuit quanto medicum duo pectora nexu
Mitis amor, concors gratia, pura fides.

Vnum uelle animis,unum est quoq; nolle duobus
Corq; sibi alterna dant,capiuntq; manu.
Esse quid hoc dicam Iuli,& tu maxime laurens
Anne duos una mente calere putem?

In Lauren. Medicem.

Num tibi littorea collectum Anthedone gramen
Diuinum ex templo pectus & ora dedit.
Nil mortale sapis laurens,sed pectore cœlum
Sed cœlum lingua,mente, animoq; refers.
Cum referas cœlum,cœlum tibi præmia fiet.
Tu cito parta tamen præmia sero pete.

In eundem.

Quicquid habet natura tibi,& fortuna dederunt,
Sed tamen hæc superas munera consilio.
Nam sunt illa quidem paucis communia tecum
Maxima consilii gloria tota tua est.
Consilio quid agis,cupiunt imitarier omnes
Laurenti rerum maxime,nemo potest.

In Marsilium.

Mores ingenium,musas,sophiamq; supremam
Vis uno dicam nomine,Marsilius.

In Lauren. Medicem.

Nescio quos media cœli de sede petitos
Luminibus radios suspicor esse tuis.
Nam quotiens oculos in me conuertis amicos
Complector cunctas pectore lætitias.
Tunc faciles subeunt musæ,tunc ipse uidetur
Purus Apollinei sideris esse nitor.
At quotiens oculos à me deflectis amicos
Complector nullas pectore lætitias.
Non faciles subeunt musæ,non ipse uidetur
Purus apollinei sideris esse nitor.
Cur ergo auertis laurenti lumina,redde,
Redde meis quæso lumina luminibus.
Lætitias mihi redde meas,redde inuide musas,
Quas tua mi rapiunt lumina,sed propera.

Ad eundem.

O ego si possem laqueo subducere collum
Et pedicis uinctos explicuisse pedes.

Haud equidem dubitem uolucres superare canẽdo
Quas alit campis unda caystra suis.
At nunc phœbeos inter uelut anser olores,
Agrestem rauco gutture fundo sonum.
Sed facile expediar Medices, si amq; Canorus,
Si modo tu dicas, Politiane ueni.

Ad eundem.

Celsa trium phatis Medices Florentia Pisis,
Inuidet, ut dominam se putet ipsa, redi.

In Gaddium.

Delitias tibi Roma suas, flotentia gaddi,
Datq; suas. O q̃ delitiosus homo es.

In libellum elegiarum Naldi poetæ.

Dum celebrat medicẽ Naldus, dum laudat amicã,
Et pariter gemino raptus amore canit.
Tam lepidum unanimes illi ornauere libellum,
Phœbus, amor, pallas, gratia, musa, fides.

In ædes pub. octo uirorum florentiæ.

Si qua fides scelerum procul. o. procul ite ministri,
Hic uos iustitiæ pœna seuera manet.

In easdem.

Hos etiam cœlo præfert astrea penates,
Non illi in toto est gratior orbe domus.

In Albieram Sismundi stufae
Sponsam fato ímaturo ereptam.

Viuebam, fato sum rapta Albiera, coniunx
Sismundus uitam reddidit en iterum.
Nam faciem & claram cælato marmore formam
Ingenium & mores carmine restituit.

In eandem.

Viua tibi fueram coniunx albiera semper
Cara quidem, nunc sum mortua cara magis.

In eandem.

Debebam uiuens tibi, sed mage rapta, uoluptas
Illa fuit, uerum hæc proxima religio est.

In eandem.

Motte una, geminam sum nacta albiera uitam,
Fama & enim tetras, spiritus astra colit.

Fama olim nunq̃ sed spiritus occidet. Hæc mi
Vita quidem semper uiuet, at ille diu.
In eandem.
Mortalis fueram dum uixi Albiera coniunx
Sismunde, at nunc sum, mortua, facta dea.
In eandem.
Quod tibi uir tenera sum rapta Albiera iuuenta,
Ne geme, cum dulce est uiuere, dulce mori est.
In eandem.
Quid quereris genitor: uiuit tua filia cœlo
Albiera, an ne deam pro genuisse doles.
In Demetrium Cretensem, & Dionysium
Parauisinũ græcorũ uoluminũ impressores.
Qui colls Aonidas, graios quoq; uolue libellos
Namq; illas genuit græcia, non latium.
En parauisinus quanta hos Dionysius arte
Imprimit, en quanto cernitis ingenio.
Te quoq; demetri ponto circunsona Crete
Tanti operis nobis edidit artificem.
Turce quid insultas? Tu græca uolumina perdis
Hi pariunt, hydræ nunc age colla seca.
In Puellam morientem.
Querenti uenerem diu negasti
Sed dum mi totiens pudet negare
Tandem occasio iusta pernegandi
Inuenta est, moreris, uafra es sagaxq;.
Eidem Bernardo Bembo ueneto oratori
Viro undecunq; elegantissimo.
Vt miseros quondam nautas Acheloia siren
In pœnam traxit carmine blandisono.
Sic Bernarde tuo quemuis succendis amore
Seu quid mente agitas, seu geris aut loqueris.
Si causam Veneti tutaris Bembe Senatus
Mox pitho in labris, stat ueneranda tuis.
Seria si tractas credam tractare Mineruam
Si ioca, dat puros gratia nuda sales.
Carmina seu cantas tibi musæ in pectore cantant
Siue taces tacito, ridet in ore lepos.

Si graderis placido non dura modestia uultu
Est comes,& dulcis cum grauitate modus.
Blandus honos uestem furtim componit,ouansq;
Te circum plena ludit amor pharetra,
Fronte decor,sedet ore fides,in pectore candor
Inq; tuis omnes sunt oculis ueneres.
Sic nos deuincis,nec uinctos Bembe relaxas,
Sic te quisquis adit,mox tua philtra bibit.
Frustra ad te florem cylleni ferret Vlysses
Sed pro te optasset linquere uel patriam.

In Panætium.

Tantus amor tuus est in me,tamq; oé paneti
Exemplum ueteris uincis amicitiæ.
Vt tibi collatus iuuenis phocæus horestem
Oderit,& spernat Thesea Pirithous
Sicanium Piladen,credatur fallere Damon
Vixq; bonum frenis Castora frater amet.
Non tu unam pro me mortem,sed mille subires
Pro me sisyphium non fugeres lapidem.
Nunc solum hoc tanto refero mercedis amori
Quod me abste solo uictum in amore puto.

In Iouianum Crassum Menopoliten

Non rara atthææ qđ amem te gloria linguæ
Causa est,non latiæ copia,non solymæ.
Non acre ingenium,non lingua diserta,nec oris
Gratia,nec uersus uena benigna tui,
Sed qđ inest rarus tibi Crasse in pectore candor.
Quem nisi amem rabida tygride natus ero.
Nec te ut amem causa est,hæc me abste cogit amari
Crede mihi pretium est solus amoris amor.

In Simonettam.

Dum pulchra effertur nigro Simonetta pheretro
Blandus & exanimi spirat in ore lepos.
Nactus amor tempus quo non sibi turba caueret,
Iecit ab occlusis mille faces oculis.
Mille animos cœpit uiuentis imagine risus
Ac mortu insultans est mea dixit adhuc

Eſt mea dixit adhuc non dum totam eripis illam
Illa uel exanimis militat ecce mihi.
Dixit,& ingemuit,neq; enim ſatis apta triumphis
Illa puer uidit tempora,Sed lachrymis.

In eandem.

Cum Simonetta decens media iã in morte labaret
Morsilli quidam iam prope dixit adeſt.
Suſtulit illa graues oculos,nec territa dixit
Hanc animam nobis,qui dedit accipiat.
Hactenus & tacuit,repete hic,cuum omne uetuſtas
Nil par huic animo,quod referatur habes.

In eandem.

Hic Simonetta iacet,iacet hic ſimul omnis amorũ
Turba,iacent omnes delitiæ & ueneres.

In Simonettam Iulii eſt ſententia
a` me uerſibus incluſa.

Aſpice ut exiguo capiatur marmore,quicquid
Mortali poſſit a` ſuperis tribui.
Hic Simonetta iacet,cuius mortalia cuncta
Concipere immenſum non poterant animum,
Quam neque mors potuit uiſa exterrere,deumq;
Mox petiit,cui ſe nympha dedit moriens.

In Archeanaſſã,Plato epigrãma e` greco uerſum.

Archeanaſſa mihi meretrix Colophonia nunc eſt.
Cuius & in rugis inſidet acer amor.
Ah miſeri a` prima tetigit quos illa iuuenta
Igne ſuo,medii uos rapuere rogi.

Sapphus Epithaphion ĩ Timadẽ e` græco uerſũ

Timades hic puluis,quæ dulceſante hymeneos
Excepta eſt nigro perſephones thalamo.
Illius heu fato cunctæ de uertice amatam
æquales ferro ſubſecuere comam.

Antipatri in Homerum e` græco uerſum.

Troiam canens Homere flammis erutam.
Vrbes graui liuore ſtantes concutis.

Ad Galeotum principẽ fauentinum.

Cur promiſſa tibi tuus poeta
Non dum præſtiterit rogas:poeta eſt.

In Ptolomæi geographia e graeco.
Si cœlum e terra spectes, cœlum omne uidebis
Si terram e cœlo penitus tibi terra patebit.
Nunc terram penitus cernis, cœlum esse putato.

In Herculem & Antæum e Græco.
Incaluere animis dura certare palæstra
Neptuni quondam filius atq; Iouis,
Nec certamen erant operoso ex ere lebetes
Sed quod uel uitam uel ferat interitum.
Occidit Antæus, Ioue natum uincere fas est
Estq; magistra pales græcia non Libya,

In Niobem Lapidem.
Hoc est sepulchrum intus cadauer non habens,
Hoc est cadauer & sepulchrum non habens,
Sed est idem cadauer & sepulchrum sibi.

In Mabilium Nouatum Insubrem.
Quod uestes oleo geris perunctas
Mucco & puluere sordidas Mabili.
Quod lardum madido fluit capillo
Pleno furfuribusq; uermibusq;
Et cadaueribus pedunculorum
Quod fuligine squalet atra barba
Quam rodunt tineæ, Pulexq; saltans,
Quod muccosa tibi seges pilorum
Extat naribus usq; pulyposis
Qua septem lepores queant latere.
Quod gingiuaq; buxeiq; dentes
Sordent Ploxonio ac putente in ala
Educas olidæ marem capellæ.
Quodq; unguis sanie rubet cruenta
Sæpe ut lucifugam putem esse blactam
Cenæ relliquiasq; pridianæ
Incrementa manus habent uoracis.
His te ex omnibus esse quis poetam
Vatem, fatidicum neget Mabili?
Tales Cecilios fuisse credo
Plautos, Pacuuiosq; Neuiosq;
Aut si quis curium boues sequentem.

Traxit uersibus ulmeum in theatrum.
Cæli numina qđ negas deumq;
Lucreti fuit hoc & Euripidis,
Pædicas,fuit hoc Maronianum
Pædicauit Anacreon Bathyllum
Insanis,colophonius poeta es.
Iam iam phthiriasi scaturiente
Semesus cadis & foraminatis
Membris hoc pherecidæ habes tragædi.
De cunctis maledicis hoc poeta es
Es mendax,leuis,insolens ineptus,
Insulsus,petulans,& his poeta es.
Quid multis moror?Es poeta totus
Possum hoc inditiis probare centum.
Quo uulgus negat esse te poetam.
Id quiddam est minimum neq; adnotandum
Quod uexas miseras subinde chartas
Plenis uersibus inficeciarum.

In eundem Mabilium obicientem Angelo Pol.
Quod neq; curtū carmē,neq; longū sciat cōponere,in quo responso mabiliū ludit qđ curtum & longū impropríe usurparit,simulq; obicit qđ ante penultima producta posuerit mabili

Quod me scire negas uel curtum scribere carmen
Vel longum,fateor solus utrumq; facis.
Nil breue,nil mediū est,longū est,curtū ue Mabili
quicquid habes,quicquid aut geris aut loqueris.
Proximus a' primo tibi pes est tempore curtus
quando expediuit inferis hexametro
Altera curta tibi solea est,curtumq; Mabili
Subligar,erumpunt hinc digiti hinc ueretrum
Siquis forte tuas studeat componere laudes
Vno longus erit hic quoq; uersiculo.
At si quis scribat quot habent tua carmina mendas
Conficiet curtas hic uel hic iliadas.
Quæ semper fellat dicit periuria semper
Longa tibi lingua est,hac cito curtus eris.
Quod uacat est longū caput,atq; enorme Mabili
Iudice

Iudice uel cerebro si qd̄ inest rogita.
Verum alia est aliis sententia, nanq; phrenesis
Conqueritur capitis de breuitate tui,
Qui cerebro tenus id lacerant, curtum esse fatētur,
Tu quoq; mox curto curtus eris capite.
Quanq̄ id carnifices nondum statuere, sed ingens
De te certamen est gladio, & crucibus.
Hoc est qd̄ uultur, qd̄ coruus gestit, & escam
Te fore uterq; sibi præuidet augurio.
Hoc spurci mores, impura hoc uita meretur,
Obscenoq; animus corpore sordidior.
Quid moror his: nam si prolixum singula narrans
In te ego nunc librum scripsero, curtus erit.

In Mabilium minitantem nouum se fulgur Verosq; tonitrus missurum.

Quod fulgur mihi tenouum Mabili
Missurum, & tonitrus minere ueros.
Nil est, nouimus hos neq; esse fictos,
Nam ueros tuus esse odor probauit.

In eundem Mabilium.

Si iam carmina nostra te mabili
Vrgent ad laqueum miser crucemq;
Ne quæso propera mori, tuum ne
Fraudes carnificem suo lucello.
Nanq; est percupidus tui, ac libenter
Is tantum tibi dempserit laboris.
Quid: nostin hominem: negas: at idem est
Aurem qui secuit tibi sinistram.

In mabili inertem maledicentiam.

Ore tibi pauci, sed nulli in carmine dentes,
Cum sint, atq; illi sint putridi & ueteres.
Allatras, ut cum nequeas mordere mabili
Latratu ostendas te tamen esse canem.

In mabilium quod perturbatus respondeat.

Iratus nimium nobis, sed iure mabili,
Vrgeris nostris iam puto carminibus.
Ipse iocor tecum ridens, sed iure mabili,
quis non rideret carmina quæso tua.

In Mabilium responsum.

Quod nasum mihi, quod reflexa colla
Demens obicis, esse utrunq; nostrum
Assertor ueniam uel ipse, nam me
Nil nasutius est, sagaciusq;
In te dum liceat uibrare nasum.
Nam quis te rogo sic inelegantem
Insulsum, illepidum uidens, ineptum,
Versus scribere prorsus infacetos,
Non centum cupiat sibi esse nasos?
Centum rhinocerotas, atque barros
Ronchos, auriculas, ciconiasque
Cum splene & petulantibus cachinnis?
Condas te in putidum licet lupanar
Mergas te in mediis licet cloacis,
Non cedas olida licet latrina,
Quo quo diffugias pauens Mabili,
Nostrum non poteris latere nasum.
Prendam te miser, utq; trux molossus
Frangam dentibus imbecille tergum.
Sed nasus superest tibi Mabili.
Curtus dimidiatus, osseusq;,
In quo pulypus exurit uel ipse,
Quo cimex posuit sibi cubile,
Quo tutas pulices habent latebras,
Qui iam peruius est adusq; frontem,
In quo nidificare uespa possit,
Qui neutro patet indecens hiatu
Clausus sentibus hic quibus, sed ille
Plenus cassibus est araneorum.
Sed quid te cruciat reflexa colla
Si interdum gero, nutu parum uidetur
Si pronos statuis tuos cinædos.
Si pronum statuent miser Mabili
Mox te carnificis manus, uel ut nunc
Pronum te statuunt Mutoniati.
At qui tu resupina colla demens
Post hac desine iam mihi exprobrare

Nam qui pronus obambulas popinas
Spurcatum caput erigas libenter
Si pondus finat herniæ Mabili.

Iambicum Trimetron de domo nuper a Mabilio empta in desertissimo urbis loco qui ad caballum dicitur.

Hæres relictus a parente sordido,
Ille impudicus, temulentus, Aleo,
Spurcus, lutosus, pedecosus, hispidus,
Pannosus, unctus, horridus, caprimulgus,
Edax, ineptus, insolens Mabilius
Vno expatrauit patrimonium die,
Gula helluante, cunnilingis osculis
Vorace culo, & exfututa mentula.
Mox cum super uix quindecim nummi forent
Rebus cauendi iam suis tempus ratus.
Emit lacertis, & colubris hospitam
Domum, rigentem, senticetis, & rubis
Familiarem uulturi, & bubonibus.
In qua solebat turba mendicantum
Longis coactos exuritionibus
Mandare terræ turgidi uentris cibos.
Qua contumaces Aeolus uentos solet
Punire clausos, qua recuset Tantalus
Siticulosam ditis horridi styga
Mutare, & ætnæ centiceps gigas onus.
Nec uendere illam, nec locare si udit.
Donare nec Mabilius cuiq̃ potest.
Mutare dominum domus hæc nescit suum.
Quantum libet Mabilius sit prodigus
Profundatore, pene podice, & manu
Quã nunc sit, esse non potest pauper magis
Fecit lucrum ingens, hanc emens Mabilius.

In uiolas a Venere mea dono acceptas.

Molles o uiolæ ueneris munuscula nostræ
Dulce quibus tanti pignus amoris inest,
Quæ uos: quæ genuit tellus: quo nectare odoras
Sparserunt Zephyri, mollis & aura comas?

Vos ne in Acidaliis aluit uenus aurea campis?
 Vos ne sub Idalio pauit amor nemore?
His ego crediderim citharas ornare Corollis
 Permessi in roseo margine pieridas.
Hoc flore ambrosios incingitur ora Capillos
 Hoc tegit indociles gratia blanda sinus.
Hæc aurora suæ nectit redimicula fronti,
 Cum roseum uerno pandit ab axe diem.
Talibus hesperidum rutilant uiolaria gemmis,
 Floribus his pictum possidet aura nemus.
His distincta pii ludunt per gramina manes.
 Hos fœtus Vernæ Cloridos herba parit.
Felices nimium uiolæ, quas carpserit illa
 Dextera, quæ miserum me mihi subripuit.
Quas roseis digitis formoso admouerit ori
 Illi, unde in me spicula torquet amor.
Forsitan & uobis hæc illinc gratia uenit,
 Tantus honor dominæ spirat ab ore meæ.
Aspice lacteolo blanditur ut illa colore,
 Aspice purpureis ut rubet hæc foliis.
Hic color est dominæ roseo cum dulce pudore
 Pingit lacteolas purpura grata genas.
Quã dulcem labris? q̃ late spirat odorem?
 En uiolæ in uobis ille remansit odor,
O fortunatæ uiolæ, mea uita, meumq;
 Delitium, o animi portus & aura mei.
A uobis saltem uiolæ grata oscula carpam
 Vos auida tangam, terq; quaterq; manu.
Vos lachrymis saciabo meis, quæ mœsta per ora.
 Perq; sinum uiui fluminis instar eunt.
Combibite has lachrymas, quæ lentæ pabula flãmæ
 Sæuus amor nostris exprimit ex oculis.
Viuite perpetuum uiolæ nec solibus æstus
 Nec uos mordaci frigore carpat hyems.
Viuite perpetuum miseri solamen amoris
 O uiolæ o. nostri grata quies animi.
Vos eritis mecum semper, uos semper amabo
 Torquebor pulchra dum misera domina.

Dumq;

Dumq; cupidineæ carpent mea pectora flammæ
Dum mecum stabunt & lachrymæ, & gemitus.
O de dicolos ad Alexan. Curtesium adolescentem bene litteratũ, qui ut Politianũ uideret, Florentiã petierat, cum ille se cõmodum in Casasolanum contulisset.
Nil me iam patula iuuat
Sæuo lœtiferum lumine sirium
Deuitare sub ilice
Exceptum torulo gramineo caput
Bullantem prope riuulum.
Iam sordet tremulo murmure palpitans
Illabens aqua calculis
Longis dauliados garrula questibus
Iam sordent auiaria
Nil blandum est oculis, nil placet auribus
Odi rura, nemusq;
Et uallem, & Zephyros, & gelidos specus
O qui mœnibus inferat
Iam me. o. qui medio sistat in atrio
Vrbani cupidum laris
Curtesi. o. placido qui locet in sinu
Cur mi non teneros datur
Totis uersiculos imbibere auribus
Coram dulciter asperos?
Cur dexteræ cupidam iungere dexteram?
Tu me dulcis amicule?
Tu uisum propera o sæua necessitas.
O cur frangere compedes.
Detrectare mihi cur iuga non licet.
Sed quid fundere iam iuuat
Nequicq̃ ad superos, tot quetimonias.
Sors cuiq; est sua cælitus.
Dependens homini, quin etiam Iouem
Vrget dura necessitas.
Quod parcæ annuerint haud reuocabile est.
In poste cubiculi sui.
Blanda quies habitet, duri procul este labores.

In cubiculo pro·Iul.Saluiato.

Pectoris interpres,genii domus,hospita curis,
Cellula sum domini conscia delitiis.
Hic faciet te Iuno patrem,Cytherea maritum,
Libertas regem,semideumq; sopor.

E græco Theocriti uersum per Ang. Pol·

Pulchra quidẽ nobis haud primis pulchra uidẽtur.

Ex eodem uersum.

Et uanis in basiolis iucunda uoluptas.

Ex Exiodo uersum.

Ipsa dies nunc est genitrix,nunc sæua nouerca.

Ex eodem uersum.

Consilio perit ipse suo consultor iniquus.

In leges extemporale.

In uentum Attæi dicuntur iura draconis
Vera est fama nimis,nil nisi uirus habent.

In Theodorum Gazam.

Heu sacrum caput occubuit Theodorus,& hora
Vna obiere omnes relliquiæ generis.
Nec tamen hoc querimur,nimis est potuisse uideri,
Non erat hic nostro tempore dignus honos.
Hoc dolet heu,quod neutra patri ẽ nũc ligua supstes,
Quæ mittat iustas manibus inferias.

In eundem.

Cum terrã hinc nosset Theodorus & aera & undas,
Iam restant inquit sidera,terra uale.

In somnos.

O mihi quanta datis fallaces gaudia somni,
Inuideo Endymion lamia saxa tibi.
Iam si nil sopor est gelidæ nisi mortis imago,
Omnia mors superat gaudia·uita uale.

Basso.

Basse licet ueterum monimenta reuoluat auorum
Vix quem fama tibi conferat inueniet·
Omnia nam tibi sunt,fuerant quæ singula priscis
Fecisset triplex qualia uix Erilus.
Tu mittis lydos æterna in sæcula fastos,
Tu conferre audes cum Cicerone manum.

Tu

Tu breuibus claudis lasciua Epigrammata chartis,
Et tener exiguos ludis amans elegos.
Idem & pindaricos gaudes recludere fontes
Vt uenusinatibi barbitos astupeat.
Ecce syracusias tentas inflare cicutas,
Non iam hic in siluis Tityrus unus erit.
Iam chaos antiquum primamq; euoluere molem
Incipis,& grandi protinus ore tonas.
Iam Maro te torua respectat fronte, secundum
Iam pauet,& sceptris gloria prisca suis.
Vtq; intret biferi si uirgo rosaria pæsti
Quam primo carpat uix sciat illa rosam.
Sic tot fama tuæ cernens miracula laudis
Palmam cui primum deferat,in dubio est.

Eidem.

Carmina cum basso deberem,carmina misi,
Rettulit ille meis carmina carminibus.
Qualia sub densis uolucris nec Daulias umbris
Eridani in ripis,nec canit albus olor.
Sic sua cum Lycio donasset Aheneaglauco
Aurea Tydides rettulit arma domum.

In Argum.

Quid tibi uis gelidos seruans uigil Arge liquores,
Quid nitidum ad fontem ferre gradum prohibes?
Obscœnos hinc pelle sues armenta,forasq;.
Non peto membra istis fontibus abluere.
Non lymphas turbare paro,Da tinguere fauces
Exiguo liceat rore leuare sitim.
Hostibus hoc Langia dedit, potumq; uetantes
Ruricolæ in nigro gurgite nunc saliunt.
Quicquid adest æstas?quicquid sitis ipse uolensq;
Supplicio infelix tantaleo frueris?
Ista quidem diues,sed non est uena perennis
Iam custoditas perhibet æstus aquas.
Quod serues nil postmodo erit,q̄d inepte moraris.
Vnda perit,Bibe tu,uel sine quæso Bibam.

In Mabilium Epitaphion.

Flecte uiator iter,fetet nam putre Mabili

Hac fouea corpus conditur,atq; animus.

In Lalagen.

Lætior ut Ceruus protracto naribus angui
Exuit annoſo cornua cum ſenio.
Aurea callaicis ut nuper dempta caminis
Lamna repercuſſo dulcius igne tremit.
Pulchrior Eois ut Phoſphorus emicat undis
Phoſphorus Idaliæ fax adamata deæ.
Sic mea frigidulo nuper langore ſoluta
Purpureo Lalage fulgurat ore magis.
Aſpice ſydereis ut blandum arridet ocellis
Vtq; ſub bis geminam lampada quaſſat amor.
Aureoli ut ludunt per lactea colla capilli
Quantus in explicita fronte ſuperbit honos.
Quã non mortalem ſe fert?quæ hæc ora manuſq;?
O ſuperi,Anne Iouis dignior ulla thoro?
Nunc lachrymæ,nunc ipſa iuuant ſuſpiria,Sed tu
Quã mage formoſa es,tam mage mitis ades.
Omnibus ante aliis,nunc te quoq; pulchrior ipſa es
Deq; auida uolucer febre triumphat amor.
Sed tu ne poſt hac per tanta pericula formam,
Quæſieris,metam contigit illa ſuam.
Pulchrior eſſe nequis,uel ſi potes,æquius eſt te
Iam Lalage noſtris parcere luminibus.
Vix te,uix talem ferimus,quod ſi auxeris illam
Fiam ego,qui nunc ſum,nil niſi flamma,Cinis.

Ad Laurentiũ pro ſacerdotio accepto in templo diui Pauli cum adhuc ſub iudice lis eſſet.

Gratatur Laurens uenienti nuper in urbem
Quantum hominum tota uiuit in urbe mihi.
Atq; omnis taceam,ſtudium quos copulat,aut tu
quoſq; uetus nobis uinxit amicitia.
Caupo,Auceps,Lanius,Piſtor,Cocus,Inſtitor urgẽt,
Hinc me unguit tactu fartor,at inde cocus.
Hic me ueſte trahit,hinc baſior,inde ſalutor,
Occurro his uultu,lumine,uoce,manu.
Gratamur Paulũ quod habes,uox omnibus hæc eſt
Non habeo Paulum dico.quid ergo?nihil.

In floram.

Plectron habet citharæ mea flora,& plectron amoris
Hoc mentem plectro percutit,hoc citharam.
Ah miserum,ficui dura eft, fiquem afpicit illa,
Alter is Anchifes,alter Adonis erit.

In inuidum.

Carpit libellos inuidus meos quidam,
Gibber,Pufillus,Crifpulus,Macer,Blæfus,
Meos libellos,meq; (fi libet) carpar,
Et calcet,& conmingar,hæc feram cuncta,
Dum nec libellos inuidus meos ifte
Gibber,Pufillus,Crifpulus,Macer,Blæfus,
Nec me aufit unq̃ bafiare cur fellar.

In equum Laurentii Medicis.

Et uolucrem & Zephyros curfu præuertitur ipfos
Quem tibi mifit equum barbara Laure nomas.
Cefferit huic pauidas fubmictens pegafus alas
Iamq; deo parens Cyllarus Oebalidæ.
Hunc aut carceribus,aut meta cernere in ipfa
Laure licet,medio non licet in ftadio.

Domitii epitaphion.

Hunc Domiti ficcis tumulus qui tranfit ocellis,
Vel phœbo ignarus,uel male gratus homo eft.
Intulit hic uatum cæcis pia lumina chartis,
Obftrufum ad mufas,hic patefecit iter.
Hunc Verona tulit,docti patria illa Catulli,
Huic letum atq; urnam Roma dedit iuueni.

Donati Azaroli.

Donatus nomen,patria eft florentia,gens mi
Azarola domus,Clarus eram eloquio.
Francorũ ad Regem,patriæ dum orator abirem
In ducis Anguigeri mœnibus occubui.
Sic uitam impendi patriæ,quæ me inde relatum
Inter maiorum nunc cineres fepelit.

Campani.

Ille ego Laurigeros cui cinxit & infula crines
Campanus,Romæ delitium hic iaceo.
Mi ioca dictarunt charites,nigro Sale Momus

Mercurius,niueo tinxit utroq; uenus
Mi ioca,mi risus,placuit mihi uterq; cupido
Si me fles,procul hinc quæso uiator abi.

Ange.Pol.Laurentio Medici patrono suo.Salu.

Qua ode gentilem nostrum nuper sum consolatus eandem quoq; ad te mictendam statui.Visa est.n.mihi res,quæ nõ minus ad te q̃ ad eum atq; ad me ipsum ptineret.Oĩa collegi quæ cõmunem hunc nostrũ dolorem,& si minus tollere leuare,pculdubio aliqua ex parte possint.Tu cum tot uideas tuæ saluti tam diligenter inuigilare,potes admoneri,q̃ tibi necesse sit,magni teipsum facere,neq; tuam hoc est publicã totius (ita me deus amet) Italiæ saluté neglectã pati.Lege & Vale.

Ad Gentilem episcopum Ode dicolos.

Gentiles animi maxima pars mei
Communi nimium forte quid angeris?
Quid curis animum lugubribus teris
Et me discrucias simul.
Passi digna quidem perpetuo sumus
Luctu,quis mediis(heu miseri)sacris
Illum,illum iuuenem uidimus.o.nephas
Stratum sacrilega manu.
At sunt attonito quæ date pectori
Solamen ualeant plurima,nam super
Est,qui uel gremio creuerit in tuo
Laurens Etruriæ caput.
Laurens quem patriæ cælicolum pater
Tutum terrifica gorgone præstitit.
Quem tuscus pariter,quem uenetus leo
Seruant & draco peruigil.
Illi bellipotens excubat Hercules
Illi fatiferis militat arcubus
Illi mictit equos Francia martios
Felix francia regibus.
Circumstat populus murmure dissono
Circumstat iuuenem purpurei patres
Causa uincimus & robore militum
Hac stat Iuppiter,hac fauet.
Quare o cum misera quid tibi Nenia
Si nil proficimus,quin potius grauis
Abster

Absterfisse bono,lætitiæ die
Audes nubila pectoris.
Nam cum iam gelidos umbra reliquerit
Artus,non dolor hanc perpetuus retro,
Mordaces ue trahunt sollicitudines
Mentis curaq; peruicax.

In amicam.

Allicis,expellis,sequeris,fugis,es pia,&es trux
Me uis,me non uis,me crucias,&amas.
Promittis,promissa negas,spem mi eripis,& das.
Iam iam ego uel sortem Tantale malo tuam.
Durum ferre sitim circum salientibus undis.
Durius in medio nectare ferre sitim.

In Domitium.Scazon.

Asta uiator,puluerem uides sacrum
Quem uerticosi turbat unda benaci
Hoc mutat ipsum sæpe musa libethron
Fontemq; Sisyphi,ac uireta permessi,
Quippe hoc Domitius uagũr solo primum
Ille ille doctus,ille quem probe nosti
Dictata dantem Romulæ iuuentuti,
Mira eruentem sensa de penu uatum.
Abi uiator,sat tuis oculis debes.

Ad Franciscum dictichon.

Scripsit in inuidiam quidam Francisce poeta
Tam bene,tam docte,nullus ut inuideat.

In amorem arantem ex græco moschi.

Peram humeris habilem,posito nunc induit arcu
Et posita baculum,lampade sumpsit amor.
Subq; iugum missos stimulo citat ecce iuuencos
Im probus,& cultæ semina mandat humo.
Suspiciensq; polos,imple inquit Iuppiter arua
Ne cogam Europæ te iuga ferre bouem.

Innocentio Pontifi.Max.

Si quod archanis helycon sub umbris
Carmen intactum fidibus priorum
Parturit,saxis iterum audiendum
Arboribusq;,

Quale nec triplex achelois ausa est
Cantibus uirgo residens marinis
Nec puer phœbi ciconum remoto
Dicere in antro.
Illud attritas repetita chordas
Barbitos docto moduletur arcu
Dulcis interpres animi, piæq;
Conscia mentis.
Nanq; te rerum caput innocenti
Turpe uulgato cecinisse plectro est
Cuius aurata triplices refulgent
Fronte coronæ.
Roma cui paret, dominusq; thybris
Qui uicem summi geris hic tonantis
Qui potes magnum reserare, & idem
Claudere cœlum.
Blanda cui uultu grauitas sereno
Ridet inuisos, abigitq; fastus
Mitis & celsi radios potestas
Temperat oris.
Sponte sublatos uerecunda fasces
Deprimit uirtus, apicata tristi
Nube maiestas caret, & decoro est
Splendida cultu.
Ergo formosam redit in iuuentam
Seq; iam lætos parat ad triumphos
Roma, septenos hilarata colles
Præside tanto.
Vrbsq; quæ phryxi speculatur undas
Exuet fæuas propere catenas
Ac suas nobis opulenta palmas
Mittet idume.
Quippe concordes animos, manusq;
Deuouent reges tibi, seq; ad arma
Concitat turci sitiens cruoris
Vesper & arctos.
Scilicet tales meditatus annos
Iuppiter fesso comes it parenti
Quo

Quo tibi fœlix simul adque faustum
Proroget æuum.

In fontem ungari regis.

Vsque fluentina uectum est hoc marmor ab urbe
Mathiæ ut regi largior unda fluat.

In eundem.

Thusca manus,thuscũ marmor,rex ungarus auctor
Aureus hoc ister surgere fonte uelit.

In Ciccham Senensem.

Mnemosyne audito senensis carmine Cicchæ
Quando inquit decima est nata puella mihi.

In fontem Laur. medicis ambram.

Vt lasciua suo furtim daret oscula lauro
Ipsa sibi occultas repperit ambra uias.

In eundem.

Traxit amatrices hæc usque ad limina nymphas
Dum iactat laurum sæpius ambra suum.

Ad Laur. me. Iunioré epistola pené extéporanea.

Quæ petis omnifera Laurenti dulcis ab ambra
Carmina,præposita mitto salute tibi.
Ille domi uestræ tenero nutritus ab ungui
Sed tuus ante omnis Politianus amor.
Si quid agam quæris,ualeo,rurisq; benigni
Secessu gaudens ocia lenta tero.
Et modo pascentes speculor de colle iuuencas
Nunc repeto ductus prosilientis aquæ.
Iactaq; magnificæ miror fundamina uillæ.
Sæpe fruor studio,uersiculisq; meis.
Aut ego florentem moneo,ne cesset alumnum
Ardua pieridum per iuga ferre gradus.
Aut uarios cantu procul alliciente uolucres
Captamus uiridi tectus uterq; casa.
Te tamen absentem mea mens,oculiq; requirunt.
Et desiderio torqueor usque tui.
Nam puerũ iuuenis(potes hoc meminisse)colebã
Qui nunc te iuuenem,uir quoq; factus amo.
Indolis istius iam tum præsagia uidi,
Scilicet & uatem uera monebat auis.

Viderat hæc eadem pueri cognomine gaudens.
Publica res, uno quo stabilita manet.
Cum sibi te comitem lugubria patris habentem,
Seu pede ducebat, siue iter esset equo.
Exemploq; sui studium probitatis alebat
Ne labes annos tangeret ulla rudes.
Ergo a` se factis fruitur quoq; moribus auctor
Iudicioque sibi iam placet ipse suo.
Quare aut pontificem magnis de rebus adire,
Atque galeritos te iubet ille patres.
Aut sua dat gallo regi mandata referre.
Imponitq; humeris pondera tanta tuis.
Nam tibi nec grauitas, nec amica gratia frontis.
Nec deest proceri uerticis altus honor.
Ingeniumq; capax, & par ciuilibus actis
Quæq; animi largas lingua ministret opes.
Iudice cum facias & Apolline carmina primus
Prima fauore tamen nostra Thalia tuo est.
Vtque lygustra nouo superas candore, niuemq;
Præfers carminibus carmina nostra tuis.
Neue meæ pereant cura est tua maxima nugæ.
Cogis & inuito me patre ferre diem.
Neue nihil scribam, blande noua carmina poscis,
Officioq; foues qualiacunq; pio.
Et nunc quæ magnum longe testentur amorem
Scripta repentino fusa calore damus,
Non ut ab his nostrum censeri debeat orsis
Ingenium summa deficiente manu.
Sed tamen ut studium uatis tibi constet amici
Lapsa putes animo nec tua dicta meo.

En tibi quam flagitabas elegiam pene illã quidẽ extẽporaneã, siquidẽ mane dũ se rei diuinæ sacerdos parat ĩchoatã absolui, dein post meridiẽ dũ rediẽs carrucæ adequito. Quod etiã unũ, stilus quoq; ipse satis supq; ꝓbabit uale dulce decus meum.

Ode M.cccclxxxvii.

Iam cornu grauidus præcipitem parat
Afflatus subitis frigoribus fugam
Autumnus pater, & deciduas sinu.

Frondes excipit arborum.
Cantant emeritis Bacche laboribus
Te nunc agricolæ, sed male sobrios
Vento sæ querulo murmure tibiæ.
Saltatu subigunt frui.
Nos anni rediens orbita sub iugum
Musarum reuocat dulce ferentibus
Porrectisque monent sidera noctibus
Carpamus uolucrem diem.
I. mecum docilis turba biuerticis
Parnassi rapidis per iuga passibus,
Expers quo senii nos uocat, & rogi.
Consors gloria cælitum.
Nam me seu comitem, seu iuuenes ducem
Malitis, uenio, (nec labor auferet)
Quærentem tetricæ difficili gradu.
Virtutis penetralia.

In quendam.

Hunc quem uidetis ire fastoso gradu
Seruis tumentem publicis.
Vel hinniente per forum uehi capax
Equo, quod omnes despuant.
Turbam superbo præterit fastidio
Qui ciuium stomachantium.
Grauiq; cunctos ora torquentes retro
Despectat insolentia.
Intraq; tutum mœnibus pomerium
Agros patentes possidet.
Villamq; diues publico peculio
Insanus urbanam struit.
Vbi ocietur inter obscœnas lupas
Ne turpiora dixerim.
Vbi ampla pergræcetur inter pocula.
Senex podagra rancidus.
Hunc uos putatis stirpe forsan inclyta
Virtutis aut insignibus.
Ad hoc uolasse protinus fastigium
Falsum putatis hospites.

Molas hic inter natus est aquaticas.
Gratus sodalis muribus.
Nigris sodalem muribus
Fortuna ludens furfuris plenum tulit
Ad usque supremos gradus.
Mostrare gaudens arroget quantum sibi
mortalis impudentia.
Ergo iste tantis arduus suffragiis
nunc immemor natalium.
Vt quenq; longo stemmate clarum uidet
Aut dote rara nobilem.
Tristi ueneno spargit & rodit statim
Rubiginosis dentibus.
Non ipse se, fortuna non ipsum capit
Aura fauoris ebrium.
Sic culmen altum lubrico premens pede
Ventisq; turbidis patens.
Casurus usque nutat, & iam iam cadet
Sed non gradatim scilicet.

In inuidum carmen.

Quisquis es obscuro uatem qui dente lacessis
Maiorem tristi degener inuidia.
Vsque late lucemq; paue, blactarius auctor
Liuidior græcis, barbariorq; tuis.
Quosque fames, o picis ad nos emisit athenis
Hos audi, gens est, auribus apta midæ.

.D. Anli. Puella.

Puella delicatior
Lepusculo, & cuniculo,
Cœaque tela mollior,
Anserculiq; plumula.
Puella qua lasciuior
Nec uernus est passerculus,
Nec uirginis blande sinu
Scûirus usque lusitans. *scîurus.*
Puella longe dulcior
Quam mel sit hyblæ, aut saccarum
Ceu lac coactum candida

Vel Lilium, uel prima nix.
Puella cuius non comas,
Lyæus æquaret puer,
Non pastor ille Amphrisius
Amore mercenarius,
Comas decenter pendulas,
Vtroq; frontis margine,
Nodis decenter aureis,
Nexas, decenter pinnulis
Ludentium cupidinum
Subuentilantibus uagas,
Quas mille crispant annuli,
Quas ros, odorq; myrrheus
Commendat, atque recreat.
Puella cuius duplices
Sub fronte amica fulgurant,
Amoris arcani faces,
Quas contueri non queo,
Nec stare contra, uel procul
Quin occuper flamma graui,
Miser miser, quæ mollibus
Furtim medullis adsilit.
Non non ocellus hospites
Ille est, & ille, sed faces,
Faces amoris igneæ.
Quas læta suscitat uenus.
Quas blanda pascit gratia.
Quid narium dulcem modum.
Vel quid genarum leuium
Dicam rosam cum lilio?
Labella quid coralliis
Rubore prænitentia,
Tam sæpe tam longum mihi
Mordente pressa basio.
Quid margaritas dentium
Præcandidorum proloquar.
Linguam perplexabilem,

Vtcunq; iuncto hanelitu
Amanti amantem copulans
Festinat ad calcem uenus,
Cum suaue olentem spiritum
Semiulca sugunt oscula,
Lenocinante gaudio.
Subinde murmurantia,
Mentum ue quid tornatile?
Gulamq; teretem,& lacteam,
Et quæ lacertis milies,
Vt arbor hedera incingitur
Incincta ceruix est meis.
Nam quæ tibi mamillulæ
Stant floridæ,& protuberant
Sororientes primulum.
Ceu mala punica arduæ
Quas ore toto presseram,
Manuq; contrectaueram.
Quem non amore allexerint?
Cui non Asilum immiserint?
Quem non furore incenderint?
O qui lacerti, quæ manus?
Quos Iuno, quas aurora habet,
O quale pectus,&latus,
O uenter. o crus o femur,
O qui Thetim decent pedes,
Pedes choreis nobiles,
Saltatibus mirabiles.
Statu, gradu spectabiles,
O uerba iucundissima,
Tam nequiter ludentia,
Arguta, plena aculeis,
Decore, suauitudine.
Dicacitate gratia.
O carminum dulces notæ
Quas ore pulchra melleo
Fundis, lyræq; succinis.

Vt non Thalia blandius
Non ipse Apollo doctius
Feras canendo mulceant,
Fluenta uertant in caput,
Et saxa cum siluis trahant.
O cuncta salsa,& dulcia
Festiua læta,& mollia,
Referta amœnitatibus,
Amoribus lubentia,
Proteruitate lusibus,
Risu, ioco, Leporibus.
O quicquid est pulchrum & decet
Puella sola continens.
O præpotens cultu nimis,
Nimisq; non culta placens,
Quis te deus mihi inuidet?
Quæ te mihi fors eripit?
Quo te repente proripis?
Quo,quo fugis Bellissima,
Risu serenans æthera,
Heu mea uoluptas,mel meum,
Meum puella Corculum
Mihiq; longe carior.
Auro,lapillis,purpura
Ac nec lapillis carior
Auroq; solum,& purpura
Sed spiritu mi carior
Sed carior mi sanguine.
Memento tu tamen precor
Memento formosissima
Amoris,atque compedum
Quas a tenellis unguibus,
Mecum tibi circundedit
Heu lachrymis amantium,Heu
Suspiriis ridens uenus.

De se ipso semper amante

Sex ego cũ plena pago tneteride lustra
Nec placet in speculo,iam mea forma mihi.

Nec responsurum spes improba fingit amorem
Blanditiisq; leuem suspicor esse fidem.
Cum tamen hæc ita sint, capior miser illice uultu,
Et nunq̃ a dura compede soluor amans.
Iam iam militia nostræ contenta iuuentæ
Desinat, aut cæston commodet alma uenus.

De Alcone & serpente.

Vidit ut implicitum puero pater anxius anguem
Intendit dubia cornua flexa manu.
Inq; feræ fauces calamum sic torsit, ut audax
Terruerit natum non minus angue senex.
Sed nunq̃ pius errat amor, puer hoste perempto
Saluus erat. stupuit morte direpta salus.
Victor ab hac pharetram quercu suspendit & arcũ
Fortunæ atq; artis, quæ monumenta suæ.

In Puellam.

Nix ipsa es uirgo, & niue ludis, lude, sed ante
Quã pereat candor, fac rigor ut pereat

Ad fures.

Ite aliò fures, nulla hic occasio lucri
Nam fida est custos addita pauperies.

Ad hirundinẽ nidificantem sub medeæ statua.

Medeæ statua est misella hirundo.
Sub qua nidificas, tuos ne credas
Huic natos rogo, quæ suos necauit.

De lectulo meretricio è lucretio.

Vnius effugitorum,
Vt omnium fierem torus.

De lauro securi cæsa

Cum mars daphne se miscuit
Apollo tunc ubi fuit.

Distichon.

Spem simul & nemesin posita dicat Eunus in ara
Scilicet ut speres omnia, nil habeas.

In oleam uitibus implicatam.

Quid me implicatis palmites
Plantam Mineruæ, non Bromii
Procul racemos tollite

Ne uirgo dicar ebria.

Epitaphium.

Stirpe fui,forma,natoq;,opibusq;,uiroq;
Felix,ingenio,moribus,atq;animo.
Sed cum alter partus iam nuptæ ageretur,&annus
Heu nondum nata cum sobole interii.
Tristius ut caderem tantum mihi parca bonorum
Ostendit potius,perfida q̃ tribuit.

Ioannæ Albitiæ uxori incomparabili
Laurentius Tornabonus.
POS. B. M.

In fonte baptismatis florentiæ.

Quicquid ab antiqua manauit origine morbi
Purgahunt istæ (si modo credis) aquæ.

In Michaelem Verinum.

Verinus Michael florentibus occidit annis,
Moribus ambiguum maior,an ingenio.
Disticha composuit docto miranda parenti.
Quæ claudunt giro grandia sensa breui.
Sola uenus poterat lento succurrere morbo.
Ne se pollueret maluit ille mori.
Sic iacet heu patri dolor,& decus.unde iuuentus
Exemplum,uates materiam capiant.

In Daphnen.

Complexus uirides frondosæ uirginis artus,
Sic quoq; mutata dixit Apollo fruar.
Vtq; nouas gustu bacchas temptauit,eandem
Hei mihi seruat at nunc quoq; amaritiem.

Præfatio in Menechmos.

Heus heus tacete sultis uos,ego ut loquar
Nam nostra conducta est huc lingua,uestri oculi.
Vos spectare decet,Nos loqui,& fabulam agere,
Alioqui,capite ipsi hunc ornatum scœnicum.
Atq; exporgite lumbos,tum nos sessum ibimus.
Spectabimusq; uos taciti,aut ridebimus,
Aut si actio frigebit,dormitabimus.
Comœdiam Menechmos acturi sumus
Lepidam,& iocosam,& elegantem,ut nihil supra

Sed mendosa alicubi tamen culpa temporum.
Inerunt in ea nonnulla ne nobis quidem
Satis intellecta, sed hæc erunt pauca admodum.
Quæ si minus placebunt auribus, expuite,
Aut deuorate ceu soletis catapotia.
Romanus est hic sermo Romani sales,
Nihil inuenustum, aut ineptum, & græculum,
Quale solent nugari molitores cæteri,
Quorum nec ullis uersibus comœdiæ
Nec argumento constant perplexabili,
Nec quicq̃ habent comœdiæ præter titulos
Non ipse secum congruunt, nec adest fides
Rebus agundis, ac nec personis indoles,
Tantumq; siquid furtiuum est, in eis placet
Quippe alienis insidiantur laboribus.
Facient profecto maiora operæpretia, nunc
Longe adulescentes isti siquidem insueuerint
Puro sermoni Romæ urbis uernaculo.
Quá si magistris freti triuialibus,
Linguas tenellas polluant stribiligine
Siquidem ita traditum est à laudatis uiris.
Latine uellent etiam si musæ loqui
Nullis usuras nisi Plautinis uocibus.
Quod si qui clamitent, nos facere histrionicam
Atq; id reprehendant, minime diffitebimur.
Dum nos sciant disciplinam antiquam sequi.
Et-n. formando comœdo ueteres dabant
Pueros ingenuos, actionem ut discerent.
Sed qui nos damnant histriones sunt maxumi.
Nam curios simulant, uiuunt bacchanalia.
Hi sunt præcipue quidam clamosi, leues,
Cucullati, lignipedes, cincti funibus,
Superciliosum incuruiceruicum pecus,
Qui quod ab aliis habitu, & cultu dissentiunt.
Tristesq; uultu uendunt sanctimonias,
Censuram sibi quandam, & tyrannidé occupant,
Pauidamq; plebem territant minaciis,
Sed iam ualete spectatores, & gregi

Fauete

Fauete nostro, uobis quod uortat bene.
Recitata Florentiæ.

In Anum.

Huc huc iambi Arripite mi iam mordicus
Anum hanc furenti percitam libidine,
Tentiginosam, catulientem, spurcidam
Grauedinosam, uietam, olentem, rancidam,
Cadauerosam, fronte rugosa, coma
Cana, atq; rara, depilatis palpebris
Glabro supercilio, labellis defluentibus,
Oculis rubentibus, genis lachrymantibus,
Edentulamq; (ni duo nigri & sordidi
Dentes supersint), auriculis exanguibus,
Flaccisq;, mucco naribus stillantibus,
Rictu saliua undante, tetro hanelitu
Mammis senecta putridis, prægrandibus
Araneosis, deciduis, inanibus.
Laxoq; uentre dissipato & fixili.
Cunno ulceroso uerminante podice,
Natibusq; macris, aridis & osseis.
Vtroq; sicco crure, utroq; bracchio,
Talo genuq; utroq; procul extantibus,
Calcaneoq; pernionibus graui,
Vt nil sit aspernabilius, nil tetrius
Monstrosiusq;, aut nauseabundum magis.
Quam pistor olim, caupo, calo, baiulus,
Et institores, & lanius, & carnifex,
Et muliones permolebant, & Coci.
Ceu prostitutam & sellulariam meram.
Nunc nemo iam uult uisere, nemo colloqui.
Fastidit unusquisq;, & habet ludibrio
Anum subante perditam prurigine,
Sed audet impudens tamen, audet impudens
Procax, proterua, nec iam anus, sed mortua
Vtcunq; prurit (prurit autem iugiter)
Se postulare, ut comprimam, sibi ut arrigam
Quasi ipse uerres, quasi asinus sim, uel canis.

Abi hinc, Abi anus in maximam malam crucem
Abi scelesta obscœna siue uera anus,
Seu terriculum es, seu larua bustuaria.
Nam si optio mi detur, edepol magis
Scrofam futuam q̃ te, uel asinam, uel canem.

Hymnus.
O uirgo prudentissima
Quam cœlo missus Gabriel
Supremi regis nuntius
Plenam testatur gratia.
Cuius deuota humilitas
Gemmis ornata fulgidis
Fidentis conscientiæ
Amore deum rapuit.
Te sponsam factor omnium
Te matrem dei filius.
Te uocat habitaculum
Suum beatus spiritus.
Per te de tetro carcere
Antiqui patres exeunt.
Per te nobis astriferæ
Panduntur aulæ limina.
Tu stellis comam cingeris
Tu lunam premis pedibus
Te sole amictam candido
Chori stupent angelici.
Tu stella maris diceris
Quæ nobis inter scopulos
Inter obscuros turbines
Portum salutis indicas.
Audi uirgo puerpera
Et sola mater integra.
Audi precantes quesimus
Tuos Maria seruulos.
Repelle mentis tenebras.
Disrumpe cordis glaciem.

Nos sub tuum præsidium
Confugientes protege.
Da nobis in proposito
Sancto perseuerantiam
Ne noster aduersarius
In te sperantes superet.
Sed & cunctis fidelibus
Qui tuum templum uisitant
Benigna mater dexteram
Da cœlestis auxilii. Amen.

Alius Hymnus eiusdem.

Ecce Ancilla domini
Quam pater ipse omnipotens
Elegit ante secula
Quietum tabernaculum.
Ecce cui sacras nuptias
Fortis indixit Angelus
Ecce quam sanctus spiritus
Alto repleuit numine.
Ecce uirgo concipiens
Intacta dei genitrix
Ecce Iessea uirgula
De qua flos pulcher emicat.
Huc, huc omnes accurrite
Emanuelem uisere
Quem iacentem præsepio
Bos adorant & Asinus.
Cuius natali iubilant
Celsi Regis exercitus
Et magnum nocte gaudium
Adnuntiant pastoribus.
Videte stellam præuiam
Sanctis Eois Regibus
Qui uagienti domino
Aurum, Myrrham, Thus, offerunt.
Heu iam tenellum sanguinem
Fundit ex lege ueteri

Dum Symeonis gremio
Desideratus incubat.
Videte matrem uirginem
Herodis metu pauidam
Latentem cum filiolo
Aegypti regionibus.
Cernite mox sollicitam
Dum puer templo disputat
Cernite rursus hilarem
Dum sacras replet hydrias.
Spectate miserabilem
De cruce nati pendulam
Commendatam discipulo
Cor seuo fixam gladio.
Videte tandem radiis
Magna uincentem sidera
Vndantem plena gratia
Splendentem clara gloria.
Regina cœli maxima
Sanctissima pulcherrima
Sustenta tuos seruulos
Defende tuum populum. Amen.

Herodianus latinitate a Politiano donatus in laudem traductoris sui canit, Endecasyllabũ.

Qui me transposuit Politianus
Verbis omnia reddidit latinis
Pulchro sensa reuestiens nitore
Mirum, transtulit atticos lepores
Contextu numeroq; blandiori
Romanus (iuuat hoc) recens amictus
Concinna speciem ferens ab arte
Nobis conciliat patentiori
Gentes quæ latium sonant in orbe,
Vt posthac mihi latius uagari,
In plures liceat manus uenite,
Felix historiæ fides renatæ
Felix ex oriente luce tanta

Epigrammatum

Olim publica res latina surget.
Iam debes studiosa turba plausus
Laudis munere gratiam referto
Aeger desinat utiles malignis
Liuor carpere dentibus labores.

Epitaphion Iocti Pictoris.

Ille ego sum, per qué pictura extincta reuixit,
Cui q̃ recta manus, tam fuit & facilis,
Naturæ deerat nostræ quod defuit arti,
Plus licuit nulli pingere, nec melius.
Miraris turré egregio sacro ære sonantem
Hæc quoq; de modulo creuit ad astra meo.
Deniq; sum Ioctus, quid opus fuit illa referre.
Hoc nomen longi carminis instar erat.
OB. AN. M.ccc.xxxvi. CIVES. POS.
B.M. M.cccc.lxxxx. Florentiæ.
In templo Diuæ reparatæ.

Intonata per Arrighum Isac.

Quis dabit capiti meo
Aquam quis oculis meis
Fontem lachrymarum dabit.
Vt nocte fleam,
Vt luce fleam,
Sic turtur uiduus solet,
Sic cygnus moriens solet,
Sic lucina conqueri.
Heu miser, Miser.
O dolor, dolor,
Laurus impetu fulminis.
Illa illa iacet subito
Laurus omnium celebris
Musarum choris
Nympharum choris.
Sub cuius patula coma
Et phœbi lyra blandius.
Et uox dulcius insonat.

Nunc muta omnia
Nunc surda omnia
Quis dabit & cætera. Et repetitur usq; ad uersi-
culum, O dolor. dolor. & cætera.

Amor fugitiuus e græco Moschi.

Cum uenus intento natum clamore uocaret
Si quisquã in triuiis errantem uidit amorem.
Hic fugitiuus ait meus est. pretium feret index
Basiolum ueneris. quod si ad me duxeris illum.
Non simplex dabo basiolum, plus hospes habebis.
Insignis puer est, at totam cognosce figuram.
Corpore nõ niueus, uerum ignem imitatur, ocelli
Acres, flammeoli, mala mens, suauissima uerba.
Quod loquitur nõ sentit idem, uox mellea, sed cũ
Ira inflammatur, tum mens illi effera, fallax.
Fraudator, mendax, ludit crudele puellus.
Crispulus est olli uertex, facies q; proterua.
Exiguæq; manus. procul autem spicula torquet.
Torquet in umbriferũq; Acheronta, & regna silẽtũ.
Membra quidem nudus, mentem uelatus, auisq;
More citans pennas, nunc hos, nũc aduolat illos.
Sæpe uiri pressans præcordia, sæpe puellæ.
Arcũ habet exiguum, super arcu imposta sagitta est.
Parua sagitta quidem, sed cœlum fertur adusq;.
Parua pharetra olli dependet & aurea tergo.
Sunt & amari intus calami, quibus ille proteruus
Me quoq; sæpe ferit matrem, sunt omnia sæua,
Omnia, seq; ipsum multo quoq; sæuius angit.
Paruula fax olli, sed & ipsum hyperiona uincit.
Verbere si prendes age, ne miserare puellum,
Si flentem aspicies, ne mox fallare caueto,
Sin arridebit magis attrahe, & oscula si fors
Ferre uolet fugito, sunt noxia & oscula in ipsis.
Suntq; uenena labris, si fors ita dixerit heus tu
Accipe, nempe tibi cuncta hæc mea largior arma.
Nequicq̃ attigeris, fallacia munera amoris.
Omnia nanque igni sunt infecta illius arma.

In lau

In laudem Cardinalis Mantuani.

O meos longum modulata lusus,
Quos amor primam docuit iuuentam,
Flecte nunc mecum numeros,no uũq;
Dic lyra carmen.
Non quod hirsutos agat huc leones,
Sed quod & frontem domini serenet,
Et leuet curas,penitusq; doctas
Mulceat aures.
Vindicat nostros sibi iure cantus
Qui colit uates,citharamq; princeps,
Ille,cui sacro rutilus refulget
Crine Galerus.
Ille,cui flagrans triplici corona
Cinget auratam Diadema frontem,
Fallor?an uati bonus hæc canenti
Dictat Apollo?
Phœbe quæ dictas,rata fac precamur,
Dignus est nostræ dominus Thaliæ,
Cui celer uersa fluat Hermus uni
Aureus urna,
Cui tuas mutat Cytherea conchas
Conscius sibi phaethontis indus
Ipsa,cui diues properet beatum
Copia Cornu.
Quippe non gazam pauidus repostam
Seruat æzo similis draconi,
Sed uigil famam secat,ac perenni
Imminet æuo.
Ipsa phœbeæ uacat aula turbæ
Dulcior blandis Heliconis umbris,
Et uocans doctos,patet ampla toto
Ianua poste.
Sic refert magnæ titulis superbum
Stemma Gonzagæ recidiua uirtus.
Gaudet & fastos superare auitos
Aemulus hæres.
Scilicet stirpem generosa fuco

Poma commendant,timidūq; nunq̄
Vulturem fœto Iouis acer ales
Extudit ouo.
Curre iam toto uiolentus amne
O sacris Minci celebrare Musis.
Ecce Mœcenas tibi nunc,Maroq;
Contigit uni.
Iamq; uicinas tibi subdat undas
Vel Padus multo resonans olore
Quamlibet flentes animosus alnos
Astraq; iactet.
Candidas ergo uolucres notarat
Mantuam condens Tiberinus Ocnus
Nempe quem parcæ docuit benignæ
Conscia mater.

Zenobius Acciaiolus Studiosis omnibus felicitatem.

Ng.Po. græca epigrāmata sicut ī archetypo uolumīe scripta erāt,publicāda curaui,Nō q̄d ea cēserē iudicio auctoris ad æternitatē probata,Sed ut bonis adulescētibus ad certā spē profectus extarent,Cum Politianum uiderent,in hoc quoq; genere scriptionis,in quo latini paulummodo mussitantes gloriari solemus,eo tamē studio,ac diligentia processisse,ut horum permulta pene' puer conscripserit.Quædam uero inambulāti etiam,aut cœnanti ueluti repentino calore fusa ipsi sciamus,In quis tamē ipsis (ut mihi quidem uidetur), eiusmodi multa sunt,quorum si facilitarem,ac copiam reputaris,magni quidem ingenii Politianum,sed & multæ lectionis fuisse ostendāt, Planeq; indicent,quātum uir ille operæpretium facere potuerit.Si p̄ficere quæ cogitabat per importunum obitum licuisset,Vt quod effecit,laude dignissimus.quod non potuit uenia,ac commiseratione censendus sit. Florentiæ Kal.Decembr.1495.

1471. etatis meæ anno. 17. in inuidum quendam.

Ὦ φίλε χαῖρε λέγεις ὅτε σὴν προσίδωμι κάθειαν
  αὐτὰρ ἐμοῦ ἔλαθεν ῥῆμα χαριζόμενον
Οὐδ᾽ ἐθέλω φθονερὸς χαίρειν με, οὔτε φιλεῖς με
  Καὶ παράσημα φέρεις τοῦτο τὸ χαῖρε δύο.
Ἔστιν σοί ζητεῖσθαι χαίρειν, ἔστιν δ᾽ ἀπολέσθαι
  Τοιγὰρ ἔπειτα λέγω σοι φίλε χαῖρε μάλα.

In corydonem.

Sum puer exclamas corydon. subigisq; fateri
  In te reclamat sed tua barba uir es.

Græce.

Εἰμὶ λέγεις παῖς ὦ κορύδων. δεῖ τοῦτο λέγειν με
  Ἀνὴρ δ᾽ εἶ κατὰ σοῦ, σὸν τὸ γένειον ἔφα.

1472. anno etatis. 18. εἰς χέρολον βεξίτα

Σοῦ γ᾽ ἐπὶ παιδείου κροτάφους περίδησεν ἀπόλλων
  κωρυκίοις δάφνης πλέγμασι χρυσοκόμου
Καὶ σὲ χαρισμολόγοι γλυκερῶν κοσμήτορες ᾠδῶν
  μέλλονθ᾽ ὑπὸ τρόφον ἐς κλέος ἄρχος ἄγειν
νῦν δέ μ᾽ εἰς ἀθανάτοις ἐποτρύνει θυμὸς ἀείρειν
  τοῦτο βάρος, χερόλου μάσιν πληττόμενον.

Ad pamphilum.

Mittis uina mihi, mihi pamphile uina supersunt
  Vis mage quod placeat mittere, mitte sitim.

Græce.

Οἶνον μοι πέμπεις· τὸ δ᾽ ἔθ᾽ ἅλις, εἰ δ᾽ ἔτι μᾶλλον
  λῇς γε χαρίζεσθαι, πέμψ᾽ ἅμα δίψαν ἐμοί.

M. cccc. lxxii. xxiii. anno ad Ioannem baptistá bonisignium.

Ἤδη τοι πέρα μὲν χειμών, πέρας δ᾽ αὖτε τ᾽ ὄμβρος
  ἀγρονόμοι τε φύγον μεσσὸν δ᾽ ἐς ἄστεα πόλις
Σὺ μόνος ἀεννάους ποταμοὺς καὶ οὔρεα φύλλα
  ποσσὶ πέρας ἀπελοῖς. σὺ μόνος αὖτρα μέμο
ρῦν μὲν ἀρῶ τοιέντε λαγὼν, νῦν δ᾽ ἄγριον αἶγα.
  ἐς τὰ λίν᾽ ἐμβάλλων παρ χαράδδ᾽ ὑπὸ κωμί.
νύμφας τὸ φόρους θέλγων πολυδενδρέα ὕλη
  γλώττης τῇ δὲ λύρης ἄμβροτον ᾆσμα χέεις.
Δῶρα φίλος, μὴ φεῦγε φίλους, καὶ χάζεο καιρῷ
  τερπόμενος φίλων, ἔστι καὶ ἀμβροσίη.

M. cccc. lxxii. ad eundem. εἰς σοφίαν προάλωσις.

Μῶνε νότος περὶ ὕει μελανόπτερος ἄσπετον ὄμβρον
ἠδὲ καὶ νιφάδας θρὴξ βορέας συνάγει
Φηγῶν καὶ πτελεῶν ἐμαραύνθη φύλλ' ἐπὶ γαίῃ
χεῖμα δὲ κερτομέον οὔρεσι κεῖρε κόμας
Πολλαὶ δ' ἄμαρπτοι ἔασιν ἀειθαλέες περ ἐοῦσαι
ὑψίκομοι πλάτανοι καὶ θανάτοιο φυτόν
Ἀλλὰ καὶ ὡς δάφνη τε καὶ ποικίλον ἔρνος ἐλαίας
φύλλοις καὶ κρατῶν χαίρουσι θαλθοσύνῃ
Πάντα γὰρ ἄλλα χρόνου κρατεροὶ καταδύουσιν ὀδόντες
ἄφθαρτος δ' ἡμῖν ἐστὶ μόνη σοφίη.

18. ætatis anno ad eundem.

Ὦ πόποι ὅσσον ἔχω γε σὲ μείζονα καὶ πεπεισμένα
πλῆρές τοι μουσῶν τὸ στόμα καὶ χαρίτων
Καὶ σοὶ ἄρ' αὐτομάτως κροτάφοις περιέδραμε δάφνη
θαλλομένη πετάλοις ἄνθεα λευκὰ χέει
Ἀλλ' ἐγὼ εὑρήσω τί σοι χρεῖα μειομένῳ ὥσπερ
κύματι πὺρ αὔραις καὶ ποσὶ πτέρυγα.
Αἰεὶ ἐγὼ ποτὶ σὲ γλυκερῷ βεβολημένος οἴστρῳ
ὡς βοῦς ὑλοφάγοις ἔνθα καὶ ἔνθα θέω
Ῥῖνα μὲν ἐγκλίνων ἐπὶ γαίῃ, τὰ δ' οὔατ' ἀείρων,
ὄμμασι παπταίνων πλαζόμενος δὲ ποσί,
Γούνατ' ἐμὰ καμέτην, ποῖ γοῦν ἀλαλήμενος ἀΐξω
ποῖ δ' ἔτι φεύξῃ τὸν φιλέοντα φίλος,
Ἀνδρὶ ἄτερ γε φίλου δυσφερὴς πῶς ἀνατέλλει
πυροὶ δὲ χαλδῶνες, πῶς δὲ βίος θάνατος.
Χρῄζεις δ' αὖ κείνου οὐδ' ἀθάνατός γε θέλοιμι
ἔμμεναι, εἰ δ' αὖ τῶν κοίρανος ἀθανάτων.

XVIII. anno ætatis ad eundem.

Ὅσσον μὲν χαίρουσιν ὑφ' ἀλκυόνων ἐπὶ γαλήνῃ
ναῦται πυρσοπόροι μαλακὸν πλόον ἀγγελλουσῶν.
ὅσσον δ' ἐχεῖσιν βασιλεὺς πάλιν ἐξαλαπάξας
ὅσσον τις χαλεπὴν φεύξας νόσον, ὅσσον ἐραστὴς
παρθενίοιο φίλης γλυκερὸν λέχος εἰσαναβαίνων
τόσσον ἐπὶ στήθεσφιν ἀγάλλεται ἡμέτερον κῆρ
σόν τε πρόσωπον ἰδὼν, σεῦ ἔπι μῦθον ἀκούων
ὦ λευκοῦ λίθακός τε καὶ ἄσματος ἄξιον ἦμαρ
ἦμαρ μνήμης ἄξιον ἐς πλέας λυκάβαντας
ὦ μέλιτος γλυκίων φιλέω χαρίεντα πρόσωπα

Χαῖρ᾽ ἄναξ καὶ σοὶ ζωῆς ὄλβια πάντα παρέξοι
Τήρητωρ δ᾽ Ἀπόλλωνον ἐπὶ στήθεσφιν ἔρωτα

x8. etatis anno. προσευχὴ πρὸς θεόν

Ὦ πάτερ ἡμέτερε χρυσόθρονε αἰθέρι ναίων
Ὦ πάντων βασιλεῦ θεὸς ἄφθιτε ἀΐδιε πᾶν
Πάντα ἰδὼν καὶ πάντα κινῶν, καὶ πάντα κατίσχων
Πρεσβύτερός τε χρόνου πάντων ἀρχή τε τέλος τε.
Γαῖαν μακάρων δάπεδον καὶ οὐρανίων σέλας ἄστρων
Σὺ ποιήσας ἠέλιόν τε μέγαν λαμπράν τε σελήνην
Πηγὰς καὶ ποταμοὺς καὶ γῆν καὶ πόντον ἔτευξας
Πάντα ζωογονῶν στόματος πνεύματι πληρῶν.
Οὐράνιοι χθόνιοί τε καὶ οἱ ὑπένερθε καμόντες
Πάντες ὑποχθόνιοι σὴν ἐκτελέουσιν ἐφετμήν
Νῦν δὴ κικλήσκω σε τεὴ κτίσις, ἔνθα χαμηλὰς
Ἄθλιος ὠκύμορος θνητὸς ἀνθρωπίσκος
Ἀλγῶν ὢν ἦμαρ στένουσι τε δάκρυα χεύων
Εἰ δ᾽ ἄγε μοι λίσσομαι πάτερ ἄφθιτε ἵλαος ἴθι
Κἀξ ἐμέθεν ἀπὸ κόσμου θελξινόοιο ἔρωτα
Δαίμονος ἠδ᾽ ἀπάτης καὶ ἀπεχθέα λοῦ ὕβριν ἔλαυνε
Δεῦσον δ᾽ ἐμὴν καρδίην σοῖο πνεύματος ἀενάῳ ὄμβρῳ
Ὥστε ἀεί σε μόνον στέργειν ὑπ᾽ ἀττιμερόντων.

x8. anno ad Iuuianum monopoliten.

Τί σε χυθὲν ἄμμιξοι, τί κύματα τὸ δοῦν ἐθέλξε με
Πρῶτε εἰ πόντο πόρου νυκτελίωτε βόρξω
Σὺ μόνος ἐκ γλώττης γλυκερὸν μέλι, σὺ μόνος αὐδὴν
Ἀμβροσίην στόματος ἐκ λιγυροῖο χέεις
Τὴν Μουσῶν καὶ σκόπελοις οὔρεα μάκρ᾽ ἐφέποντα
Ὡς πόκα Θρηικίης ἀμβρότον ᾆσμα λύρης
Εἰ δέ μοι ὠκυπέτης ἐλούριος οὔνομα θῆκεν
Ὥστε ἐπὶ ῥωμαίους θεῖον Ὅμηρον ἄγειν
Σὺ δ᾽ ἄρ᾽ ἔχεις μεγάλου θεὸς οὔνομα παμβασιλῆος
Ὥστε σ᾽ ἄνακτα πᾶσιν ἔμμεναι ἐν σοφίῃ
Σὸν γὰρ νέκταρ ἐρέοιο ζάλαις τὸς λαιμὸν ἐπλήρου
Ἐννέα θυγατέρες Μνημοσύνης τε Διός
αὐτόματος δὲ τεὴν περιέπτατο ἀμφὶ ἔθειραν
Κισσὸς τηλεθάων ἄνθεα πολλὰ χέων
Ὦ μάκαρ, ἀθανάτοισι βροτοῖς ὦ φίλτατε πάντων
Χρυσεοκόμου θεράπων ὄλβιε Πιερίδων

Ὦ χαῖρ' ἱερὴ κεφαλὴ λιγύφωνος ἀοιδὲ
τὴν δ' ἡμετέρην αἰὲν ἔρωτι φίλος.

19. Aetatis anno ad Io. argyropulum Dorice.

Ὅσσον ἀηδόνων ἔλαφος κραίνει μελανούρων
ἁδὲ πελειάσιν ὅσσον ὅ τ' θέρεος μέσω, ὅσση ἰῷ ἄλσει
Ὅσσον ἄλω μύρμαξ, ὅσσον κάπησι μέλισσα
ὅσσον ἀμβροσίω τέττιγος, ὅσσον δ' ἀολολυγών
Ὅσσον δ' ἀλαλιά τε χελιδονὶς εἴαρι πράτω
τόσσον νῦν πάντας μουσέων εὐφραίνειν ὅππόδι
Χ' ἄμμιν δὴν πράτοις ὅτε τοῦ ἀγγέλλετο νόστος
τᾶς ἱερᾶς κεφαλᾶς, σοφίας πρόμος Ἀργυρόπουλε
Κοὐδ' οὕτω βορέω χρυσοπτέρυγος ποτακούρως
Ζηνίας φαντὶ ποθεῖν, ὡς θῆρ πηγάς ἀπελαύνει
Ὡς τὺ μὲν πάντες γνῶσοφίας μαίντορες ὅσσοι
ἀθανάτω, πελόμεθ' ὅμοθυ μαθὸν ὧδε ποθεῦμες
Ὥστε νόμβλεφαρῶν ἀχλὺν ἅλις ἅστ' ἀποβάλλειν
νῦν ἐφῦ σχέτλιοι λεξῆσι πλανόμεθ' ἀτραποῖς
Κοὐχ ἄορτι τυφλῶς εὑρεῖν οὐκ ἀμπέχ' οἶμαν
ὀρθοπόρω βιότοιο, καὶ ὀξὺ παλύξεις βάραθρον
Ἀνθρωμέας ἀοίας πολυφλοίσβοιο ντε κυδοιμὸν
εἰ μὴ χεῖρα λαβὼν σύ γε νῦν πάτερ ἄμμι ὁδηγοῖς
Πυρσῶς ἀξενέων ὑπὸ θημοσυνάων ἄφας
αἰγάτι οὐ σπεύδεις ἐνθὼν, τί δ' ἄρ' οὐχ ὑπακούεις
Παῖδες κοινὰ κωπὸν ὁ πάλλιζόμενος αἰεὶ
εὐθὺ ἵνα βρέφη κε ἴδεν κνυζῶντα τιθηνόν
Πάντων δ' αὖ περὶ αὐτὸς ἐπὶ πλεῖστον πολιομαὶ ὥστε
παιδικόεσσαι λιβὰς σέλας ἀλίῳ αὐίκα φεύγει
Ἢ μάν κ' ἀλλ' ἀνικῶ λίθηκος καὶ ἄσματος ἔστι
τιῶ ὅτι ἀμφὶ ἐμοὶ πάνυ ἄξιον, ὁπποίκα κ' ἐστὶ
Αἴ γ' ἀπροσηνήτοι φίλαν ὁράσιμι πρόσωπον.

19. etatis anno. Ad eundem.

Ἁ μὲν ἐν ἀθανάτοισι φατίζεται πότνια ἥβα
νέκταρ χρυσείοις οἰνοχοεῦσα δέπασιν
Σοὶ δ' ἄρ' ἐν ἀνθρώποισι θεὸς ἥρως ἀργυρόπουλε
χρυσέω ἐκ στόματος πῶμα χέειν σοφίας
ἀεὶ βίον μὲν ἄκηρα ἀθανάτοισι φυλάττει
σὺ δ' ἄρα κἀν θνατῶν ὀξελάεις θάνατον

21. aetatis anno. εἰς θεόδωρον τὸν γαζῆ.

κᾶτο

Κἄτω μέγας πατῆ γῶν καὶ ζῆ θεοδώρου ἀμφὶ
μούσαις τῶν σοφίης ἐν ἑλικωνιάσι
Ταῖς μὲν γὰρ γενεὴν ταῖς δ' αὖ φρεσὶ τῆς ἠρίοφελεν
ἑλλὰς ἃ τίκε τὸν γ' αὐσονίη δ' ἔτραφεν
Ἴσον δ' ἀμφοτέρων σοφίη, γλώττῃ τε κέκασο
τὸν δοῦ ταῦτ' ἦς ζῶν, οὔτε μένει με θανὼν
Ἀλλὰ φίλη ἰταλίας μεγάλῃ τ' ἑλλάδι κἀθανε
ἔλετο ὄφρα κλέος ξυνὸν ᾖ ἀμφοτέροις
Μονόστιχον εἰς τὴν σελήνην.
Νυκτερινοὺς ἀκτῖνας ἐς ἡμᾶς πέμπε σελήνη.
Εἰς θεόδωρον τὸν γαζῆ.
Ἑλλὰς μὲν θεόδωρε σ' ἐμαῖον κλαῦσι θανόντα
Τύρκιον ἢ ὅτ' ἐμὴν ἐξαλάπαξε γένος
Καὶ γὰρ ἐγὼ σκῆπτρον πρὸ ὁ βάρβαρος εἷλε τύραννος
νῦν δὲ κλέος γλώττης κλέψατο μοῖρ' ὀλοή
Ἀλλὰ καὶ ῥώμης ὑπὸ πρὶν πολέμῳ δεδάμασται
πρὶν δ' αὖ γλώττης τῷ σώματι τόδδε συνέβη
Εἰς τὸν αὐτὸν
Τῆνο τὸ καλλιόπας ἱερὸν στόμα ἠνίδε σιγᾷ
τὸ κλέος ἑλλήνων φοῦ πόκα, νῦν δὲ κόνις.
Ἀ δ' ὑπὲρ τῆς θεόδωρος, ὃς ἐν κραδίῃ ἔχε πάντα
γύμνια καὶ πάντων κεῖται ἐνὶ κραδίης.
Τοῦ δὲ καὶ ἐν στόματι πρὶν ἔμφρονα πάντα δι' αὐδῆς.
ἔμφρονι νῦν κεῦθος τοῦ δὲ στόματον.
Ἀλλὰ τίνα κραδίαν τί φάμην στόμα, τοῦ δὲ θανόντος
πᾶν στόμα φοῦ βύεται πᾶσα τε πρὶν κραδία
Εἰς ἡμίμβριον μέτρον φαλαίκιον.
Ἐξ οὗ δὴ θεόδωρος οὐρανόνδε
βῆ, καὶ ὥσγ χελιδόνας νεοσσοὺς
Μαζοῖς χερσὶ βρεφυλλίου θανόντος
ἀπηνέας λίπεν ὧδε τῇ καλίᾳ
Μαψ δὲ ὧν μάσμακα τοὺς δὲ προσδοκῶντας
ὧ δυμήξιε πάντας ἀθλίους
Νῦν γινώσκομεν θεῷ σὺ ἢ πρῶτος ἐλθὼν
Γεννῶσιν σοφίης ἑαυτὸν ἡμῖν
Δεῖ σὺ νῦ μόνος ἔ γλυκὺς πεσεῖν.
Εἰς κορνήλιον ἰαμβικὸς
Οὐκ ἐμαλέϊσο ἐμ μὲν ὅσα σοὶ γράφω ἔπη

κορυδαλλὶς ἀλλ' ὅμως ἀοιδὸν ἐμὲ καλεῖς
Σὺ γὰρ τὰς βόας τε μὴ φύσει κερασφόρους
λέξεις, ὅμως δὲ βόας καλέσεις τοὺς βόας
Τοῦτο δ' ἔτυχε λέξας ἐπεὶ μέτρον οὕτω γράφειν
οὕτω βραδύτης ὄνος ἐλάφους ὄντας ταχείας
Ἀρρενοῦται, ὅπως ὁ λαγωὸς θρασὺ λύκον.

Εἰς τοὺς σπουδαίους.

Φθίνετε περὶ δῶν ἀσθενοὶ θρέπτορες ἄρουραν
παῖς ἰλικιωνιάδων ἦλθε πλεῖστε χρόνου.
Εἰ δέ τις αὐλείου θαλάμους καὶ δώματ' ἐρευνᾷ
χαλκοδομοδούλους ἤθεα νυκτικά

Περὶ τοῦ αὐτοῦ.

Σειρήνας ἔφυγεν λιγυρὸν ποτὲ ῥυθμὸν ὀδυσσεὺς
ὦ δημήτριε σὺν δ' οὐκ αὐτὸς ἔφυγε φθόγγον
Καὶ παρέχων γλυκεροῖο πόνου δι' ἐπουτοχετίζων
χεὶς τὸν οὐδ' ἔτι κῶν ἃ σμήνεπον καὶ φάτον.

Δίστιχον περὶ παύλου καὶ ξύστου ἀρχιερέων

Ἀρχιερεὺς ἀγαθὸς παῦλος ποθ' ἦν, ἀλλὰ κακὸς φώς·
νῦν δ' ἀγαθὸς ξύστος φώς, κακὸς ἀρχιερεύς.

Εἰς παῦλον τὸν ἀστρονόμον

Γῆν μὲν ποσὶ πατεῖ, νῷ δ' οὐρανὸν ἀστερόεντα
παῦλος καὶ θνητὸς ἐὼν ἅμα κἀθάνατος
Ὦ θεοί, ὦ μοῖραι μὴ κλέπτετε, καὶ δότ' ἐπαυρεῖν
τοῦ μὲν ὑποχθονίους, τοῦ δ' ἅμ' ἐπουρανίους.

Ἐρωτικὸν ἄδηλον

Δισσὸς ἔρως αἴθει με· δυοῖν ὑποπίπτομαι παίδοιν
ἴσοντοι χαροποῖν, ἴσον ἐπαφροδίτοιν
Δειμὸς ὁ μὲν γῆς ἔτυμος ὁ δὲ πρὶν ἐλεγχθεὶς ὄφιν
ἀμφότεροι τοῖς ὄμμασι ἔστιν μαλακῶς
Τῷ δὲ κόμαι ἱσσοδέες ἐκ κρανίοιο πέπανται
τοῦ δ' ἑτέρου ξανθαὶ σείονται ἀπλόκαμοι
Τὰ πλεῖστ' οὐδὲν ὁμοῖα μάλιστα, χίονι δ' ὁμοίω
ἡκᾶ δ' οὔτ' ἀγλαΐῃ καὶ χάρισιν
Ἄμφω δ' ἐχθίονον ὑποστελλεῖν κύπρι, τὸν δ' ἄρα σύμμαι
βούλευσον πότερον τῶνδε φέρειμι φλόγα.

Ὁμήρου ὑποκειτής

Ἄλλους μὲν ῥάσσοφε τὸ λιγυφθόγγους τε ἀοιδοὺς
Τοὺς δὲ ἐγγενικῆς ἐρατὸν λειμῶνα διέποντας

Τοὺς

Τοὺς δ' ἄρ' ἅμ' εἰρήνην κουροτρόφον ἤρι ἐπεῖδεν
ἡσυχίην ἀγορήν τε μόνον δέ με φοῖβος ἀπόλλων
Κηρύττειν πολεμόν τε κακὸν καὶ φύλοπιν αἰνήν.

1480. Ζαμπέτρῳ ἀρριβαβένῳ δωρεῖσι.

Χεῖλεα νηπιάχου βάψαι ποτέ φασι πλάτωνος
ξουθὰς μαιονίων πλήσαι μύρμας μέλιτι
Στησιχόρῳ δ' ᾔεισεν ἐπὶ στόμασιν ἀηδὼν
δείγματα μειλιχίης ἀμφοτέρου χάριτος
Ἀλλὰ σοὶ οὔτινα γ' ὄρνιν ἐθίξαι οὔτι μελίσσας
Πείθομαι, ἀλλ' αὐτὰς ζαμπέτρε πιερίδας
Ἦ καὶ ἀπ' ἀλλοτρίου καὶ αὐτὸς γεύσατ' ὀδόντος
Εἴσομ' ἐπεὶ τοῖος ἔην, οἷος ὅ σεῖο λόγος.

1481. Ἐρωτικὸν περὶ τοῦ χρυσοκόμου.

Βλέψον μ' οὐρανόθεν τὸν ἐμὸν παῖδ' ἀγκὰς ἔχοντα
Καὶ μὴ ζεῦ φθονερός, κοὔτιν' ἐγὼ φθονέω
Στέρξον ζεῦ στέρξον γανυμήδεα, τὸν δ' ἄρα φαιδρὸν
Χρυσοκόμον μοι ἄφες τὸν μέλιτος γλυκίω
Ὄλβιος ὦ τρὶς ἐγὼ καὶ τετράκις, ἣν ἐφίλασα
Ἦν ἔτι καὶ φιλέω σὸν στόμα παῖ χαρίεν.
Ὦ στόμα ὦ κόμαι, ὦ μείδημα, ὦ φάος ὄσσοιν
Ὦ θεοὶ ἠρὰς ἔχω παῖ φίλε ἠρὰς ἔχω.
Ἤρας ἔχω τὸν ἐμόν, τὸν ἐρώτυλον, ὅσσα μογήσας
Ὅσσα παθών, ὅσσα δρῶν τεῦχτ' ὄφελον ἔχω
Θυμὲ τί νῦν θορυβεῖς ὡς καὶ τὸ πρίν, οὔτις ἔτ' ἐστὶ
Κίνδυνος, οὐκ ἔτι χρὴ σ' ἐμπεδίη ζομένῳ
Καὶ γὰρ ὁ κυπρογενὴς ἡμᾶς ποτὲ καὶ πεφοβημένως
Ἀμφοῖν ἀγκάλαις ἠδ' ἐμοῖς δέδεται
Ταῦ δ' ἄρα τὴν φάσιν λάβε δήθεα, τῷ δὲ πίθωμαι
καὶ τόδε μοὶ στέρνον κύπρι τὸ χάρμα δίδου.
Τὺ δ' ἄγμοι μαλακῶς ὅσσον ἡδὺ ἐμπνεῖ ἔρωτας
καὶ γλῶτταν γλώττᾳ παῖ περὶ πολύκεστον ἔχε.

1490. Latinum nescio cuius Romæ adnectum quod nos rogatu Ciampolini græcum deinde fecimus.

Eruta signorum uastis fragmenta ruinis
Et quæ uirtutis sunt monumenta tuæ
Roma parens ignosce breui si condit hypæthro
Hæc domus & domino sic onerosa suo
Cedere non facile est meritis & tanta uidentes

Haud opere,in magnis & uoluisse sat est.

Græcum Angeli Politiani.M.XD,die.xxviii.Iunii in domo Ciampolini insculptum.

Εἰκόνας ἡμιτόμους ἃς καὶ τῆς χῶμα κέκευθε
μνεῖον, ὦ ῥώμη λείψανα σῆς ἀρετῆς
Εἰ μὲν ἐπὶ στήνω κρύπτει δόμος οὗτος ὑπαίθρῳ
καὶ ὕβρις ὧδε λίαν, ἵλαθι μῆτερ ἐμή.
Εἴκειν δ' οὐκ ἔδεεν, ἐπεὶ μὴ ποθέειν τὰς ὁρῶντας
ἀρκεῖ δ' ἐν μεγάλοις καὶ τὸ θέλημα μόνον

M.VIID. εἰς Ἀλεξάνδραν τὴν ποιήτριαν.

Ἠλέκτρην ὑπέκρινεν ὅτ' ὀψὲ ἄζυγα κούρην
κούρη Ἀλεξάνδρη τὴν τοῦ Σοφοκλείην
Θαμβέομεν πάντες πῶς ἀμφὶς ἀτθίδα γλῶτταν
ἤνυεν ἀπτ' αἴσως αὐσονὶς οὖσα γένος
Πῶς δέ τε μιμηλὴν προΐει καὶ ἐτήτυμον αὐδὴν
τὴν ἐλεεῖς ἐντέχνου τήρεε πῶς θυμέλης
Πῶς ἦθος δ' ἐφύλαττεν ἀκήρατον ὄμματι γαίῃ
πήξασ' οὐδ' ὁρμὸς ἤμβροτεν οὐδ' βάσεως.
Οὐδ' ἀσχημόνεε φωνὴν βαρυδάκρυν ἱεῖσα
βλέμματι μυδαλέῳ σὺν δ' ἔχεεν θεατὰς
Πάντες ἄρ' ἐξεπλάγημεν· ἐμὲ ζῆλος δ' ὑπένυξεν
Ὡς τὸν ὅμαιμον ἔχεις δῆθεν ἐν ἀγκαλίσιν.

Εἰς τὸν παῖδα.

Μή με πολυστροφάλιγξι κατάφλεγε νεύμασι κοῦρε
ἄγρει φίλας αἰεὶ πυρσοβόλων κραδίης
Σοῦ γὰρ ἔρως γελάοντος ἐν ὄμμασι δεινῶς ἀνάπτει
ὦ ἐμέθεν ὅς ὅλας ζῶντ' ἐπὶ πυρκαϊᾶς

M.VIID εἰς Ἀλεξάνδραν τὴν ποιήτριαν

Εὕρηχ' εὕρηχ' ἣν ἤθελον ἣν ἐζήτεον αἰεὶ
ἣν ἤτουν τὸν ἔρωθ' ἣν καὶ ὀνειροπόλουν
Παρθενικὴν ἧς κάλλος ἀκήρατον ἧς ὅγε κόσμος
οὐκ ἐκ τέχνης ἀλλ' ἀφελοῦς φύσεως
Παρθενικὴν γλώττῃσιν ἐπ' ἀμφοτέρῃσι κομῶσαν
Ἔξοχον ἔντε χοροῖς ἔξοχον ἔντε λύρῃ
Ἧς περὶ σωφροσύνῃ τ' ἔτι χαρίτεσσιν ἅμιλλα
τῇ καὶ τῇ ταύτην αὐτὴ μεθελκομένῃς.
Εὕρηχ' οὐδ' ὄφελος καὶ γὰρ μόλις εἰς ἐνιαυτὸν
Οἷς ποῦ τι φλογερῶς ἐστιν ἅπαξ ἰδέειν.

Epigrammatum græcorum.

Alexandræ ſcalæ reſponſum.

Οὐδὲν ἀρηιμένοιο περίφρονος ἀνδρὸς ἄμεινον
Κἂν καλοῦ αἶνος ἐμοῖσιν ἀείρει κλέος.
Πολλοὶ θριοβόλοι παῦροι δέ τε μάντιές εἰσιν
Εὗρες ἄρ᾽ οὐχ εὗρες οὐδ᾽ ὅμαρ ἠντίασας.
Φῆ γὰρ ὁ θεῖος ἀοιδὸς ἄγει θεὸς ἐς τὸν ὁμοῖον
Οὐδὲν ἀλεξάνδρῃ σοῦ δ᾽ ἀνομοιότερον.
Ὡς σύ τοι ποῖα δινούβιος ἐκ ζόφου ἐς μέσον ἦμαρ
Καθεὶς ἐπ᾽ ἀμπολίην αἰπὰ ῥέεθρα χέεις.
Φωνεῖς δ᾽ ἐν πλείσταις σύν τοι κλέος ἠέρ᾽ ἐλαστρεῖ
Ἑλλάδι· ῥωμαϊκῇ· ἑβραϊκῇ· λυδίῃ.
Ἄστρα, φύσις δαίμονες, ποιήματα, κύρβεις, ἰατροί,
Ἀλκείδην καλέει σ᾽ ἐμπτημένοι ἀλκομένη.
Τἄμ᾽ ἀδὲ περσικὰ κῆς σπουδάσματα, πότνια φασὶ
σὴν χερὶς δέξαιτο, ἄνθεα καὶ δρόσος ὥς.
Τοὶ γὰρ μὴν δ᾽ ἐλέφαντος ἐναντία βόμβον ἀείρω
αἴλουρος παλλὰς καὶ σύ γε προφρονέεις.

Εἰς ἀλεξάνδραν τὴν ποιήτριαν.

Τί πτ᾽ ἐμοὶ ὠχρὸν ἴον πέμπεις, ἢ οὐχ ἅλις ὠχρὸς
Ξάνδρα, τῷ καὶ ἅπαν αἷμα πέπωκεν ἔρως.

Εἰς τὴν αὐτήν.

Καρπὸν ἐμοὶ ποθέοντι, σὺ δ᾽ ἄνθεα φύλλα τε μοῦνον
Δωρῇ, σημαίνουσ᾽ ὅτι ματὴν πονέω.

Εἰς τὴν αὐτήν.

Φύλλα δὲ δοῦσ᾽ εἴρας ὅτι καὶ ἄνθεα ἦρος ἀπαρχὰς
Αὐτὴ ἐπαγγέλλῃ σοῖς ἔαρ ἡλικίης.

Aedem reparatæ inambulans amicis ſtipatus hæc compoſui extẽpore.

Ἔχε σιμωνίδεω οἶκος δύο λάρνακας ἔνδον
Τὴν μέν τοι μισθοῦ τὴν δ᾽ ἑτέραν χαρίτων
Ἣ δ᾽ ἢ μὲν χαρίτων κενεὴ, πλεία δ᾽ ἔγεντο μισθοῦ.
Σὺ γοῦν δὴ πάμπαν ξεῖνε λάβῃς ἔρανον.

Αὐτοσχέδιον καὶ τοῦτο.

Ἦν ποτέ τις πολίτης ἀγαθὸς καλαῖς ἐν ἀθήναις
Ὃς σὺ κόθορνον ἔφησ᾽ αὐτὸν ὁ ξενοφῶν
Οὗτος ἀριστεῦσαι καὶ αὐτῷ ἐφήρμοσε δῆμα
Τοὔνεκα κεῖς θάνατον προὔδωκεν τὸ Κριτίου.

1493 Αὐτοσχέδια ἐν τῷ περιπατεῖν.
Μικύλε μουσοπότα, τί παρὰ δόσμα χείλεα κούρων
Εἰ ποθος φιλέειν τὰ σέο ἀντιστρέφομαι.

Εἰς ὄρχημα.
Οὐκ αἶψ' ἐς δονάκων μέλος ἄσπετον, ἦ ῥά γε τήρεις
Τἀν δ' ἄπα τις κύκνων μυελὰς ἐνστελλέσ,

Προτρεπτικόν.
Ὀρμέειν δ' ἄλεκτον ἀεὶ φυγέειν δοκέουσιν
Εἰ δράξαι σπεύδεις ἄστ' ἔλε, τεῖνε δρόμον.

Ἀπόκρισις.
Τέρψου κοὐ δράττω τότε γὰρ καὶ μᾶλλον ὀλισθεῖ
Ὁ ποθέεσαν δοκέω ἴκελος ἐγχέλυι.

Προτρεπτικόν
Οὗτος ὀξύνομαι ἀμοιβαδίς, ὅτι μαχαίρας
Φιλόπης ἀρχαίων ἐστι μαχαιροποιΐη

Εἰς ἄγγελον τὸν πρεσβύτερον.
Ὅστις ἐμοὶ φίλος ἐστὶν ὁ ἄγγελος ἠνὶ τὸ δεῖγμα
Καὶ παλὸν ποτε τέιν ἕνεκ' ἐμοῖο θέλει.

Allusio ad antiquũ græcum epigrãma.

Ἐκ προφυγόντα μάχας τὸν ἑὸν παῖδ' ὡς ἐνόησεν
Σπαρτιᾶτις μάτηρ φάσγανον ἀντία σεῦ.
Καὶ κτάνε τὸν δύστηνον ὃν ἔτρεφεν ὃν τέκεν αὐτὴ
Ταῦτα δ' ἐπιφθόμενον λοξὸν ἀποφθεγγομένα
Εἰ τοῖον σ' ἔδωκα οὐκ αὖ τέκον· ἔρρε λακαίνας
Ὡς παῖς οὐκ ἐθέλων ὥσ λακεδαιμόνιος.

Alludit ad græcum epigramma.

Τυφλὸς ἄπους τ' ἤτην ἀλλήλοιιν ὀφελοῦντες.
Τυφλὸς ὁδηγεῖτο, νωτοφορεῖτο δ' ἄπους

Εἰς τοὺς τέσσαρας ἀγῶνας.
Ζηνὸς ὀλύμπια νικῶντες φέρον ἀγριέλαιον
Μῆλα δ' ἀπόλλωνος πυθικὸς ἦεν ἀγὼν
Ἴσθμια καὶ δὲ πίτυν φέρον ἰνῶος μελικέρτα
Σὺ δὲ σέλινα τίθεις ἀρχέμορ' ἐν νεμέᾳ.

Germanici epigramma.

Thrax puer astricto glacie dum ludit in Ebro
Frigore concretas pondere rupit aquas.
Dumq;

Dumq; imæ partes rapido traherentur ab amne
Abscidit tenerum lubrica testa caput.
Orba quod inuentũ mater dũ conderet urna,
Hoc peperi flammis, cætera dixit aquis.

Politiani epigramma.

Παῖς ἕβρῳ ἐπὶ θρώσκει πεπηότι τυτθὸς ἀθύρων
Κρυστάλλου διάγῃ μαρμαρόεν δάπεδον.
Χὼ μὲν ὀλισθαίνων πίπτει ἐς βυθόν, ἀλλὰ δι᾽ αὐτοῦ
Κρατὸς ἔκρωσε δέρην ὀστρακόεσσα παγετός.
Σκῆνος ἀφ᾽ ἓν δὲ μυχὸν ῥοθίου ταχὺς ἔσπασεν ὁλκός
Τῷ κεφαλὴν μήτηρ μοῦνον ἔθαψε κάρη
Εἶπε δ᾽ ἐπιστενάχουσα, τί δύσμορος υἱὸν ἔτιξα
Ἄρως στοιχείοιν βρῶμα γένοιτο δυοῖν,

Antiquum contra illud græcum.

Ἀμφοτέρους ἀδικεῖς καὶ πλουτέα καὶ φειδόντα
Τὸν μὲν ἐπεὶ στερέων τῶ δὲ ἀπολαυσόμενος

Politiai græcum epigramma.

Οὐδετέρους ἀδικεῖ τὸ γὰρ ἄπνοον οὐκ ἀπολαύει.
Ἥλιον, ἔμπνου γὰρ πλουτεῖ κοὐδὲ μέλει.

1493 Allusio ad græcum epigramma

Παιδὶ λάκαινα σάκος πολεμησείοντι διδοῦσα
Γ᾽ αἶ ἔφη ἢ σὺν τῷδ᾽ ἢ ἐπὶ τῷδε νέου.

Πατρόκλου ὑποκριτής.

Μὴ μέμφοιθε τὴν δουλεὶ τὸ γάρ τοι κοὐδὲ ἔνεστιν ἔκτος
Ἀντία, οὔτε ἰδεῖν, μὴ ὅτι καὶ φορέειν.

Εἰς βαρῖνον τὸν καμηρτέα γραμματικόν

Ἑλλάδι τοῖς ἰδίοις πεπλανημένῃ ἐν λαβυρίνθοις
Οὐ μίτον ἀλλὰ βίβλον προὔθετο δαιδάλεον
Οὐχ ἄλλην ἱταλὸς δὲ βαρῖνος, κοὔτι καὶ θαῦμα
Εἰ νέον τὴν γραῦν αὖτις ἀπεργάσομαι.

Εἰς ἀλεξάνδραν τὴν ποιήτριαν

Ἂν μὴ δ᾽ εἰσορέω, ἂν μὴ δ᾽ λέξιν ἀκούειν
Ἆρ᾽ οὐδὲ γραπτῆς τεύξομαι ποιήσεως.

Εἰς τὸν πῖκον μιρανδουλία.

Καὶ τὸ τοῖς γεολόγοις ἐπιμέμφομαι ἱερολέσχαις
Ὅττι σοφὸν πῖκον μοι φρονέουσι σοφούς.
Καὶ γὰρ ὁ ἐνδυκέως τούτων τὸν λῆρον ἐλέγχων
Μουνάζει ἐν ἀγροῖς ἀκρὸν ἑκὰς πόλεως

Γίκετι σοὶ καὶ τοῦτο οὐδὲ ἐποίησεν ἀγόρτιος
Αἴσχραι τὴν σὴν εὐτυχία γραφίδι.

Εἰς ἀλεξάνδρου τὴν ποιήτριαν.

Δεῦρο τὸ δεῦρο σοῦ δάμαλι κρίσεως τὴν τριχοπώλην
Δὸς δὲ τὴν ἐκ σπερμὸς τόνε τριχωτὸν ἐμοί.

Εἰς τὸ ὄργανον.

Χάλκεον δυνάμην ὄρθιον στίχον, ἀλλά τις αὐτὴν
Τεχνᾶται κρύβδην τὴν πολύθρουν κέλαδον,
Οὔτις ὁ τοῖς πλαγκτῆρσιν εὔβροχα δάκτυλα παλμοῖς
Δινεύων βομερὰς παμφιδερῶν σελίδας.
Ἀλλὰ πολυστερέων πόδες οἱ τάσις ἐσμὸς ἀήτων,
Οὐκ ἀέρων ἀσκοὺς δ' ἐχεάδους ὄπισεν,

Versus hos pone scripsi in libro ducis.
Vrbinatis cũ mihi commodatũ, remitterẽ.

Ἡ βίβλος τίνος ἐστί, νέου τινός. ὃς καλὸς ὄψιν
Σῶμα δὲ ῥωμαλέος. καὶ γὰρ τύχῃ πεβίῃ τε
Ἀθλεύων πάντεσσι μεταπρέπει ἠϊθέοισιν
Ἱππασιῇ καὶ ὅπλοισι μίγ' ἔξοχος, οὐκ ἀμελῶν δὲ
Οὐδὲ βίβλων, σοφίην ἀσκῶν διδυμάονι γλώττῃ
Πρᾶος, ἐλευθέριος, γλυκύς, οὐκ ἀπροσήγορος, εὔφρων.
Εἶπε τύχην, βασιλεὺς ἀρετῇ τε δέ. τὸ γὰρ οἶδα
Εἴ πως ἀνικήτοιο πρὸς γόνον, ἡγεμονῆα
Οὐρβίνου μεγάλοιο, θεοῖς ἐναλίγκιον ἄνδρα.

Εἰς τὸν πῖκον.

Πολλάκι τοξευθεὶς φλεχθεὶς θ' ὑπὸ πῖκος ἔρωτος
Οὐκ ἔτλην πρότερον, πάντα δ' ἀφεῖλε βέλη.
Τόξα δ' ἑλὼν φαρέτρας, καὶ νηήσας τάδε πάντα
Ἧψεν ὁμοῦ σωρὸν λαμπάσι λαϊνέαις.
Σὺ δ' αὖ τοὺς μάρψας ἀμενηνὰ χερύδρια δῆσεν
Τοῖς νευραῖς μέσσῃ δ' ἔμβαλε πυρκαϊῇ.
Καὶ πυρὶ φλέξε τὸ πῦρ ὅτι δ' ὡς ἀφρονέων αὐτὸν ἔρωτος
Τὸν πῖκον μουσῶν ἔσπασε ἠδὲ πρόμον,

Κύπρις ἀναδυομένη.

Κύπριν ἀπελλείας ἔργον χερὸς ὡς ἴδον, ἔστην
Δαρὸν θαμβαλέος τὴν ἀναδυομένην.
Τάς ἅ τε παρθενικὰς ἅ τε καὶ φιλοπαίγμονος αἰδοῦς
Ταὶ ὄψιν μίγδην ἔλλαχεν ἠδὲ γέλως.

Καὶ τὸ

Epigrammatum græcorum.

Καὶ τὰ μὲν ῥαθάμιγγας ἀλιβρεχέας ἀπὸ καράνου
Δεξιτερᾷ θλίβει, καὶ μελάρυζεν ἀφρός.
Ἦν δ᾽ ἄρα πῶς νοτίδος τίς ἐμοὶ φύσις. ἀδίγκλασα
Ἔσκεπε τὴν ἄβαν τὴν ἐϋτροβρύχιον
Καὶ χερὶ ἧς λαιῶν ὕφαλος πέλε. καί τις ἔτι φρίξ.
Ματρὸς ἀπ᾽ ὠδίνων ἠμφαίνε μαζὸν ἔλεν.
Εἰ τοίνυν τὸν ἄρης ἔχε δέσμιος οὐκ ἀποδύων
Οὐδὲ φαιστείας ἐκλέλυκτο πέδας.

Εἰς ἀφροδίτην ὡπλισμένην.

Ἔστι σε κεκρατέος σοφία. λύγχευτι τινάσσεις,
Καὶ θώρακα κέκλυσθε, καὶ κόρυν ἀμφίφαλον,
Μέμνασο ὅτι οὖσα δέδηται πολεμήια ἔργα
Τὰ ζυφρα, δὲ ἔπειο δὲ μερόεντα γάμον.
Ἀλλ᾽ οὐκ ἐν δόρυ θωρήσομαι. ὅπλα δὲ ῥικὸς
Ἐν δύνμωσ κάρυς ἐκ λελάθωτο μάχας.
Ἐν τοῖς ἐμοὶ μύρα καὶ τεύχεα καὶ κύπριν ὄρκω
Οὐ πονεῖ μῶν θαλάμων ἔασε τὸ ποῦ λόσινος

Latinum epigrāma Pulicis antiqu. poetæ, græcum feci. id tale est.

Cum mea me genitrix grauida gestaret in aluo *(Nota pulchrum epigrāma ēgreco)*
Quid pareret fertur consuluisse deos.
Mas est Phœbus ait, Mars fœmia, iunoq; neutrũ.
Cumq; forem natus hermaphroditus eram.
Quærenti letum dea sic ait. occidet armis.
Mars cruce. phœbus aquis. sors rata quæq; fuit.
Arbor obumbrat aquas. ascendo, decidit ensis,
Quem tuleram, casu labor & ipse super.
Pes hæsit ramis, caput incidit amne. tuliq;
Fœmina, uir, neutrum, flumina, tela, cruces.

Græcũ Politiani, in quo ut de tertia pœna de hermaphrodito narratur. 1494.

Ἔγκυος οὖσα μιῶν τίκτοις τεὶ, φοῖβον· ἄρηα
Ἥραν. τὶς ἅμα τρεῖς ἐξερέεισε θεούς
Ἄρσενα φοῖβος. ἄρης θῆλυ φάτο. κοὐδέτερον δὲ
Ἥρα, πάντ᾽ οὖν ὡς ἀνδρόγυνος γὰρ ἔφυ
ὀρομήθεος δὲ μόρον, μόρος οἱ ξίφος ἔχεαν ἠεν,
Σταυρὸς ἄρης, φοῖβος κύματι. πάντ᾽ ἐπίθεν.

Δένδρῳ ἐφεστήκει, πῖπτε δ' οὐ ξίφος, αὐτὸς ἐπ' αὐτῷ.
    Ἤειπεν εἰς ποταμὸν κύμβαχος, ἐκ δὲ ποδῶν,
Ἤρθη ἀπεκρεμόμην· ὁ δ' ἐγὼ θῆλύς τε, καὶ ἄρρην
    Κοὐδέτερος, σταυρῷ, κύμασι, καὶ ξίφει.

1493 Εἰς τοὺς κιναίδους.

Τοὺς κιναίδους ἐρᾶν μᾶλλον πρέπει, ἤπερ ἄνδρας
    Φύντας τῷ γονίμῳ ὡς Κύπρις ἐξ ὑδάτων
Καὶ μιμησαμένους ἀφροσύνης τοῦ ἔρωτα.
    Εἰρεσίους πτερύγων, τοὺς ἐπιμεμψάμενος
Τὸν κῶμον πάντας ἐπεισκώμασα πλανήτην.
    Αἰνῶς ὑπνώσσοντων ἱεμένους ὀάρων
Ἐς λέχος ἐμπίπτοντας, ἐπ' αὐτοὺς πολλάκι μαστοὺς
    Κάμψαφοῦντας ὅλης ἄγκα θηλυτέρης.
Ἀγρύπνους ἱπ' ἐμοὺς σκοτοδερκέας, ἀράτε ἀνδρῶν
    Ὅσσα γηκώνοντες Δαίματι ἔρωτος ἔχει,

Finis græcorum epigrammatum.

Venetiis in ædibus Aldi Romani mense Iulio M. IID.
Impetrauimus ab Illustrissimo Senatu Veneto in
hoc libro idem quod in aliis nostris.

REGISTRVM.

a
Omnia
Angeli
Angelus
in terris
b
Pomponius
xii tibar
tua·et
cet.in
c
ctitantur
Opem
plus ni
hieronymus
d
et litera
à te peto
di·ut eo
esse·et
e
Iacobus
ANG.PO.
Diligenter
inq̃ accer
f
etiam de
pleni sen
laudet
no patiatur
g
rui laudari
Μητρὸς
Antonius
innutritus
h
opere ad
Domestici
dem cubile
tere uide
i
et doctrinā
bis (ita me
Marheus
uisa sunt
k
latinus
mentorū
de rim
ANG.PO.
l
Innocentiū
& fiducia
Ridentur
·n·ridicula
m
uiribus
quos ipsi
Sub iudi
tem.nec
n
tum con
iacobus
profecto
promōtoria
o
ret ætatu
maiorum
eiues re
iuuenis
p
hoc quoq;
tyre qua
stigationē
te eam p
q
aliquid
Angelus poli.
mal ter
τὸν κῶ
Sic indo
r
noster me
Seneca
pygmea
tuas haud
eruditum
s
Hermolaus
tionibus
Nūc stupor
Nobis sto
t
quo huma
principem
citiam cō
innocenter
A
Angeli po
dissimilitu
ones in
sed & sa
B
Qui sint
quo pacto
dicatur
uidetur
C
temptor
Dionysius
ta ex per
Quas tu
D
Commoda
Quid sit
Sunt in
onchon
E
hunc esse
um Iuuena
exaratus
uersus
F
lianus
inuenieba
oculos
quod posi
G
Ascendere
sed iouis
si de tra
non qui
H
Non anti
aliis ue
Quin hinc
Oς ποτε
I
Cuiusmodi
Quanta
ob id præ
potens, me
K
persi locus
magis pos
L
prima alba
Angeli poli.
Herodiani
Senem iam
M
contagionem
ctum dein
ne cōminus
dio ne cen

REGISRTVM.

N	Quæ uia	ris ut &	dd
tantam	T	σὺν θεῷ	Hinc agilis
ſunt quæ	Angeli po.	γαστέρα	Aut ipſo
quoque	piens his	aa	Eunomie
uires ſu	uerſum		pendet
O	Alexandri	Angeli poli.	ee
Igitur	omne au	ſuus auctor	poſt geticam
ita conſli	V	tia ab om	iãq; tuam
mero occi	coctione	gere atq;	Tauri genæ
bus ut ad	ſanguis	illo his	clauſtra
P	telligit	iterum aa	ff
pro ueris	X	pro oratoribus	Delitias
gam, cui	nutrientem	uſq; uitæ	haut du
mulu'ſq;	pupulam	liris qua	Dixerat
ninus pro	lapidem	autem tam	Hinc fuſa
Q	cito friget	iterum bb	gg
ninus mit	cur riſum		Hoc licuit
quod occul	Y	uniuoca	Hoc tibi .
prouincia	Angeli	trariorum	Antonio
res que in	dam paſcuo	quod eſt	Ad franciſ
le iã Ro	dam mini	tractatur	hh
R	Non nema	bb	Iudice
que auſi	cio factum	Angeli poli.	Nam qui
riſſet	Z	oues, quod	Dumq;
procurato	Modulatio	nienſibus	tu breuibus
illi miſſit	miliaria	cunq; hone	ii
nec ſubici	fabricatur	cc	Vel lilium
S	teras ue	Heu fruſtra	Vt non tha
Angeli	&	cernimus	Ne uirgo
Quidex	Angeli.poli	Morborum	
Quo pacto	retis quã	carmine	F I N I

a.b.c.d.e.f.g.h.i.k.l.m.n.o.p.q.r.ſ.t. A.B.C.D.E.F.G.H.I.K.L.M.N.O.P.Q.R.S.T.V.X.Y.Z. Et. aa. iterũ aa. iterũ bb. bb. cc. dd. ee. ff. gg. hh. ii. Omnes ſunt quaterni, præter q. & r. quinternos. Et. K. maiuſculũ duernũ. Et. Q. R. T. X. Y. &. maiuſcula quinternos. Et V. maiuſculũ ternum. Et. aa. quinternum. Et ii. ternum.

Registrum

Et xx quinternum
In laudem.
1471.
Χαῖρ' αἰεὶ
Κᾶπτ μέ
Τοὺς δ' ἄρ

Monodia in Laurentium Medicem.

Quis dabit capiti meo
Aquam: quis oculis meis
Fontem lachrymarum dabit?
Vt nocte fleam,
Vt luce fleam.
Sic Turtur uiduus solet.
Sic Cygnus moriens solet.
Sic luscinia conqueri.
Heu miser, miser.
O dolor, dolor.
Laurus impetu fulminis.
Illa illa iacet subito.
Laurus omnium celebris
Musarum choris.
Nympharum choris.
Sub cuius patula coma
Et Phoebi lyra blandius.
Et uox dulcius insonat.
Nunc muta omnia.
Nunc surda omnia.
Quis dabit capiti meo
Aquam: quis oculis meis
Fontem lachrymarum dabit?
Vt nocte fleam.
Vt luce fleam.
Sic Turtur uiduus solet,
Sic Cygnus moriens solet.
Sic luscinia conqueri.
Heu miser, miser.
O dolor, dolor.